EX-LIBRIS
ARS
NATVRAM
ADIVVAT
MARCELLVS
SCHLIMOVICH

9.ε.6
EX LIBRIS
De LL. AA. RR
Les Princes d'Espagne



Este ejemplar perteneció al insigne
latinista Argentino D. Osvaldo Magnasco,
el librero D. Lopez que me lo vendió me
dijo haberlo comprado a sus herederos.
[illegible]

A Curious and Scarce Edition

Huic Editioni praefuit J. Franc. Philomusus Pisaurensis, qui textum Horatii et Commentatorum [illegible] emendavit, unde pro nova recensione habetur.

SOCIEDAD HEBRAICA ARGENTINA
Colección
A. SCHLIMOVICH
INCUN.
No. 19

TABVLA POSTILLARVM

FINIS

Io. Franciscus Philomusus Pisaureñ. Inclyto Principi Ioāni Sfortiæ. S. D.

Sfortiadarum familia Princeps Inclyte bellicis artibus militariq; disciplina tantum nominis & gloriæ nostra memoria sibi comparauit: quantum aut Cæsares aut Sci piones iisdem studiis olim Claruisse amplificatrix ueri uetustas affirmat: ex iisdem illis tuis quidam ne in hac quoq; laude ueteribus cederent: ita hæc humanitatis stu dia excoluerunt: ut quantulumcunq; succisiui temporis a bellicis administrationi bus illis superesset: id omne nō aleæ nō tesserarū ludo: cæterisq; eiusmodi ineruditis uoluptatibus (ut cæteri solent) sed lectitandis ueterū scriptorū monumentis im penderent: hac laude in primis uiri duo claruere Alexander sfortia auus tuus: & Cō stantius pater qui: qđ perpetuū ocii nō inertis nō desidiosi testimoniū esset: ornatissi mam omnifariam librorum bibliothecam tibi reliquere: ubi tu tanq̄ in iucundissi mo quodam diuersorio libentissime conquiescis: & cum patrem auumq; tuum insi gnes bello togaq; principes ad imitandum tibi proposueris: ita eorum exemplo mi litaria studia exerces: ut rei litterariæ curam non omittas. Verum inter cætera studi orum tuorum oblectamenta cum Mantuanum uatem obseruantia quadam impri mis & foueas & amplectaris: atq; ita: ut e manibus tuis tanquam enchiridion quod dam nunquam fere excidat: uenusinam quoq; musam non contemnis: cum qua tam sæpe libenterq; uersatis: ut totum pene opus memoria teneas. Hinc ego qui ti bi omnia debeo: quiq; quicquid in me ingenii & industriæ est: id omne iampridem tibi dedicaui: rem celsitudini tuæ non ingratam nec inutilem me facturum existi maui: si quæ apud Horatium mendose legerentur: mea industria ac diligentia emē datiora redderētur: tresq; cōmētarios: qui in enucleandis huius poetæ sensibus præ cipue laborarunt: imprimendos curarem: in quibus etiam corrigendis non minus mihi laboris incubuit. Hoc autem ideo factum est: quia cum quidam: qui uetusta tem sibi placere affirmant: ueteres interpretes desiderarent: alii ꝙ quanto iuniores tanto perspicatiores esse arbitrentur: Landinum mallent: utrisq; hoc nostro labore cōsultum iri uoluimus. Q uanuis enim paucis se lectoribus contentum esse poeta affirmet hoc est eruditioribus: nō tamē ad eius iniuriā pertinere arbitrati sumus si nō tam eruditi q̄ erudiri cupientes multiiuga interpretatiōe poetæ sensum protinus eli cere possint: ꝙ si qui sunt: qui dicant: qui multi sunt hæc tam numerosa glosema ta acutioribus ingeniis impedimento esse: quo minus aciem mentis in pensiculādis ueterum scriptorum uerbis atq; sententiis exercere possint: nō inficias ibo: quin ob tantam librorum copiam quispiam interdum negligentior fiat & inertior. Malim tamen nostros rerum copia q̄ inopia laborare. Hunc igitur poetam cum citra no xam tuam feriari uolueris: in manus sumito: qui cum id quod præcepit cumulatis sime fuerit assecutus: ut & iucunda simul & utilia dixerit: tibi non minus usui q̄ or namento esse poterit. Vale: & me dilige.

Io. Francisci Philomusi Pisaurēsis poetæ laureati Carmen Ad Eūdem principem Ioannem Sfortiam.

Vulgus iners indocta cohors: cui blanda uoluptas
Alea cui fallax: cæcæq; obliuia mentis
Sunt cordi: cui mens putri sopita ueterno
Perpetuas patitur tenebras: & noctis opacæ
Segniciem: nimioq; graues abdomine somnos:
I procul hinc: sacri ne pollue limina uatis.
At uos palladiæ mentes: quibus insita cordi
Plectra: lyræ: cātus: numeri: uatumq; perēnis
Gloria: si doctas iuuat exercere per artes.
Ingenium: & phœbi cœtus implere beatos:
Sumite iucundi numerosa uolumina uatis.
Hic aganippeis sacram de fontibus undam
Porriget: & plectri uarios moderabit̄ ictus:
Hic inter lyricos sublimi uertice uates
Sydera celsa ferit: seu dulcia furta puellæ
Cantat: amicicias: conuiuia: prælia: paces:
Siue licambeis lacerat latratibus hostem.
At cum frigidulas diuersa ob crimina mentes
Lenis iter melius diuersa callidus arte
Edocet: & puras tetricis sermonibus aures
Personat: & docili præcepta salubria uitæ
Præbet: ridenti similis: q̄ candidus: & q̄
Purus: & a nulla corruptus labe ueneni.
Hūc tu Sfortiadum decus indelebile nactus
Ocia parua leges: populi cum publica noris
Commoda: ciuiles poteris cū linquere curas.
Sforciadum est (fateor) laudem per tela per enses
Quærere: & īsignes bello cumulare triumphos
Sub diuo tolerare hyemem: sæuosq; per æstus
Sub galea phaetonta pati: tum sumere fusis
Hostibus obsidium: uictisq; imponere leges:
Non ideo dulces tamen aspernabere musas.
Non minus eloquio Cæsar q̄ claruit armis.
Cinxit & Augustꝰ gemina sua tempora lauro
Terrarum pelagiq; potens: sic itur in alta
Sydera: & æternos parit immortalis honores
Gloria: summorumq; uigent monumenta uirorum
Hos hominum flores imitabere: palladis arte
Præditus: ad martis uenies certamina maior.

ACRON

m Ecœnas atauis edite regibus. Hominũ ſcribit officia pragmatice monocolos. In cõmemoratione parentũ & laudatio inuenitur: ut Virg. qui tãti talẽ genuere parẽtes & uituperatio. ut Iſmarus aut rhodope aut extremi garamantes. Edite regibus. qm̃ dicitur duxiſſe originem ab ethruſcis regibus & cõtempſiſſe ſenatoriam dignitatem: mãſiſſe aũt ſemper ĩ equeſtri ordine. O & præſidium. qm̃ eũ a cæde liberauit Bruto a Cæſare ſuperato: uel quia p̃ ipſum liberatus ẽ indulgente ſibi Auguſto. & multa etiam illi donauit. Mecœnas. amicus auguſti cæſaris. Decus. quia magna laus eſt placere meliori.

m ECOENAS ATAVIS EDITE REGIBVS.
O & præſidium & dulce decus meum

PORPHI. Mecœnas atauis edite regibus Hac ode Mecœnatem alloquit̃. Indicans aliũ alio ſtudio teneri: eoꝝ qui appetantur lucri cupiditate uel gloriæ: ſe putare aũt inter deos relatum iri ſi numero lyricoꝝ poetarũ aſcript⁹ fuerit. Mecœnatem ait atauis regibus editum ꝙ nobilibus ethruſcoꝝ ortus ſit.

CHRIS. Mecœnas. ad mecœnatẽ ſcribit cui q̃tum debuerit pauloante in ſua uita demõſtrauim⁹. Et profecto uir fuit: cui muſæ latinæ oĩa debeant: quãdoquidem huius hoĩs patrocinio: atq; liberalitate pricipes poetaꝝ non ſolũ ſuſtentati: ueꝝ etiã ad eas opes atq; dignitatẽ ſubuecti ſint: ut illis inquietiſſimo ocio excluſa oĩ neceſſitate igeniũ excitare: & in maximis rebus exercere ſine cura licuerit. Quapropter omniũ poematũ: q̃ ab illis ad nos prouenerunt non ſolum auditoribus debitores ſumus: ſed etiam illi per quem ipſi hæc præſtare potuerunt: cuncta debemus. Edite. in lucem date. i. generate. Eſt enĩ edo ex e & do. E ĩ compoſitiõe aliquãdo auget: ut eluceo ualde luceo: aliquãdo uim habet prepoſitionis extra: ut emitto extra mitto. Edo igitur. i. promo: & quia naſcentes in lucem ꝓmuntur: recte erit edite nate. Eadem etiam rõne dicimus edere manifeſtare & publicare. Veꝝ ego o lector iã a principio hoc monitũ te eſſe uelim: me quæ occurrerent enodanda uocabula: ea me primo ſemper loco diligenter interprætatuꝝ: & abſolute ut per oẽs ſuas notiones traductuꝝ: ne rurſus alio in loco idem ſæpius repetendum ſit. Quod ſi tibi cum iteꝝ occurret: memoria forte iam exciderit: inuenies omnium ĩdices ex ordine litteraꝝ in ultimo codice poſitos: ut inde ueluti ex perẽni fonte ĩ tuos uſus haurire poſſis. Sed trãſeo ad reliq̃. Atauis regibus. laudat a genere: Sic Vir. Dardanidæ duri. Item nate dea: nã te maioribus ire per altũ. Auſpiciis manifeſta fides: ſic cõtra uituperauit. Vt bellum etiã pro cæde boũ: ſtratiſq; iuuencis laomedontiadæ. Præterea magna auxeſi uſus eſt: qui dixerit atauis regibus. Non. n. ſolum nobilitatem: ueꝝ etiã uetuſtatẽ in nobilitate laudauit. Præclaꝝ enĩ munus fortunæ eſt naſci ex rege: ſed ꝑclarius ex eo rege: cuius maiores quoq; regnauerint. Veꝝ in agnationis gradibus aſcenſus deſcẽſuſq; ẽ. Aſcẽditur aũt hoc pacto: ut qui te genuerit patrẽ appelles: ſiue is a patrãdo dicatur. Patrare enĩ operã liberis dare eſt. Ait tñ Quintilianus patrare apud antiquos ſancte & honeſte dicebatur. Deĩde cõſuetudine in uitiũ lapſum eſt uerbum. Vnde irrideri ſolitũ eſſe Salluſtiũ q̃uis immerito: ꝙ patrare bellum dixerit: tanq̃ patro rẽ turpẽ dũtaxat ſignificet. Hæc Quintilianus. Ex quibus uerbis colligitur priſcos patrare pro perficere & finire poſuiſſe: nõ ſolũ cum liberis opa daretur. Veꝝ etiã cũ aliud quidpiam iã inceptũ ad finem perduceret: ſiue quia græce πατὴρ uocetur. Deĩde ẽ auus ab æuo noĩatus: quia patre antiquior ſit: poſt auum ꝓauus: quaſi ꝓpe auum. inde abauus quia ſit iã procul ab ipſo auo. Poſtremo ẽ atauus & tritauus: quaſi tetrauus: quia quartus ſit ab auo τέταρτοσ enim græce quartus. Poſt tritauum maiores dicimus. Eadem erit rõ in deſcenſu. Dicitur enĩ filius uel quia ex noſtro femore ſit: uel ab amore: qui græce φιλοσ appellatur. Nihil enĩ magis amat pater q̃ filiũ. inde nepos quaſi natus poſt. Atq; ſuo ordine: deinde ſequuntur pronepos: abnepos: atnepos: & trinepos. Quia autem nepos non is ſolum dicit̃: qui eſt ex filio natus: ueꝝ ex filia & ex fratre & ex ſorore: iccirco adiungimus Speuſippus nepos Platonis fuit ex ſorore Tuliola neptis fuit Qu. Ciceroni ex fratre. Qui uero poſt trinepotẽ ſunt: minores appellant̃. Ex lateralibus aũt hẽmus patruũ patris fratrẽ & auunculum matris fratrem. Qui aũt aui frater ſit: magnus patruus dicitur: qui auiæ magnus auunculus. Habemus amitã patris ſororẽ quaſi alteram matrẽ. Et materterã. i. matrẽ alterã matris ſororẽ. inde pari rõne & magna amita: & magna matertera dicitur. Eſt frater quia fere ſit alter tu. Eſt ſoror quia ſeorſum a ſua ſtirpe nata uideatur: & alii ſtirpi adiũgenda. Sunt patrueles ex duobus fratribus nati: qm̃ qui pater alteri eſt: alteri eſt patru⁹. Sunt itidem cõſobrini quaſi cõſororini ex duabus orti ſororibus aut ex ſorore & fratre. Deniq; gentiles & agnati dicũtur oẽs qui ſunt ex eadẽ ſtirpe maſculina. Cognati uero quoꝝ maternum genus idẽ ſit. Affines poſtremo qui nõ tibi natura: ſed uxori tuæ cõiũcti ſunt. uxor ipſa dicitur: quia ut ſoror tibi eſſe debeat: uel uxor quaſi unxor ab ungendo: quia apud priſcos nouæ nuptæ ungerentur. Maritus dicitur quia mas ſit. inde in cõiugio ſoceꝝ dicimus & ſocrum: quia ſibi geneꝝ aſſocient. Gener aũt ex eo eſt ꝙ generandi cã aſſumitur. Nurus uero quia nubat. O & præſidium & dulce decus meum. Laudauerat a nobilitate quod bonum fortunæ ẽ. Sed quoniã fortunæ dona non bona ſunt: ut ſtoicis placet: quia non propter ſe expetũtur: ſed ut per illa aut humanã neceſſitatem ꝑpulſemus aut cõmodius ad uirtutẽ

E in compoſitione

Edo

Agnatiõis gradus

Patrare

Auus
proauus
Abauus
Atauus
tritauus
filius
nepos
patruus
Auunculus
Amita
Matertera
frater
soror
patrueles
cõſobrini
Gentiles
Agnati
cognati

quæ uerę bonũ eſt:perueniamus:euanuiſſet laus illa nobilitatis in mecœnate: niſi illud bonũ:quod ꝑpter ſe bonũ non eſt:ſed perinde bonũ ut utaris:ille ad uirtutẽ aliquã cõtuliſſet. Erat ex ſua nobilitate potẽs & opi bus auctoritateq́ꝫ pollẽs mecœnas. Sed cõuertat hoc ſuũ cõmodũ ad ſuperbiã:aut ad auaritiã:aut ad libidinẽ:iã nõ ſolũ non erit bonũ: Verum ſũmũ erit malũ quia uitiũ. Conuertat rurſus ad humanitatẽ:ad liberalitatẽ & ad beneficentiã ĩ reliquos homines:ſtatim illud quod medium ſtoici nũcupant:bonũ eſſe confitebor:quia uirtus:quia illo ueluti ĩſtrumento ad recte agendũ:& ad bene de hominibus promerendũ utitur. Sed uideamus uim uerborę. Præſidiũ latini proprie appellarunt præfectũ aliquẽ cũ parte militũ:qui ad cuſtodiã & defenſionẽ arcis aliuſue loci præſideat. Qui.n.præſidet propugnationẽ pollicet̃. Hec Vir. Arces quibus altus apollo præſidet.ſed per tranſlationẽ omne auxiliũ & ſalutis propugnaculũ præſidiũ dicũt. Decus aũt ornamẽtũ & gloriã exprimit.ſed nomẽ eſt a græcis per litterarę tranſpoſitionẽ ſumptũ:illi.n. κιδόσ dicunt Nos ãt reuocat a littera.d.in ꝑrimam ſyllabã:& reiecta.c.in ultimã decus dicimus Hoc & in aliis euenit.nam quod ab illis μορφη a nobis forma ꝙ τέρεν tener per eaudem tranſpoſitionem dicit̃. Eſt ergo præſidiũ circa ſalutaria. Eſt decus circa honorifica. Præſidiũ eſt poete:quod illũ ex periculis eripuit.quod iratũ Octauianum ſibi placuit:& ex ĩfenſo amicũ reddidit:quod ab exilio ĩ ciuitatẽ reduxit. Decus aũt eſt:ꝙ pluribus honoribus honeſtauit. Quapp oĩa ſe illi debere profitet̃:quẽ & ſalutis ut ſit & dignitatis ut bene ſit:auctorem confitetur Maxima ergo hõis laus:qui opes ſuas ex nobilitate cõparatas:quibus multi mortales ĩ oẽ uitiorum genus abuſi ſunt:ad uirum optimũ:& eius auxilium ĩplorantẽ ſubleuãdũ:& poetã ægregiũ auctoritate dignitateq́ꝫ honeſtandum conuerterit.

Præſidium

Decus

Sunt quos curriculo puluerem olympicũ
Collegiſſe iuuat:metaq́ꝫ feruidis
Euitata rotis:palmaq́ꝫ nobilis
Terrarum dominos euehit ad deos.
Hunc ſi nobilium turba quiritium
Certat ter geminis tollere honoribus:
Illum:ſi proprio condidit horreo
Quicquid de libycis uerritur areis
Gaudentem patrios ſcindere ſarculo
Agros:attalicis conditionibus
Nunquam dimoueas:ut trabe cypria
Myrto:um pauidus nauta ſecet mare.

ACRON. Sunt quos.ſũt ꝗ delectantur ini re currule certamẽ:expoñit aũt uaria hominũ ingenia & non unas uoluntates:ne ſit arrogãtiæ:ꝙ ſibi poeticam uideatur uẽdicare doctrinam cum ſingulos quoſq́ꝫ rerum aliarę diuerſus habeat amor. Puluerem olympicũ.agonalẽ etiã habere puluerem in curru ſuo. Circenſes agonici in honorẽ iouis olympici ſũt inuenti apđ elidẽ.unde Vir.hic & ad elæi metas. Feruidis.uertigine ipſa calentibus. Euitata rotis.circunducta:ne offendatur. Palmaq́ꝫ nobilis.alios palma nobilis.i.uictoria terræ dominos facit:& diuinis honorib⁹ conſecrat utpote uictores:ac per hoc neq́ꝫ aurigæ neq́ꝫ uiro forti aliud placet. Terrarę dominos.amphibologicos dictum eſt:utrũ dominos terrarnm eleuet:an ad deos qui ſunt domini terrarum. Ad deos.ad capitoliũ ac ſi diceret cum triumpho. Turba quiritium.ad uulgi leuitatẽ refert quia ſunt faciles animi & facile mouetur uulgus.

Ter geminis.finitus numerus pro infinito uel etiã aut quæſtura:aut præfectura:aut cũſulatu. Honorib⁹.zeugma ab inferioribus nunꝗ dimoueas.ſicut inquit illi cui ſemel agricultura placuit::& cœpit de agris ſuis frumentum:nullis præmiis perſuadeas ut nauta ſit. Sic nec ipſi:cui lyrica profeſſio placuit aliud perſuadere poſſe ſcias:iuxta illud.tot ſententiæ:quot homines. Quicquid de lybicis. ſpecies ꝓ genere. Verritur.colligitur:trahitur. Scindere.colere: fodere Sarculo.genus ferramenti ruſtici:qđ græci ζουδιον uocant. Attalicis.attalus rex pergamẽorũ ditiſſimus fuit.cui propter opũ magnitudinem Po.Ro.teſtamẽto ſucceſſit. Nunquã dimoueas.i.etiã ſi diuitiæ regis Attalici proponãtur nunquã dimoueas illũ. Cypria.abuſiue ponitur ꝓ quacũq́ꝫ:ſiue quia ualidiores illic ſunt. Myrtorum.a myrtilo auriga ſiue uictimario pelopis:quẽ cũ deprehendiſſet:ꝙ axes ſuos corruperat in hippodamiæ certamine in pelagus eum precipitauit:ex cuius ſupplicio mare nomen accepit:ſeu a uenere propter myrtũ:non a myrtilo:nam myrtolũ diceretur. Pauidus.propriũ epitheton nautarum.

Myrtoum mare.

POR. Palmaq́ꝫ nobilis terrarę dominos euehit ad deos. Ambiguũ utrę nobilis deos:an palma nobilis. Nobiles quirites ait referens ad uulgi leuitatẽ: loquitur aũt de eo qui fauore uulgi captans optet cũ ingreſſus ſit theatrũ plauſũ ſibi edi a populo.ſic.n.excipiebantur ĩ theatrũ principes.de quibus bene populus ſẽtiebat. Hos.n.plauſus ter geminos honores appellat. Attalicis cõditionibus.i.regiis opibus. Attalus autem rex pergamenorum fuit.cuius hereditate po.ro. locupletatus fuerat Eſt autem ſenſus:quicunq́ꝫ cõſueuerit agrum ſuum colere nunquam ſollicitatur ad nauigãdum etiam ſi regias opes promittas ut hoc faciat. Cypria trabe.pro cyprio ferro abundante. Cypriis.n.clauis naues figuntur.

CHRI. Sunt quos curriculo.cõparata ſibi beniuolentia ab auditore comparat a re quam ſibi aſſũmendã proponit:& cum ſtudium ſuum per contentionem reliquorum ſtudiorum artificioſiſſime ex-

tollat:ſimul cū beniuolentia attentionem quoq; ſibi concilat.Sententia eſt eſſe qui ludis delectentur. Qui honorib⁹ īſeruiāt:Qui agriculturā:Qui mercaturā exerceāt:qui uenationib⁹ tēpus terant:Qui deniq; genio īdulgeāt:Quæ oīa cū aut ad ābitionē aut ad auaritiā:aut ad uoluptatē ſpectēt:ſibi ꝓpoſitū ēē ut īmortalitatem per muſas aſſequatur. Sunt.aliqui:quos iuuat collegiſſe puluerem olympicum in curriculo.Circūlocutio eſt:id eſt quos iuuat certaſſe in certamine curruli & equeſtri:in quo citatur puluis:quo currentes ſpargantur & id in ludis Iouis olympici.Curriculū īteruallū dicunt:per quod a carceribus ad calcē uſq; curritur.Curſum autē actū currendi.Aliquando tamen curriculum pro curſu poſitū uidemus. Puluerem.puluis erat apud antiquos & puluer.Sed ab eo quod ē puluis genitiuus erat huius puluis:a puluer autem pulueris:ſed deinde in uſu eſt puluis in rectis tantum:puluer etiam in obliquis.Sed quoniam ludorum ſæpe mentio apud poetas eſt: non erit ab re oſtendere quattuor ludoꝝ apud græcos præcipua genera fuiſſe.Primi olympici dicti ſunt:quoniam in olympo archadiæ monte iuxta piſam & elidē celebrabantur ioui dedicati & in pelopis honorem ab hercule inſtituti:anno mundi quadrigenteſimo ſupra quattuor millia.Ipſeq; hercules primus in eo coronatus eſt:nulluſq; repert⁹ ēſt:qui in aliquo certamine quāuis uaria eēnt:certare ſubſtinuerit:Sed cum a bello ad ſacra conuerſus eſſet:etiam a diis ſecundū Diodorum munera accepit a Minerua peplū:a Vulcano clauam & thoracē.Dedit neptūnus equum:Mercurius enſem:Apollo arcum præbuit:& illo uti docuit:Ceres parua myſteria ad purgandum centaurorum illi cædem oſtendit:ſed redeo ad ludos in quibus uictores oleaſtro coronabātur .Celebrabantur autē quinto quoq; anno id q; tempus olympiadem appellabant.Ac deinceps apud græcos tempora per olympiadas enumerata ſunt.Secundi appellantur phythii a phyteone ſerpente quem interfecit apollo:& in honorē ipſius īſtituti ſunt:in quibus uictores lauro coronātur.Tertii iſthmii ab iſthmo parte achaiæ noīati:ubi in honorē celebrantur polemonis:quē latini portunū dicunt:& qui ex melicerta hoīe deus marinus effectus eſt.Sed uictoribus ex pinu corona decernitur.Quarti nemeæi a nemea ſilua nominantur.ſed hi in archemori honorē īſtituti ſunt.Hic enim puer licurgi filius fuit & opheltes appellatus.Sed a nutrice dū fōtē argiuis ad thebanū bellū properātib⁹ oñdit temere ī herba relictus a dracone īterēptus ē.Argiui aūt ī patris ſolatiū illi ludos īſtituerūt:& quia principiū fati īde cœptum ē ꝓ ophelte archemoꝝ appellarunt.Ex apio aūt coronā īſtituerūt:uel ut puerilē ætatē ex herbe humilitate notarent: uel ut etiam q̄ ī illa herba iacēs extinctus fuerit oñderēt. Collegiſſe iuuat puluerē olympicū.quaſi dicat tātā ēē uictoriæ uoluptatē:ut iuuet ptuliſſe oēs labores.Optim⁹ ergo poeta qui tacite moneat nō ēē recuſandos labores:qui ſuaues afferāt fructus.Iuuat ergo non colligere quia res aſpera ē dū peragiẗ:ſed collegiſſe:quia uoluptatē hēt pteritoꝝ laboꝝ r̄cordatio:ſi extra periculū poſiti præmiū laboꝝ cōſecuti ſum⁹. Metaq; feruidis.e.r.non fruſtra quia potuerat colle giſſe puluerē & tñ rotas non euitaſſe metā:& nō ſecutā ēē uictoriā.Et eſt pene expolitio.Nā tribus clauſulis eādē dicit ſētentiā. Meta.ſic dicta uel quia eēt poſita ī dimēſo ſpatio:uel quia illā metiantẽ q̄drigæ circūcurrentes. Cū.n.iā carcerib⁹ emiſſæ ad metā ueniſſēt quadrigæ erat opus ut circū ipſā flecterentur.hic Iuuenalis.Cur tñ hoc potius libeat decurrere cāpo:Per quē magnus equos aruncæ flexit alumnus.Et Cicero de oratore.Si infinitus forenſiū rerum labor & ābitionis occupatio deflexo honorum:& ætatis curſu conſtitiſſet.Et Statius.Flectere ſi poſſet circū cōpendia metæ.Et Perſius.Quid ſumus:aut quidnā uicturi gignimur.Ordo quis rerum:aut metæ q̄ molis flexus & unde.Et Vir.Hic uiridē æneas frōdenti ex illice metam: Conſtituit ſignū nautis pater:unde reuerti ſcirent:& longos ubi circūflectere curſus:Poniẗ tñ meta ꝓ tranſlationē ꝓ quocunq; termio. Vir.His ego nec metas reꝝ:nec tempora pono.Erat igitur difficultas circa flexū metæ:nā ſi nimis adheſiſſent:periculū erat ne currus in ea illideret:& rotas amitteret.Sin aūt nimis longo illā ſpatio euitaſſent:poterat qui ſequebatur inter metā & illū breuiori uia delatus ex ſecundo prior effici.Artificiū ergo oñdit aurigaꝝ.Illi enī uehementer metæ ut breuiori curriculo currerent:adhærebant.Quod oñdit Statius dicēs.Flectere ſi poſſet circū cōpēdia metæ.Et tñ ſūma īduſtria euitabāt ne illiderent.Rota a ruēdo dicit:ruit.n. facile in ſuos orbes:hic rotūdos. Feruidis uel calidis.nā motu caleſcunt.uel feruidis.i.uelocibus.Nā queadmodū frigeſcere dicimus:qui aut ocio torpent:aut ſegnius rē agunt:ut apud Terētiū:Ni mirum hic hoīes frigēt.Sic qui uehemētes ſunt:& ueloces in agendo caleſcere dicimus.Vir.Stabāt ardentes tyrii. Et alibi:Ardenteſq; aduertit equos qui locus ex Homero eſt.Eſt aūt ferueo ferues.ut Vir.feruet opus:& ferueo feruis idē.Totūq; uideres feruere leucatē. Palma.arbor eſt in Italia ſterilis.In maritimis hiſpaniæ fructū fert ſed īmitē.Dulcē in africa ſed ſtatī euaneſcētem.Contra autem in oriente:& ex iis uina:alicubi ēt panis & pluribus quadrupedibus cibus:palmarum fructus dactyli:palmulæ:Scandalides:Margaridæ:Careota & careotides:teſte Plinio dicuntur.Datur uictoribus nō ſolū quia ſemper uireat:hoc eſt ſibi cum multis aliis cōmune:ſed maxime quia hæc arbor nullo pondere degrauari poteſt:quin ſurgat & ſe eleuet.Vnde uel refringit:uel extollit quicquid ſuper īponitur.Sic & uictoriæ cupidus nullo obſtaculo prohibetur:& omnia perfert:& contra oēs difficultates īuictus inſurgit. Palma ergo ꝑmiū uictoriæ ē:īde palmarium .i.palma dignū.Ter.in eunucho.Id uero ē quod ego mihi puto eē palmariū. Meta igiẗ euitata feruidis rotis .i. ab ipſis quadrigis:ut ſit ītellectō quia pars ꝓ toto ponitur:& no

Curriculū. Ludorum genera Olympici Phytii Iſthmii Nemeæi Meta Palma

bilis palma.i.palma quæ hoĩes nobilitat:quæ duo notant uictoriã:euehit ipsos.s.certantes ad deos do minos terrarꝶ:nã oĩum dñi sũt dii imortales. Euehit ad deos.quia uictoria ex ipsa fama & gloria equi parat uictores diis.Sunt qui credãt triũphũ a poeta significari:& tunc lege palma nobilis.i.ãplissima de hostibus uictoria:euehit uictores dominos terrarꝶ.i.ex uictoria iperio in terris potitos ad deos.i.capito liũ quo quadrigis albis uecti triũphãtes ioui optĩo maxĩo sacrificabãt.sed puto rectius ĩtelligi de uicto ria ludoꝶ. Nobilis.i.noscibilis uel nõ uilis.Quapp quisqꝫ uel uirtute uel uitio ĩsignis ẽ:ĩ ea re nobilis appellaẽ.Instituerat a principio oñdere poeta non unũ eẽ oĩum mortaliũ studiũ:neqꝫ idẽ oẽs cupere: cũ trahat sua quẽqꝫ uoluptas.Sed diuersos diuersa sectari.unde Persius.Mille hominũ species:& rerꝶ discolor usus.Quapp dixerat esse alios quos ludoꝶ delectarent certamina:nunc alios ponit qui ambi tione trahanẽ:alios qui agricultura delectentur:hoꝶ autẽ neutrum ne magnis quidẽ conditionibus ĩ pelli posse:ut nauiget.Ordo aũt textus ita se hẽt.Tu nõ dimoueas attalicis cõditionib⁹ aut hũc ut ĩpe pauidus nauta secet naue cypria myrtoum mare.si turba quiritiũ certet illum extollere tergeminis ho noribus.Neqꝫ rursus dimoueas aliũ gaudẽtẽ findere agros sarculo attalicis cõditionib⁹:ut pauid⁹ nau ta se.& ce. si cõdidit ꝓprio horreo quicqd uerriẽ de lybicis areis.Vides itaqꝫ hypbaton lõgiorẽ.i.tran scẽsionẽ ĩ cõponẽdis uerbis. Turba. proprie oĩs ẽ hominũ multitudo ergo uilis.Sed ut humilitatẽ ex tolleret:addidit nobiliũ quiritiũ:significat ẽt turba:ut ẽ apud Terẽtiũ turbationẽ & tumultũ.

Quirites — Quiri tiũ.i.romanoꝶ. Cures.n.ciuitas ĩ sabinis erat cui ipabat.T.Tatius. A curibus aũt quirites dicebanẽ il lius ciuitatis ciues.Cõuenerunt igitur Romulus et Tatius ĩ hãc sentẽtiã ut ex duobus populis unus ef ficereẽ;et sabini romã migrarent:romaqꝫ nomẽ retineret:sed romani et sabini quirites appellarentur.

Certat.certatĩ studet. Tollere.exto lere.i.ad altiorẽ dignitatis gradũ adducere. Tergeminis hono ribus.quasi trigeminis. i.ualde geminatis.Tris eni græci pro ualde posuerunt hic τριμεγιστοσ.Sic Plautus nõ fur sed trifur.i.maximus fur:uel trigeminis quasi a tribus ordinibus.s.sẽatorio equæstri & plebæo illatos.uel dixit tergeminis pp tres maiores magistratus præturã cõsulatũ & dictaturã. Hono res aũt ꝓ magistratib⁹ poni manifestũ ẽ.

Horreum — Horreo.sũt q dicãt granaria apđ ãtiquos dicta eẽ horrea q̃si hordea:qa illud ãtiquissimũ genus frugũ fuerit:ut ẽt apparet apud Homerũ.Alii horrea quasi horrida pp asperitatẽ aristaꝶ:qm̃ Prisci fruges ĩ suis spicis cũ aristis ĩ granariis conderent. Verriẽ.uerrẽdo col ligiẽ.Est.n.uerrere trahere.Hic uerriculũ genus rhetis qđ p aquã trahiẽ.ide uerrere ẽ cũ locus eductis oib⁹:quæ ĩpediebant uel turbabãt:purgaẽ.Iuuenalis. Verre pauimẽtum:nitidasqꝫ ostende colũnas.Et Vir.Quippe ferant secũ rapidi uerrãtqꝫ per auras.Verro aũt uerri facit et uersi.

Lybia — Lybicis areis.i.aphri canis:quæ regio aprime fertilis ẽ.Est aũt denominata lybia ab epaphi filia & busiridis matre.

Area — Area lo cus purgatus coæquatusqꝫ et cylindro cõsolidatus ubi frumẽtũ trituriunt:dicta ab ariditate. Vir.Area tũ primũ ĩgẽti ẽ æquãda cylidro.Sed in urbibus areas latini dicũt:quas græci plateas nuncupãt.Itẽ lo cũ purgatũ qui mox ædificio occupãdus sit.In hortis etiã quadrata quædã et bñ subacta atqꝫ coæqua ta spatia:in quæ mox semina iacianẽ:areolas dicunt.Sarculũ parua marra ẽ.Iuue.Ne marræ et sarcula dsint:Inde sarrire dicunẽ agricolæ:cũ segetes sarculo leuiter scalpẽdo a noxiis hærbis purgãt.

Attalus — Attalicis cõditionib⁹.magnis pactionibus.fuit eni ditissimus pecunia:splẽdida abundãtissimaqꝫ supellectili At talus pgami rex.Et cũ sine liberis decederet:populũ romanũ ex testamẽto hæredẽ reliqt.Hic oĩa ma gnifica et spẽdida attalica dicta sunt.Propertius.Nec sic ĩ attalico mors mea nixa toro:

Aulæa — Aulæa ẽt.i.ue stes quibus parietes uestiũt et ornãẽ:ab eo rege ĩstituta ab aula sua noĩata sũt. Trabe.i.naui denomi natõ ẽ. Cypria.ꝓ quacunqꝫ nau :spẽm ꝓ genere posuit:uel quia ĩ ea insula ualidiores fabricarẽtur na ues.

Myrtoum mare — Myrtoum mare.inter ioniũ et ægeum ẽ a myrtolo mercurii filio.Hic hippodamiæ quæ filia erat enomai regis archadiæ:auriga fuit.Sed cũ pelops certaturus eẽt cũ puella ĩ certamine curruli:in quo si uinceret premium esset puellæ coniugium:si uincereẽ:pœna mors:pollicitus est primã noctem puellæ pelops myrtolo:si ille per fraudem axem in curru puellæ cæreum:ut in cursu dissolueretur currus effice ret. Recepit se facturum adolescens:et quod recepit:præstitit.Sed non seruauit fidem pelops:peten temqꝫ primam noctem myrtolum in proximum mare precipitauit:Indeqꝫ nomen sibi mare uẽdicauit

ACRON. Luctantẽ.cõfligentem. Icariis. icarus dædali filius pennis resolutis quas cæra illigatas arte patris sumpserat in mare corruit et nomen imposuit mari icarium. Mercator metuens.tempestatem tunc laudat ocium et agrum:tamen auelli a nauigio postea non po test:cũ timere desierit ordo est.Mercator metuens luctantem icariis fluctibus africum ocium et oppidi sui rura laudat mox reficit quassas rates:ut trabe cypria pauidus nauta secet myrtoũ mare. Indocilis. pro indoctus uel impatiens pauperiem pati. Est qui nec.est qui delectatur conuiuiis apparatis ut con tinuare diem uelit. Massici.locus ẽ campan ubi optima uina nascuntur. Nec partem.due abnegati uæ particulæ hic pro una ponuntur. Solido.integro. Demere.s.ut nõ intermittat sed continuet læti tiã toti⁹diei. Spernit.liptote dicit alios lautiore uita delectari. Viridi.amœna et cõuiuiis apta. Strat⁹.

Luctantem icariis fluctibus aphricum
Mercator metuens: ocium: & oppidi

Laudat rura sui: Mox reficit rates
Quassas indocilis pauperiem pati.
Est: qui nec ueteris pocula massici
Nec partem solido demere de die
Spernit: nunc uiridi membra sub arbuto
Stratus, nunc ad aquæ lene caput sacræ:
Multos castra iuuant: & lituo tubæ
Permixtus sonitus: bellaq; matribus
Detestata: manet sub ioue frigido
Venator teneræ coniugis immemor:
Seu uisa est catulis cerua fidelibus:
Seu rupit teretes marsus aper plagas:
Me doctarum hederæ præmia frontium
Diis miscent superis: me gelidum nemus:
Nympharumq; leues cum satyris chori
Secernunt populo: si neq; tibias

figura ē: ut Oculos suffusa nitentes: pro habēs mēbra strata sub uiridi arbore. Sacræ aquæ. omnis.n.fons in origine sua sacer est. & sonitu suo suadet etiā sōnos. Multos castra. exercitium militare delectat: ut iuuat euasisse tot urbes. Lituo. litui acutus est sonus: tubæ grauis. Iter lituum & tubam hoc distare inueni: lituus equitum est incuruus: tuba uero peditum est & directa. Detestata. execrata ꝑpter mortē filiorꝝ: quia i bello pueri & adolescētes animositate incauti sunt ut Virg. Vota metu duplicāt matres sub ioue. iouē ponit aerem & nocturnū tēpus: quo feris tenditur. ac per hoc dicit aliis uenationē placere: ita ut nō capiant̄ affectu coniugum dum eligunt uoluptates uenandi. Venator teneræ. aut delicatæ: aut nuper in matrimoniū copulatæ. Fidelib⁹. sagacibus uel silentium inuestigando seruantibus Vir. Et odora canum uis. Teretes. non teretes plagas: sed de tereti fune factas ideo .n. ita posuit quia illi debemus substantiam unde sumimus. Marsus. sabellus. species pro genere posuit: ut Virgilius Dentesq; sabellicus exacuit sus. maiores enim forma & ferociores eē dicuntur. Premia. poetarum scilicet: quia poetæ hedera tantum solebant coronari Vir. Pastores hedera crescētem ornate poetam. Diuinum ergo se honorem dicit per poema adeptum: ait ergo alios uenatione: se musica delectari. Gelidū nemus. materiā ipsā carminis ꝓ laude posuit. nemus āt pnasi mōtis dicatū nymphis. Nymphaꝝq; l. Satiri.n. & bacchææ iō leues quia se i saltādo & ludēdo uelociter rotāt. Secernūt. p. i. dāt mihi meritū ut a uulgo separer. Tibias. i. si poema meū ñ morat̄: nec musæ īpediūt.

POR. Mercator metuens ocium & oppidi laudat rura sui mox reficit rates quassas. sensus ē. Mercator cum tempestatē i mari patitur abhorret nauigare & optat iam rusticam uitam in patria sua rura colere. mox ubi euaserit periculum: eandem uitam repetit. Per quod colligit neminem posse aliquid agere preterq̄ quod cōsucuerit. Est qui nec ueteris pocula massici. Ordo ē qui nec spernit. dicit autem alios lautiore uita delectari. Ad aquæ caput. i. apud fontem: omnes autem pariter fontes sacri habentur: & ideo caput sacræ aquæ. Manet sub ioue frigido. ac per hoc sub cælo: Dicit autem alios studio uenādi plærunq; in siluis pernoctare Catulis cerua fidelibus. melius generaliter accipiemus: q̄ ut uenationi tantū eos fideles intelligamus: nā & Lucretius: Fida canum uis: dixit ergo quod semper fideles dominis sunt. Me do. h. p. f. Premia doctaꝝ frontium hederas ait: quia his poetæ coronabantur. unde & Vir. ait Atq; hāc sine tēpora circū. Inter uictrices hederā tibi serpere lauros. Nympharūq; leues cū satyris chori ꝓ ea egregiā gloriā dicit cōseq: de qb⁹ canit fere lyrico carmini materia de nemorib⁹ ac fōtib⁹ & si q̄ sūt his similia aut ꝓxima. Secernūt populo. i. ð grege uulgi tollūt. ac p hoc sublimē faciūt.

CHRISTO. Mercator. Quēadmodum deditus agriculturæ non potest ipelli: ut q̄stus gratia nauiget: sic contra nec ipse mercator unquā relinquet nauigationē. Terretur qdē ille quandoq; aīaduertens grauē i mari tēpestatē: & laudet præ se eos qui procul a mari ocium: & rem rusticam sectant̄. Sed ut illa cessat: ad ingeniū redit. Mercator igitur metuens africū. i. uentos: ut sit species pro genere: luctātē fluctibus icareis. i. mari p eādē figurā. q. d. excitātē tēpestatē: i qua uident̄ uento luctari aduersus mare: ut ipsū i fluctus extollāt atq; fūdo iuertāt. Est āt græca locutio & apud latinos poetas hōesta luctor tibi & certo tibi. Luctari āt ē cū oī ui adhibita ꝯtra aduersariū niti: ide lucta ludi gen⁹: ide eluctari repugnar̄. lca. & hic ēt species ꝓ gener̄: ē āt icariū mare ab icaro dedali filio: q i id deciderit denominatū. Ferunt.n. fabulæ mīoa cretēse regē dephēdisse dedalū & pasiphaæ uxori ligneā uaccā: i q̄ tauro se ad miscuerit: fabricasse: & ariadnæ filiæ præcib⁹ & thesei cōciuis uiri beniuolētia atq; cōmiseratiōe motū ōndisse theseo: quo pacto mīotauꝝ iterimer̄: & labyrīthi errores euadere posset: ppeaq; remotis oībus nauigiis spē omnē dedalo ex īsula abeundi ademisse. Quapp ad artes suas cōuersus Dedalus: et sibi et filio Icaro alas cōposuit. Admonuitq; icaꝝ: ut se sequeret̄. Neue aut ita alte uolaret: ut ardore solis cera qua pēnæ cōpactæ recto ordine stabāt liquesceret. Neue rursus ita ad īfima ut degrauatis ex ꝓpiquo humore pennis sustentare se i aere ñ posset. Aureū quidē p̄ceptū et quo si stultus adolescens meliori obtempare uoluisset i colūis i portū uēisset Sed ductus cupiditate ascēdēdi: alas ex ardore amisit: & i subiectū mare decidit. Est aūt mare hoc iter cretā atq; siciliā. Dedalū āt prudētia sua sospitē i italiā pduxit

Lituus
Tuba
Luctor

Sed ut ad uitã moresq; fabella reducat̃:Optimũ cõsiliũ ẽ ne aut ita alta & cælestia petamus:ut oĩo hu/ manã naturã excedant:nã queadmodũ ex recto solis ĩtuitu uisũ amittimus. Sic ĩ huiuscemodi rex ĩue stigatione deficimus. Aut ita ad hũilia descendamus:ut nihil nisi corporeũ & sordidũ & caducũ medi temur. Sed est ita uolãdũ:ut & aliquid ex nr̃a cõtẽplatiõe et doctrĩa supra hũanitatẽ asseq̃mur:et ĩfra di uinitatẽ cõtĩeamur. Mox reficit rates quassas. oñdit ĩnatã huic hõi cupiditatẽ nauigãdi. Esset.n. cupi/ dus si nulla admonit⁹ tẽpestate enauigaret:cũ nauigatõ ĩpa piculosa sit. Cupidior cũ admonitus tñ pa tis nauibus enauigaret. Sed tũc cupidissimus q̃ ad ea tẽpestate ꝓxia admoĩtus:et nullo tũc ĩstructo naui gio tñ parat quassatũ reficere:sed qđ finitã cupiditatẽ oñdit:reficit nõ nauẽ ĩ qua min⁹ piculũ uersat̃:
Rates sed ratẽ rẽ discrimĩe plenã. Sũt.n. ꝓprie rates ñ naues sed cõnexæ iter se trabes reptæ ĩ mari rubro añq̃ danaus nauẽ q̃ pria fuit ĩ græcia ĩuexerit. ratib⁹ ergo inter ĩsulas maris rubri nauigabat̃. Indocilis.& hic auxesis magna. Optim⁹.n.ẽ et ab oĩ ꝑturbatiõe remotus q̃ paupertãtẽ q̃ppe uel secũdũ stoicos ma lũ nullũ sit:uel secũdũ ꝑipateticos minimũ malũ ꝯtẽnat. Deterior ãt q̃ ẽ si ñ ualet cõtẽnere:tñ ñ oĩo ĩni quo anĩo illã ꝑfert. Sed miser qui ñ patit̃:miserrimus ãt qui pati ĩdocilis ẽ.i. cui⁹ ĩgeniũ tãta auaritia ca ptũ sit:ut hoc doceri ñ possit. Pauperiẽ.i. pauptatẽ. Dicũt ĩ iure ciuili pauperiẽ damnũ ab aliẽa qua/ drupede nobis in agro illatũ. qm̃ ex illo pauperiores efficimur. Est qui nec.u.p.m. Diuersũ studiũ a su piorib⁹:illi cũ sũma pſimõia lucro ĩuigilãt:isti genio uoluptuose ĩdulgẽt. Pocula. a potãda: uasa sũt q̃ b⁹ bibim⁹. Sed et qđ bibim⁹ poculũ appellam⁹. Vir. Poculaq; ĩuẽtis acheloia miscuit uuis. Massici. a
Massici loco ubi optima uina ꝓducebãt̃. Massici populi in cãpania locus olĩ sacer mineruæ:isti hĩc surrẽtũ:illic
Ve salernũ hñt. Veteris. laus a uetustate qua uiã comẽdãt̃. Vetus ãt dr̃ a ue pticula itẽsiua q̃si magnæ æta/ tis. Sic uehemẽs magnæ mẽtis. Aliquãdo ãt priuatiua ẽ:ut uecors quasi sĩñ corde.i. sĩñ prudẽtia. Nã cõ tra cordatũ prudẽtẽ dicimus. Nec spernit. Liptote ẽ cũ min⁹ dicim⁹ et plus ĩtelligim⁹. Sic Maro. Mu nera nec sperno.i. cupide accipio. ergo nec spernit ñ pauci facit et cupide accipit. Dicim⁹ ãt ſpno ſpnis et aſpnor aſpnaris. De die solido.i. solidũ et ĩtegrũ eẽ oportet. Dicim⁹.n. statuã ex solido aere cũ ita fa brefacta ẽ:ut nõ sit ꝓducta ex laminis. Intus aũt uacua sed ĩtegra extet. Denotat igit̃ ꝑ diẽ solidũ eum q̃ ꝓfestus dr̃:q̃ nulla ĩ parte uacat:sed tot⁹ negociis ĩpẽdẽdus ẽ. Iste igit̃ ñ dubitet de huiuscemodi die
Dierum diuisio ꝑtẽ uacuã et ociosã relinquere:et ĩ ea cessare. Sit deniq; sẽtẽtia qđ ñ solũ ĩ diebus festis cessat et uolu ptati ĩdulget. Sed ẽt ꝑtẽ ꝓfestoꝝ ita cõsũmit. Erãt apud ãt ãtiquos dies festi ꝓfesti et intercisi. Festi dica ti sũt neq; publicũ priuatũue negociũ agere licet:ĩ quib⁹ ĩsũt sacrificia:epulæ:ludi feriæ:ꝓfesti uero to ti ĩtegriq; negociis dant̃:hosq; poeta nũc solidos.i. ĩtegros appellat:qm̃ nulla hora huiuscemodi diei a negociis cesset:in iis erãt fasti ĩ q̃bus ꝑtorii ius fari liceret. Comiciales:ĩ quib⁹ habebant̃ comitia. Cõpe rẽdini et præliares. Intercisi diis hominibusq; cõmunes erant:nã in iis cũ hostia cedebat̃:nefas erat fa/ ri. Intercisa et porrecta fari licebat. Rursus cũ adoleret̃ ñ licebat. Stratus mẽbra.i. habẽs mẽbra strata. Synedoche ẽ cũ datur toti homini:quod est in parte hominis. Deinde ea pars in accusatiuo ponitur Vt uidimus Pompeium abscissum caput. Sic Virg. Tristior et lachrymis oculos suffusa nitẽtes. Ponit
Sternere ãt ante oculos pigerrimã cessationẽ cum dicit stratus mẽbra. Sternere uero significat rẽ erectã deiice re:unde Vir. Sternitur infoelix alieno uulnere. hĩc cæsũ exercitum stratũ dicimus:ĩde stragẽ. Et quoniã strata quæq; coequata sunt: dicimus sternere lectos cũ illos concinamus et coequamus:ut mollius iacẽ tẽ excipiãt:sic dicimus sternere uias lapidibus:aut alia materia:proptereaq; Vir. Et strata uiarum. sic stratũ mare quando nullo urgente in fluctus uento æquatũ manet. Vir. Et omne tibi stratũ silet æquor.

Sub arbuto. species pro genere. Est ãt arbor hæc notissima:poma.n. simillima fragris ꝓducit:comara et hyemitila græci nũcupant:semper frondescit:et q̃uis apud nos non multum sit alta:tamen quĩqua ginta cubitorum in arabia inueniri auctor est iuba. Viridi. a uigore dicitur. unde dicimus uirides plan tas quæ nõdũ aruerũt:et in uigore suo sunt:et quoniã in illis herbaceus color ẽ:eum etiam colorẽ uiri/
Aqua dem dicimus. unde illud maronis. Iam senior:sed cruda deo uiridisq; senectus. Aqua. a qua oĩa sunt secundum Taletem:unde Vir. Oceanũq; patrẽ rerum nymphasq; sorores uel ab æqualitate subtracta diphtongo:quoniã nisi externa ui impellatur æqualis semp maneat. Caput. quia omnes sensus capi/ at. sed oĩs origo et principiũ cuiuscũq; rei caput ẽ:ergo ad caput aquæ.i. ad fontem. Dicimus et per trã
Caput slationẽ caput primã summã in pecunia. a qua fœnus aut alius quæstus sit ueluti rei principiũ. unde alibi:Denas hic capitis mercedes exigit. sed et hanc eandẽ sortẽ appellant. Lene. in tactu proprie di/
Lene cimus lene cuius contrarium est asperum. Demulcet lene: Asperum lædit. sed per translationẽ ĩ gustu quod suaue est lene appellatur. Transfertur et ad animũ ut mitẽ lenẽ dicamus. Est autẽ a græco uerbo λειαινω polio quia polita et leuigata corpora lenia sunt et tactum demulcent. Castra. ubicunq; mili/ tes ad bellũ congregati manent castra sunt. unde et de nauibus dixit Maro. Nos castra mouemus:qm̃ in illis milites essent. sunt dicta castra quasi casta uel castrata:quia propter seueritatem priscæ militaris
Castra disciplinæ oĩs in illis libido castrata esset. inde castrametari castra ponere. Lituo. sũt qui dicant lituũ
Lituus proprie esse genus tubæ ab robustiore parte incuruum. unde gracilior uox exiret et esse per onomato/ piam dictum a tenui uoce lituum. Inde a similitudine formæ uirgam:qua augures in aere templum de signabant:et qua reges lites dirimebant:lituum dixerunt. Alii uolunt lituum a principio esse dictam

. uirgā regis a litibus dirimēdis:deinde p similitudinē formæ & genus tubæ & auguralē illā uirgā inde esse appellatā. Sonitus tubæ.tuba i tyrrhēia reperta ē.unde Statius. Tyrrēusq; tubæ mugire per æquora clangor:auctor āt tubæ Maletus siue Muleus dictus. Detestata.participiū deponētis passiue positū ut multa alia uidemus. Testari testimoniū perhibere.Itē testamētum condere quia in eo sit testatus qd uelit:Itē alterius iplorato testimonio asserere Vir. Testor cara deos & te germana tuūq; dulce caput magicas in uitā accingier artes.Obtestari uehemēter rogare.Detestari nostro testimonio rem abominari. Testari

Matribus.omnes bella detestantur præsertim matres:& quia ibecillioris sunt sexus:& quia uehementer filiis timēt.Dicitur autem mater:uel quia græce μήτηρ est: uel a materia quia in fœtu materiam pbet.ut eni semen paternū pro artifice est:& formā præbet:sic mater sanguinem ex se præstat:ex quo fœtus formatᷓ. Manet sub ioue frigido.Nec in hoc loco oblitus est oratorii artificii ad rem probandam noster poeta.Itaq; ut ostendat quanta sit in uenatore cupiditas ueuādi :demonstrat & quibus uoluptatibus priuari patiatur:& quæ incommoda ultro subeat.Nam in saltibus pernoctans relinquit uxorem & eam quidē teneram & iuuenculam:cum qua molliter cubare poterat:& tolerat nocturna frigora:tolerat labores cū feras ut sūt cerui:cursu insectetur: Tolerat pericula cum sæpe sæuioribus congrediatur: ut apros uidemus. Venator immemor teneræ coniugis manet sub ioue frigido.exclamatio ex contrariis:cum tanta sit uenandi cupiditas ut non solum uenationē præponat innatæ uoluptati coniugii præsertim cum uxor tenera sit:proptereaq; amabilior:sed etiam obliuiscatur illius:magnum igitur est ut studio uenādi:quod non ita naturale est:omittat uoluptatem coniugii:ipsa natura homini insitam.Sed maius si uxor tenera sit.Maximum autem si ita omittat ut etiam obliuiscatur.Quid ergo dices si nō solum non omittat uoluptatem sed pro illa labores & pericula subeat. Manet.perdurat ut ostendat diuturnitatem temporis. Sub ioue fr.i. sub aere quia nullo tecto defensus sit.quod latini sub diuo dicūt: & manet eo tempore quo frigora sunt.De ioue plura alias.Interim intellige iouem pro aere accipi:nōnunq̄ pro igne & aere:alibi pro anima mundi:alibi pro ipso deo omnium conditore. Catulis. pro canibus posuit quibus in omni uenatione utimur. Fidelibus .quia natura homini fideles sunt:uel sagacibus uel silentium in inuestigando seruantibus. Cæterum catulos dicimus non solum canum filios: sed omnium quadrupedum:quibus ungues recurui sunt:ut leonis ursi lupi & similium:Item in serpente catulos dicimus:pullos uero in equo & asino.item in omnibus auibus:ergo & pullum dicimus equinum sic columbinum & anserinum:sic pullos galinaceos.Sed in boue & elephanto uituli sunt.ex oue agni & capris hædi. posuit autem ceruam pro mitioribus.apros quos græci capros dicunt pro seuioribus. Marsus.species est pro genere:Marsi autem populi sunt a marsia Cyrces filia denominati a qua didicerunt serpentū morsibus mederi:ut psylli i libya sunt iuxta. Plagas.Vir.Rhetia rara plagæ. quē locū alii diuidūt:ut dicant rhetia maiora et plagas minora:quibus uidetur hic poeta alibi attestari.Ait eni.Hinc multa cane apros inobstātes plagas aut tramite leui rara tendit rhetia.Alii per diffinitionem dictū uolunt:ut sic plagæ quæ rhetia rara sūt.Alii dicunt plagas funes:quibus rhetia tendūtur.Alii iter nodia i rhetib⁹ quas maculas nūcupāt. Teretes.ex tereti filo.Teres eni longū rotundūq; simul dicim⁹:uñ infra:teretesq; suras Dixerat diuersos diuersa studia sectari.Nūc ostendit se musis delectari:et sūmo artificio cōsiliū suū ut a principio ostendit cæteris præponit. Heredæ.i .poetica facultas quæ hedera coronatur:proptereaq; dixit præmia doctarum frōtium.Est hedera dicta quod parietib⁹ arborib⁹q; hæreat et baccho consecrata:et quia bacchus poetis præest :iccirco poetæ illa coronātur . Vir.Hanc quoq; sine tempora circum Inter uictrices hederā tibi serpere lauro.Et Propertius.Mi folia ex hedera porrige bacche tua. Doctarū f.i. frōtiū doctorꝝ hoīnū:sicᷓ Maro.Scuta uirū galeasq; et fortia corpora uoluit id est corpora uirorū fortiū.Nec iniuria doctos appellat poetas. Nā etsi omnis in sua disciplina eruditus doctus iure habeatur:tamen nihil bono poeta doctius est:cum non solum ille humanas omnes doctrinas āplectatur:sed insuper diuino furore afflatur. Frons dicitur qđ oculis pforata sit. Diis mi.su.non per arrogantiam dicit se diis admisceri:sed tantam inde capere lætitiā:ut se deū putet. Cæterꝝ recte dicimus diis quodāmodo admisceri poetas.Quia ut testimonio grauissimorꝝ philosophorꝝ in oratione quadā demonstrauimus diuini sunt poetæ :et diuinos honores nonnulli assecuti sunt:ut de lino et amphione memorant. Me ge.ne.Secernit a uulgo et a grege idoctorū ut inter paucissimos enumerandus egregius sit poeta.Per nemus autē et nymphas et satyros indicat poetas frequentiam hominum refugere et solitudine delectari.Hoc idem ostendit Iuuenalis:cum desertis aganippes uallibus esuriens migraret in atria clio. Gelidum non ex noxio:sed amœno frigore. Leues.saltando.De satyris autem et nymphis in sequentibus dicemus.

Catuli

Pulli

Vituli

Plagæ

Hedera

Euterpe cohibet:neue polymnia
Lesboum refugit tendere barbiton

ACRON. Euterpe.euterpe inuenit tybias in quibus uox est et sonus. Nec polyhymnia una est ex musarꝝ numero. Vir.Alitum pecudumq; genus.sic iste. Lesboum.Lesbos isula est.ergo a loco dicitur. lesboum propter alceum et sapho quos apud lesbum na

tos eē constat.aut ab eo lesbio qui primus fu/it lyricus scriptor aut a periandro rege cui primū Mercurius lyram ostendit. Barbitō. lyra maior organo similis sono. Alii dicunt latio/rem partē lyræ. Quod si me. allusit si inquit possū lyra mea cantare fauorem musaꝝ id est si me receperis in numero lyricorum poetaꝝ ad cælum uehar merito gloriæ atq̧ uirtutis.

POR. Euterpe cohibet. ut si diceret si tñ musæ ñ denegāt mihi studiū cāt⁹ sui. Lesbo um barbiton. Barbiton organi genus est ad modum lyræ. Lesboum autem dixit referens ad Alcæum & sapho lyricos poetas: quos in lesbo insula natos esse manifestum est. Lyricis uatibus. græcis utiq̧ intelligendum. Nā nōdum erant romani.

CHRI. Si neq̧ tybias euterpe cohibet. i. si musæ quas per euterpem unā ex iis designat non prohibent me a tibia. i. a uersibus qui ty/bia canuntur: quibus uerbis emendat siquid arrogātius de se dixisse uidebatur. q. d. ꝙ mi/scebitur diis arte poetica: si hoc sibi cōcedant musæ ut non hoc suo artificio: sed deaꝝ dono prouenturum affirmet. non ergo sibi rē preclaram arrogat: sed musis tribuit. Ergo &

Quod si me lyricis uatibus inseris
Sublimi feriam uertice sydera.

Ode secunda de laudibus octauiani.

Am satis terris niuis: atq̧ diræ
Grādinis misit pater: & rubēti
Dextera sacras iaculatus arces
Terruit urbem.
Terruit gentes: graue ne rediret
Sæculum pyrrhæ noua monstra quæstæ:
Omne cum protheus pecus ăgit altos
Visere montes:
Piscium & summa genus hæsit ulmo
Nota quæ sedes fuerat columbis
Et superiecto pauidæ natarunt
Aequore damæ

iuidiam amouet & attentionem ꝙ res magna sit & beniuolentia quod in ea se laboraturum pollice/tur: & docilitatem quod proponit circa quod uersetur: eodem tempore sibi conciliat. Tibiam uero dixere latini: quia principio cum simplex eēt ex osse tibiaꝝ quod uel ceruis uel in gruibus similibusq̧ auibus est: efficiebatur. uolunt autem inuentam in phrygia: sed nonnulli ab euterpe. Alii a marsia. Alii a mida. Alii marsiam simplicem. Midam uero duplicem inuenisse affirmāt. Alii Hyagrin primū tibiā inflasse referunt: deinde eius filium Marsiam instituisse. Plutarchus in libro de musica tam ægregium inuentum non humanum uult esse sed diuinum idq̧ alcæi testimonio in apollinē refert. & tibiarum citharæq̧ musicam repperisse scribit. Anticles autem affirmat statuam illius que i delo est dextera arcum tenere: sinistra gratias quaꝝ una lyram altera tibiam gerit: & quæ in medio est syringa in/flat: De euterpe & pol. deq̧ cæteris musis suo loco dicemus. Lesboum bar. ægregium carmen & quale alcæus Saphosq̧ ægregii i lesbo poetæ canere ad barbiton solebāt Barbitos lyra maior est organo similis: Citaræ ut græci uolunt repertor fuit apollo. ut hebræi Tubal ante diluuium noe. Fuit eius for/ma init. similis pectori humano. ꝙ uti uox ex pectore sic ex illa cantus prodiret. unde nomē assumpsit Dores enim pectus citbarā dicunt: paulatim deinde plures eius fuerunt formæ: ut psalteria: lyræ: chelis barbitæ: phœnices: pectides: Indicæ quæ feruntur a duobus simul. Quod si me. magnifice de mecœ/nate modestissime de se loquitur. Non enim affirmat se uatem esse. Verum tanti iudicium mecœna/tis facit ut si ab eo uates esse lyricus iudicetur: cælum capite tangere possit. Et latenter uim pene diui/nam illi attribuit quod iudicio suo poetam se fieri posse putet. Inseris uatibus ly. i. initis iter uates. Ab eo quod est insero inserui insertum. Nam de arboribus insero inseui insitū dicimus. Sublimi fer. u. s. prouerbium est: ut qui se fœlicē putet capite cælum tangere dicat. Vulgo autē dicunt si hoc assequar digito tangam cælum: Sed altius intelligamus hoc eē dictum ut exprimeret quid sit poeta: nam cum et platonici et aristotelici poetam et infra deum et supra hominem esse uelint: hoc nunc uolunt expri/mere cū dicat ꝙ ita se a terra tollet: ut non penetret quidem cælum sed tamen tangat.

Tibia

Barbytos

Cythara

ACRON Am satis terris niuis atq̧ diræ. Metrum saphicū endecasyllabum tribus uersibus quod constat trocheo: spondeo: dactylo: et duobus trocheis. ita. Iam satis terris niuis atq̧ diræ. quartus Adoni⁹ dimeter ex dactylo et spondeo. ita. Terruit urbem. Iam satis terris niuis atq̧ diræ. Caii Cæsaris mor/tē significat quo in senatu occiso plurimæ tēpestates: niues et grandines fuerunt: quo tempore et inundatione tyberis dicitur Roma laborasse. ꝙ propter Cæsarem in honorem augusti cæsaris ultoris eius uult factum uideri. Nam de ipso et Vir. Extinctum nymphæ. c. f. d. et alibi. Ille etiam extincto misera/tus Cæsare romam. hæc enim omnia. i. fulmina, grandinē: diluuii metum intelligi uult uindictam Cæsaris fuisse. Diræ. a furiis tractū est: quæ diræ dicuntur. ut Et diræ ultrices: et dirarum uerbera nosco.

Rubenti de. omnes manubiæ albæ et nigræ esse dicuntur iouis rubra: et sanguinea. Sacras id est ad sacras arces id est templa deorum uel imperatorum. uel etiam sacras arces capitolium dicit.

Ter.ergo timere fecit gentes. Ne redi.sæcu.pyr.pyrrhæ uxoris deucalionis:sub quibus fuit diluuiũ. Noua.m.noua monstra dicit fuisse diluuium propter hoc quod sequitur genus piscium hæsit summa ulmo &c. Omne.c.p.Protheus beluarum marinarum pastor.hunc dicit marina armenta in mõtibus diluuio pauisse de quo Vir. Immania cui⁹ arméta & turpes pascit sub gurgite focas Pecus.e.al. uise mon. omne animal præter hominem antiqui pecus dicebant. Hæ.ul.cõtraria in diluuio cõtigisse dicit:ut in arboribus hærerent pisces:siluestresq; damæ ĩ aquis natarent. quas Vir.masculino genere posuit.Cũ canibus timidi uenient ad pocula damæ.diluuio facto cum tantum parnasus eminere deucalion & pyrrha:quo modo repararetur genus humanum:apollinem consuluerunt.qui dũ respondisset:ut iacularentur ossa matris:tunc cognouerunt terram esse matrem dictam.unde iaculante mox pyrrha lapides puellæ & deucalione mares nati sũt. Vidimus fl.aut turbidum:aut colore limi flauum ut:Verticibus rapidis & multa flauus harena. Retortis.aut propter turbines dixit retortis:aut ꝓpterea ꝙ ĩ campos exibat nõ solito alueo,ĩ maria constat ante uiolentia maris repulsũ tyberim iũdasse.

POR. Iam satis terris niuis atq; diræ grandini misit pater.Post occisum Caiũ Cæsarem quẽ Cassius & Brutus aliiq; cõiurati interfecerunt multa portenta sunt uisa:Tyberis.n.creuit ut prodigii loco haberetur.Hæc autẽ omnia uult uideri in ultionem occisi principis.& pœnam eorum qui bella ciuilia agere non desinebant Quam inundationẽ tyberis ad periculum ruinarum alio; duxit solum. Sæculum pyrrhæ:Pyrrha quæsta ẽ noua mõstra accidisse mundo interitu generis humani. Piscium & summa genus hæsit ulmo.Leuiter in re tam atroci & piscium & palumborum meminit nisi ꝙ hi excessus lyricis ɔcessi sũt. Et supiecto p.n.æ.d. Snperiecto æquore.i. super terras iacto:illa.s.diluuii inũdatione

In laudem hæc octauiani tendunt quem ut deum hortatur:ut afflicto ex diuturnis ciuilibus bellis imperio succurrat ostenditq; omnia quæ ponit prodigia in uindictam interfecti Iulii cæsaris uenisse.Calamitates autem quecunq; acciderint deorum iræ:pacationem uero & tranquillitatem illi esse attribuẽdam ueluti propitio deo.Nec ratione caret adulatio hæc: quoniam cum reliqui cæsares non nisi post mortem inter deos relati sunt:soli octauiano adhuc uiuẽti aras & sacrificia populus romanus posuit. Hinc ipse alibi:iurandasq; tuum per nomen ponimus aras.Et Vir.in primo georgicorum eum tãquã deum inuocat.

CHRI. Iam satis.quia diu durarunt.Pathetica oratio:& statim a principio commouet commiserationem a diuturnitate temporis.Vehementer.n.mouemur cum diu quempiam in miseria fuisse intelligimus.Vnde achimenides apud Vir. Tertia cum lunæ se cornua lumine cõplent. Niuis atq;.d.g.ponit niuem & grãdinem pro rebus durissimis:ergo pathos a materia:ut cum Cicero queritur flammam ex lignis uiridibus factam ut fumo inclusus necaretur.Vir. At pater omnipotens densa inter nubila telum contorsit.Hæc autem cum ueniunt:calamitatem aliquã portendere solent:ut hic ante ciuile bellum:et priscis temporibus ante bellum primum punicum a deo exundauit tyberis ut et primo ĩpetu multa in urbe ædificia deiiceret et mox illo stagnante plura corrupta ruerint:et adeo nubilosus annus quo Cæsar periit:perdurauit:ut nullæ fruges ad maturitatem ꝑductæ fuerint.Nix gignitur ex uapore frigido et humido in medio aeris interstitio a mediocri frigido in nubis corpore cõgelato Est minus hoc frigus quo generatur nix ꝙ quo generatur grando:quia habet admixtum aliquid de calore: qui ĩ nubis substantia inclusus nec statim a frigore uictus niuis substantiam rarefacit et mollem reddit: tandemq; præualente frigore albescit.Ait autem Aristotcles quod propter debilitatem frigus a calore frangitur in partes latas.Caliditas.n. admixta nubibus niuosis non sinit illam densari ut grandinem: unde modico calore liquescit.Niuis est secundum albertum:ut malas herbas enecet:bonas alat.Nam constringit terræ meatus.Vnde calore ad interiora reuocato attrabitur humor ad radices. Grandinis grando dicitur uel quia granis contineatur:uel quia grandior sit.Est autem secũdum Aristotelẽ stilla pluuiæ frigiditatis:uentiq; uigore in aere congelata.Fit ex uapore frigido humentiq; qui ad interiora nubis fricetur compressus a calore circũstante.Frigus.n.aeris calorem fugiens ĩteriora nubis petit:seq; condensando maiori ui insurgit proptereaq; uaporem in nube deprehensum constringere ualet:et in duritiem conuertere.Quæ causa est:ut minus in hyeme grãdo gignatur ꝙ in æstate.Virtus.n.frigoris ꝙ impellente calore in æstate in unum cogitur:per hiemem uero toto aere diffunditur.Vnde inualidior disiuncta insurgit.Addit Aristoteles illam gigni longe a terra: Hinc longiori spatio per aerem reuoluta facile rotundatur et assiduo attritu minuitur.Quod si in uiciniori parte aeris gignatur:quia ad paruum spatium fertur et maior et minus rotunda cadit. Frequentius autẽ in die ubi calor intensior est ꝙ in nocte oritur grando. Diræ.quia ex deorum ira prouenerit. Pater.iuppiter:quẽ patrem hominũq; atq; deorũ poetæ appellãt.Recte aũt illi attribuũt huiuscemõi oĩa ꝙ ignis aerisq; ui gignũt quoniam ut iuno ꝓ aqua terraq; capitur:quæ elementa patiuntur :proptereaque fœmina est Iuno: sic Iuppiter ætheris aerisq; symbolum continet.Hæc autem agunt unde marem uolunt iouem.Dicuntur hi fratres propter cognationem quæ est in elementis.Ineunt insuper coniugium : quoniam ex ui actiua iouis:id est superiorum et passiua Iunonis:id est inferiorũ elementorum cuncta gignuntur. Ru

Achimenides

Nix

Grando

Iuppiter pr omnipotens

Fulmen benti ut alludere t a d naturã fulminis ex igne rubentis. Fulmen est uapor ignitus: compactus: & solidus impetuose cadẽs. Gignitur ex uapore grosso ex contrariis & diuersis composito uehementi calore inflãmato: & uentorum nubiumq; concussione impulso: & quasi lapis igneus de cõcauitate nubis deorsum per uiolẽtiam pulso. Raro cadit in frigidissima hyeme: quia propter frigus uapor i aere nõ gignit̃. Raro etiã in uehemẽti æstate: quia propter siccitatem & subtilitatem aeris uapores in nubibus non aggregantur: sed a calore consummuntur. In uere autem & autumno uapores multi eleuantur & condẽsant̃ & ignescunt. Refert Aristoteles tria esse genera fulminum. Vnum quod adurit: alterũ quod quia humidius non urit: sed quod tãgit in nigredinẽ uertit. Tertium est clarũ & miræ naturæ. Nam uinũ effundit intactis uasis. Aliquando fracto uase ita ostupescit uinum: ut per tres dies nõ fluat. Aurum i saccis & uasa argentea ĩ capsulis ita liquefacit: ut sacculi capsulæq; itegræ maneant. Comburit manum chyroteca intacta manente. Immo totum hominem in cinerem cõuertit ĩtegris uestimẽtis. Martia romana mulier grauida icta fulmĩe ꝑpartu exanimato illæsa ꝑmansit: propter hãc triplicem naturã trisulcum illud finxerũt poetæ. In calidissimis regionibus raro sunt: quia in eis parum humor ualet. Item in frigidissimis q; in eis calor cito extinguitur. Tuscorum litteræ ut tradit plinius nouẽ deos emittere fulmina dixerunt: eaq; esse undecim generum. Sed iouem tria emittere. Romani duo tantum statuerunt diurna quæ ioui nocturna q̃ sumano tribuunt. De sumano meminit plautus. Sacras arces. tẽpla: q̃ cũ publica sint publicũ malum portẽdũt. Hoc sæpe apud Liuiũ notatũ ẽ.

Gens Gẽtes. pro familia capimus ut de gente cornelia: hinc gẽtiles. Hic etiã gẽtiles. i. agnati. Dicimus itẽ gẽtes: natiões. Vir. Quas gẽtes italũ quas nõ oraueris urbes. Sed etiã hoc nomẽ ad bruta trãsfert̃. Vnde homerus μυιάων ἔθνεα πολλά. i. musarũ gentes multas. Hunc imitatus Vir. dixit de apibus. Cũ gẽtis adultos educũt fœtus. Christiani aũt gẽtes apellãt oẽs externos. i. qui nõ sunt ciues diuinæ ciuitatis: sed alieni a christiana fide. Hos ergo gentiles dicunt.

Graue Terruit gẽtes. quasi omnes populos. Graue. molestũ. Graue. n. ponderosum significat. Inde ꝑ translationẽ dicimus rem grauem: quæ animo molesta est. Iuuenalis. Iam grauis es nobis: & semper emungeris exi. itẽ amarum: Lucretius. Abrotanosq; graues & tristia cẽtaurea. Dicimus contra grauem uirum qui auctoritate & prudẽtia ualeat: qui cũcta mature: & cum actiõe exacta faciat: Vir. Tum pietate grauem: ac meritis si forte uirum quem: Dicimus grauidum. Vir. Marte grauis geminum partu dabit ilia prolem. Sæculum. pro ætate ponitur a sequendo dictum. Nam ut in flumine fluctum fluctus sequitur: sic in cursu temporis ætas ætatẽ impellit. Videturq; maxime esse centum annorum spatium. Nam ludi sæculares romæ centesimo quoq; anno celebrabãtur. Ethrusci autẽ secundũ Censorinũ ad Cereliũ ab ostẽto i aliud ostentum producebatur: ergo nõ paria erant apud illos sæcula.

Pyrrha Pyrrhæ. Ferunt fabulæ iouem scelera hoĩum exploraturũ ĩ terram descendisse: & sub forma humana ĩ hospitiũ a lycaone arcadiæ rege susceptum: sibiq; hospitem quem rex ĩteremerat epulãdum positum: iratumq; iouem regem ĩ lupum mutasse. Ac postremo cum uniuersos mortales summis flagitiis inquinatos cerneret. diluuio illos perdidisse exceptis deucalione: & pyrrha eius uxore: atq; patruele. isti ergo soli ex uniuerso hominum genere relicti a themidis oraculo acceperũt posse ab illis reparari humanum genus si ossa materna post tergum iacerent. illi pro matre terram accipientes: & pro ossibus terræ lapides: eos iacerunt. Atq; ita iacti a deucalione in mares: iacti a pyrrha in fœminas conuersi sunt: Timebant igitur hoc tempore: ne diluuium illud rediret Diluuium deucalionis fuit: ut ait Varro: regnante athenis crimao qui cecropi successit: ut autem placet Eusebio & Hieronymo nondum defuncto cecrope. Tempore aũt cecropis: Moyses populum ex ægypto eduxit. Fuit autẽ hoc diluuium anno mundi circiter septuagesimũ septimum supra tria millia & sexcentos: sed nõ peruenit ad ægyptum usq;. Maxime autem occupauit thessaliam: ubi regnauit deucalion & loca uicina. Itaq; non fuit uniuersale: ut diluuium factũ sub Noe. Origo autem huius familiæ fluxit a titane cæli & uestæ filio. Ex hoc enim natus est Iapetus & ex Iapeto prometheus & epimetheus. Prometheus deucalionem genuit. Epimetheus pyrrham Cũ igitur deucalion homines qui ob diluuium ad montana confugerant: & ritu ferino uiuebant descẽdere in loca culta persuasisset: & ad ciuilẽ uitam traduxisset: iuenit locũ fabula: ut ille iactu suo. i. ui uerboꝶ lapides. i. duros & efferatos moratales ĩ homines. i. in mitiorẽ naturã hoĩs cõuerteret. Noua. a græco illi. n. νεον dicunt. Sed etiã nouũ magnum: & admirabile. Vir. pollio & ipse facit noua carmina. Monstra. monstris & portentis & reliquis ad futurorum presẽtiam spectantibus aliũ locũ instituimus. Questæ. ab eo quod est queror sine dyphtõgo unde querela. quæro autem diphtõgat̃: unde quæstus lucrum.

Protheus Protheus deus marinus secũdum Theodõtium oceani & Tethyos filius uates fuit. Quem & Homerus ab Agamenone: Vir. ab Aristeo futura prædicere coactum scribit. Erat eius natura: ut uolẽs nunq̃ diceret: Coactus autẽ in uaria monstra se conuertens hoĩesq; illudens diffugiebat. Quam rem maro in quarto georgicorum mirifice describit. Hunc diuus Hieronymus pro mẽdacio poni credit. Nos in eo loco cẽsuimus poni pro uero uariis mendaciis tecto & quod nisi ui ingenii adhibita tot uerisimilibus inuolutũ quæ omnia falsa sunt: dignosci nequeat. Vertitur ergo protheus in uaria monstra: qa latẽs est ueritas. et dum pro illa multa se nobis uerisimilia offerãt: in mõstra inducũt. Hũc ex pallene urbe natũ in ægypto regnasse refert Ser. Fingitur neptũni pastor: et eius armenta q̃ ex mõstrosis sunt piscibus: nutrire. Pe-

cus armēta ītelligit. Cæterū pecus teste Ser. oē aīal est quod hūana effigie caert. Hinc maro de fucis dixit. Ignauū fucos pecus a p̄sepibus arcēt. Est autē hoc pecus ris. Vir. Formosi pecoris custos. f. ipse. Item hoc pecuare. Persius. Findor ut archadiæ. p. r. c. Itē hoc pecu & in plurari pecua. Inde pecuarii a pecore colēdo. Cicero pro deiotaro rege: ut nō solum tetrarcha nobilis: sed ēt optimus pater familias & diligētissimus agricola: atq; pecuarius haberet. Sed ut ad poetæ uersus redeam: tota hæc descriptō ex tāta rerum inuersione magnā mouet cōmiseratōem cū animātia non solū uictus sed & sedibus a natura datis diluuio priuarētur. Hæsit. i. præstitit: ut ostendat iundationē diuturnā fuisse. Inde dicimus hærere dubitare: quia qui in ratiocinando dubitat: cōsistit: neq; procedit ad ulteriora. Est ēt hærere niti. Vir. Hærent parietib⁹ scalæ. Dicit' itē hærere res: quæ aliquo impedimēto prohibita discedere nequit: sic aues rhetibus hærent: & naues uadosis locis. Vlmo. pro omni arbore. Dama. animal ē non multum a capreolo dissimile. Aequore supiecto. quia mare occupauerat terram: quam suam esse oportebat

Pecus

p̄ pecuarij

Hærere

Dama

Vidimus flauum tyberim retortis
Littore ethrusco uiolenter undis
Iræ deiectum monumenta regis
Templaq; uestæ:
Iliæ dum se nimium querenti
Iactat ultorem uagus & sinistra
Labitur ripa ioue non probante
Vxorius amnis.
Audiet ciues acuisse ferrum:
Quo graues persæ melius perirent:
Audiet pugnas uitio parentum
Rara iuuentus.
Quem uocet diuum populus ruentis
Imperi rebus: prece qua fatigent
Virgines sanctæ minus audientem
Carmina uestam.
Cui dabit $\overset{\text{officius}}{\text{partes}}$ scelus expiandi
Iuppiter: tandem uenias precamur
Nube candenti humeros amictus
Augur apollo

ACRON. Ethrusco. i. tyrrheno quo influit tyberis. Monumēta. regiam dixit: locus est ergo in quo Numa pompilius habitauit uestē habens regiam. Cicero de eodem loco: nuper me ad regiam pene confecit. Regis. numæ Pom. qui seditionē abstulit & religionis cultū adhibuit. Tēplaq; uestæ. quia dicebatur tyberis per rostra ante habuisse meatum: quæ tēplo uestæ iungūtur. Iliæ. matri romuli uxori suæ. Querenti. querelas apud se deponenti de morte Cæsaris hominis suæ originis. Vagus. nō recto meatu fluens: qui extra alueum erraret. Et sinistra. aut infesta: aut ibi qua magis prona est ciuitas quā redundare cupiebat. Ioue nō. p. nō permittēte. Vxorius amnis. diuersæ de ilia poetarum opiniones sūt: nam ilia mater fuit romuli quem ex marte suscepit: quæ mortua sepulta ad ripam anienis fluuii dicit': qui in tyberim cadit: & quia abūdās aquis anio cineres iliæ in tyberim deduxit: ita dicta est ilia tyberi nupsisse. & ideo dixit uxorius amnis: qui se ad eius querelam iactaret ultorem. Alii dicūt quod ipsa ilia anieni nupserit: Nam poetæ multi hoc sentiunt: sed Horatius ut tyberi det causas irascendi: tyberis magis dixit uxrorē. uxorius enim dicitur uxori deditus ut Vir. Pulchramq; uxorius urbē extruis. Audiet. p. pugnas ex morte cæsaris ī posteros deditas dicit per bella ciuilia: Nam Augustus percussores eius usq; ad ægyptum persecutus ē. Quem uocet diuum. aduersos dicit superos pro tali scelere uota humani generis spreuisse. Fatigent. instāter & impense rogent: ut: diuosq; in uota fatigent. Minus audientem. hymnos & preces non audientem p̄ supplicantū īpietate. Cui dabit partes. i. cui. deoꝝ dabit iuppiter potestatē delendi malū quod patrauit pars romanorū: nō n. oēs cōsenserūt ī morte cæsaris. Iuppiter. iouis mite nomē est nec aliquid p̄ se lædens. Lu. Nā mitis ī alto iuppiter. Nube cādēti. melius cādēti nube. quā cadētis humeros. Amictus. cādidis nubibus uelatus: & q̄ uider i poi t: amicti. n. dii nequeūt cōspici. Augur Apollo. augustū q̄ se apollinis filiū uolebat uideri aut p̄pter troianū genus de ueneris stirpe: ut ē: hūc tu olī cælo spoliis oriētis honustum accipies.

Ilia

Vxorius

POR. Flauū tyberim. Sic etiam Vir. Vorticibus rapidis & multa flauus harena. Ire deiectum monumenta regis. Monumentum non tantum sepulchrum dicitur: sed omne quicquid memoriam testatur: Regiam ergo Numæ pompilii signat. Littore ethrusco uiolenter undis. Constat uiolentia maris repulsum tyberim redundare & solitum effundi per ripas suas. Quod hic nūc mōstrose factū dicit. Littus aūt ethruscū tyrrheni. i. tusci maris. Repulsū tyberim ī littus accipit: ī qd̄ tyberis exit. Ioue non p̄bāte. q̄ terreri Iuppiter iusserit po. nō perire. Iliæ dū se nimiū querēti iactat ultorē uagus. Ilia auctore Ennio ī amnē tyberim iussu Amulii r̄gis albanoꝝ p̄cipitata ē. Antea. n. Annieni m̄rimonio iuncta: atq; hic oquit' quasi tyberi potius nupserit. Querēti āt Iliæ cædem Cæsaris intelligēdū. Audiet ciues acuisse ferrum ασυρθετωσ transit. sic ītelligendum. Itaq; audiet rara iuuentus maiores acuisse suos ferrum.

Monumētū

Quē uocet diuū populus ruentis imperi. Iterum ασύρθετως transit: & fere morem hunc habet sine cōiunctōibus transeundi. Cæterū subaudienda hic est coniunctio ergo. sic. n. fit plærūq; ergo quem uocet diuum populus: Nō pugnans parentum: sed uitio parentum. Rara iuuentus. quia in bellis ciuilibus sub Cæsare & Pōpeio: deīde sub Aug. & Cassio atq; Bruto romani seipsi cōfecerunt. Minus au. car. ue. Offensam scilicet scelere eo℞ q̄ Cæsarem occiderunt. Tandem uenias precamur nube candenti humeros amictus. Conuersus ad Apollinem qui actiaco bello Antonium oppressit.

CHRI. Vidimus. excitatur cōmiseratio a re uisa: in rebus. n. aduersis: ut docet Cicero duriora quæq; sunt: quæ uidemus: q̄ quæ audimus. Vir. Quæq; ipse miserrima uidi: & quorum pars magna fui. Et de pallante. Ipse caput niuei fultum palātis: & ora & uidi. Flauum. uel tūc flauum quia diluuio auctus cenulentus flueret: uel epithetum est perpetuū huius fluminis quia citato fluens cursu raro limpidus apparet. Vir. Verticibus rapidis & multa flauus harena. Tyberis siue tyberinus in etruria nascitur ex apennino supra casentinatem agrum. Nec procul a nostro arno: primo tusciam ab umbria diuidit: deinde multis relictis urbibus romam influit: & tandem mare tyrrhenum ingreditur olim albula dictus ē: deīde tybris a tybri antiquissimo rege ethruscorū qui piraticam exercens circa ea loca periit: Alii uolunt tyberim hunc nō tuscorū: sed aboriginum fuisse regem: alii albanorum. Sunt postremo qui referant syracusáos quandoq; athenienses siciliam infestantes bello superasse: multosq; e prælio captiuos abduxisse illosq; ad eorum contumeliam circa syracusas fossam ingentem ducere: & ī illam fluuiū deriuare coegisse: atq; ipsam fossam ὕβριν. i. contumeliam appellasse: Deīde sequentibus temporibus ut etiam meminit maro: coloniā in italiam duxisse: & loca uicina fluuio habitasse: & a fossa suæ patrie illum hybrim primo: deinde mutata haspiratione in. t. tybrim nūcupasse. Est præterea apud romanos uocatus rumon: quasi ripas ruminans. Itē terentus a terendo. Retortis undis. quia uiolentia maris repulsus urbem inundauit. Item retortis uel quia per tramites uel quia per agros exiret. Est ergo sententia secundū acronem: q̄ ipse rueret in templa uestæ cū undis retortis a littore ethrusco. i. a mari ethrusco. i. tyrrheno in quod egreditur. Littus terra est q̄ ab aqua tangitur secundum Ciceronem in topicis. Ait aūt sceuola ita dici: uel q̄ ad eam aquam alludat: uel q̄ alluitur: uel q̄ aqua illic eliditur. Donatus autem ait: littus aliquando significat spatiū circa aram: a litando quia ibi litatur. Affertq; illud ex marone. Iacet ignens littore truncus. Acron uero eadem auctoritate nixus camporum extremitatē littus esse in eo loco uult. Ego autē iccirco a marone illic littus positum puto: quia uoluit alludere corpori Pompei: in alexandrino littore sine capite iacenti. Est igitur littus de mari dictū ripa flumīe. Ouidius. Cāpoq; recepti liberioris aquæ ꝓ ripis littora pulsāt. Rupes aūt ī mōtib⁹ dicim⁹. Vir. Dumosa de rupe ꝓcul pēder uidebo

Monumēta regis. regia numæ: Nā regia numæ olim erat ubi deinde fuit uestæ templum. Templaq; uestæ. referūt annales per rostra quæ templo uestæ uicina sūt: meatum tyberim habuisse. Iliæ. fuit hæc numitoris albanorum regis filia: sed Amulius numitore fratre a regno pulso: illam uestæ consecrauit nequa inde proles oriretur. illa tamē ex marte grauida facta: remū romulumq; peperit: quos Amulius in tyberim proiici iussit. Sed qui detulerūt cum aucto flumine ex imbribus ad iustum cursum deueni re nō possent: in uado reliquerunt: ubi postea ficus ruminalis fuit. Ibiq; a lupa nutriti sunt: donec a faustulo pastore tollerent̄. a quo laurētiæ uxori nutriendi dati sūt. Hi cū adoleuissent amulium pepulerūt & numitorem in regnū restituerunt. Addunt fabulæ tyberim iliā in uxorem accepisse. Hanc igitur ob cædem cæsarisse afflictātē solatur maritus fluuius minaturq; & tēpla uestæ & regiā numæ in ultionem cædis deiectūrū. Vel minat̄ tēplo uestæ: q̄m illa dea sibi iam enixæ irata fuerat. Vestæ. de hac dea ne omnia in unum congeramus: commodius paulo infra dicemus. Sinistra. infensa: uel quia illi currenti a sinistra est urbs. Ioue nō probante. quia terreri iuppiter uoluit populū non perire. Vxorius. i. nimis uxori deditus. Virgil. Pulchrāq; uxorius urbē extruit. Audiet ciues. oratio pathetica & commiserationis cōciliatrix: proptereaq; concisa & abrupta. Narrauit prodigia: quibus bella ciuilia ī ultionē cæsaris protendebantur. Nunc ostendit ex infrequentia populi quanta strages ciuilis fuerit: quæ tamē ex deorū ira: nō octauiani crudelitate prouenerit. Postremo addit octauianum rebus humanis auxilium esse latu℞. Cōpone igit̄. Iuuentus. quasi posteritas nostra. Rara. i. īfrequens uitio parētum suorum qui in præliis maiorem partē ciuiū trucidarunt. Audiet. cū quæret causā quare ita rara sit. Ciues. q. d. illos ad quos ultio non cædes pertinebat. Acuisse ferrū. i. arma: ut sit itellectio. Acuisse ferrum: gessisse bellum ī quo ferrum acuit̄. Posuit. n. quod procedit ꝓ eo quod sequit̄. Quo. g. pe. m. pe. Grauis uituperatio: impia. n. res est ciuē in ciuē arma uertere. Sed magis impia si hostes potentes immīnētesq; repellendi sint. Bis. n. patria læditur: & q̄ ciuis sibi adimitur: & q̄ irruptio hostilis nō repellit̄. Est aūt repetitio audit audiet: qui color grauitatē semper & auctoritatē orationi affert. Itē expolitio ut diutius immoret̄ in re grauissima. Nā cū dixisset ciues acuisse ferrū: addidit audiet pugnas. Potest etiam dici interpretatio: nā cum dicit. Audiet ciues acuisse ferrum. iterpretatur. id cū addat Audiet. p. Graues. noxii: Quanta ergo impietas est: imo crudelitas ē quo tpe hostes: & hi quidem potētes īminēt īperio perdere uires patriæ: quibus illa hostē repressisset. Hūc locū mirifice explet Lucanus ī principio suæ pharsaliæ Quis furor o ciues: quæ tanta licentia ferri Gentibus inuisis latiū præbere cruorē. Cūq; superba foret

Tyberis

Rumon

Littus

Ilia

Lucanus

babilon ſpolianda tropheis Auſoniis:umbraq; erraret craſſus iulta. Perſæ.pro parthis poſuit:cũ qui bus tũc ambiguũ erat certamẽ craſſo cũ filio & omni exercitu ab illis cæſo. Rara iuuentus.Iuuentus iuuentutis eſt ipſa turba iuuenũ.Iuuẽta eſt ætas iuuenilis.Iuuentas iuuentatis dea iuuenũ. Rara.quia aſſiduis cædibus defecerat populus romanus. Quẽ uocet diuũ. ſubitellige ergo.Habet ãt maximam uim hæc addubitatio.q.d.nullũ reſtare cũ oẽs irati ſint.Ex quo neceſſariũ oſtendit̃ eſſe ad ſolũ octaui anũ conuertẽdas preces. Diuũ.in accuſatiuo poteſt eſſe:ſed plenius diuũ pro diuorꝝ.Dicunt proprie deos qui ſua natura cæleſtes immortaleſq; ſunt:diuos aũt qui ex mortalibus ad diuinitatẽ ſunt aſſum pti.Sed abutuntur poetæ notioribus. Qua prece.quibus hymnis:quibus ſacris. Raro hoc nomen in ſingulari poſitũ inuenimus.In nominatiuo aũt nunq̃. Fatigẽt.fatigare dicimus:cum quod gratia & ratione non impetramus: importunitate extorquere conamur. Virgines ſanctæ.magna ira ueſtæ oſtenditur:cum ne a uirginibus quidem quæ ſibi ſanctæ ſunt.i.conſecratæ: non flectitur.Virgo ea dicitur:quæ icorrupta eſt & adhuc uirum non cognouit.Vnde interrogatus Cicero cur ſexagenarius uirginem uxorem duceret:cras inquit mulier erit.Sed & quandoq; uirgo:quoniam a uiridiori etatæ dicitur:pro iuuencula capitur ſimpliciter:quanuis etiam corrupta ſit.Sic maro.Ah uirgo iſœlix tu nũc in mõtibus eras:cũ loquatur de paſiphaæ iam corrupta. Sanctæ.deo dicatæ. Sanctum enim ſecundum Trebatium idem eſt quod ſacrum & religioſum:ut ſanctos reſtinguere fontibus ignes. Item tuq; o ſanctiſſima uates præſcia uenturi.Aliquando etiã ſanctũ caſtum & incorruptum.Virgilius:Tuque o ſanctiſſima coniunx fœlix morte tua:& alibi ſancta ad uos anima atq; iſtius inſcia culpæ.

Dei

Diui

Virgo

Sanctum

Carmina.hymnos & laudes.Eſt.n.carmen uerſus a canẽdo dictũ:& dicimus carmen de uno tm̃ uerſu Vir.& rẽ carmine ſigno. Aeneas hæc de danais uictoribus arma.Aliquando de pluribus.Idẽ i buc.Et tumulũ facite:tumulo ſuperaddite carmẽ.Daphnis ego i ſiluis hinc uſq; ad ſydera notus:Formoſi cu ſtos pecoris formoſior ipſe.Aliquando totũ opus dicimus carmẽ:ut carmẽ bucolicũ. Veſtã.ſaturni & opis filiã fabulant̃.Ouid.Semine ſaturni tertia ueſta fuit.Hæc dea numen troianũ fuit:& ab ænea in italiã uectũ & primo albæ illi templũ dicatũ eſt.Iuue.Et ueſtã colit alba minorẽ.Inde & numæ templũ habuit:quæ prius fuerat numæ regia.Hanc unam ex penatibus putarunt:uel ſaltem illorum comi tem.Vnde teſte Macrobio conſules & dictatores cũ conſulatum inibant lauinii pariter ſacrificabant ueſtæ & penatibus:proptereaq; Virgilianus hector cum dixiſſet:Sacra ſuoſq; tibi cõmendat troia penates:paulo infra ueſtam ponit.Sic ait:Et manibus uittas:ueſtãq; potentem: æternũq; adytis effert penetralibus ignem.Cicero in li.de natura deorum ſcribit ueſtam ab heſtia græco uerbo dici:uimq; eius ad aras focoſq; pertinere ꝓptereaq; quoniam illa ſit cuſtos rerum intimarum omnem precationem & ſacrificationem extremam eſſe.Ouid.illam modo ignẽ eſſe uult dicẽs.Nil aliud ueſtã q̃ uiuã intellige flãmã.Nullaq; de flãma ſemina nata uides.Modo terrã:ut illud.Sic iceſta perit:quia quã uiolauerit:il la Cõditur ẽ tellus:ueſtaq; nomẽ idẽ.Diodorus ſiculus ſcribit ueſtã domorꝝ cõſtructionem iueniſſe: ꝓpterea inſtitutũ ut in oibus domibus colatur.Plato aũt i phedro ꝑ ænigma ita loq̃t.Magnus rex citãs allatũ currũ incedit exornãs cuncta ac diſponẽs:Et poſtremo demõſtrat ꝙ cæteri dii currũ ſequuntur: ſola aũt ueſta domi manet:ꝑ quod itelligit ueſtã terrã eẽ:& ignẽ incluſũ terræ:quæ quidẽ imobilis eſt. Dicta aũt eſt ueſta ſiue a græca dictione heſtia mutata.h.in.u.uel ꝙ uariis plantis ueſtiatur.Dicũt illam adamatã fuiſſe a priapo:qui uim ſeminalẽ ſignificat:ut intelligatur nihil terrã producturã ſine ui ſemi nali.Verum quoniã ignẽ ipſũ terrenũ quãdoq; ſignificat qui nihil gignit:iccirco uirgo dicitur:& uirgi nes illi dedicãtur:quas ueſtales appellãt.In eiuſq; templo ignis perpetuus ſeruatur:qui tñ calẽdis martiis ſingulis annis renouabat̃.Ois aũt uirgo ueſtalis amata dicebat̃:qm̃ illi q̃ prima in eo ſacerdotio iſtituta eſt:amatæ nomẽ fuit.Dicebatur preterea capta quoniã capiebat̃ a põtifice de manu patris:et tãq̃ bello capta poteſtate egrediebatur.Virginẽ uero capi aut ſex annis miorẽ:aut decẽ maiorẽ fas nõ fuit.Neq; capi poterat q̃ lingua debilis eſſet:ſenſuue auriũ diminuta:aut aliqua corporis labe inſignita.Item cuius parentes alter amboue ſeruitutẽ ſeruiſſent:aut fuiſſet in negotiis ſordidis uerſati.Sunt qui addãt nõ fuiſſe fas eã capi:q̃ in italia nõ haberet domiciliũ.Virgo ueſtalis ſimul ac capta eſt & in atriũ ueſtæ deducta & põtificibus tradita:ſtatim ſine emãcipatione ex patria poteſtate exit:& ius teſtamenti cõdẽ di adipiſcitur.Prima aũt capta fuiſſe uidetur a numa põpilio.Erãt autem põtificis uerba in capiendo ut ſacerdotẽ ueſtalẽ:q̃ ſacra faciat quæ iuſſi & ſacerdotẽ ueſtalẽ facere pro populo quiritibuſue q̃ opti tima lege fiunt:ita te amata capio. Cui dabit partes expiandi ſcelus.cui tarde hanc prouintiam expiã di.i.purgãdi ſcelus. Tandem uenias.poſt diuturnas calamitates. Venias.q.d.faueas:quia ſuo aduẽ tu & pñtia fauent dii.Vir. Nnec tam pñtes alibi cognoſcere diuos.Præſẽtes.i.fauẽtes.Facit autẽ petiti onẽ iuſtã:nam ueniã merentur:qui tã diu pœnas luerũt.Mouet itidẽ cõmiſerationẽ a diuturnitate erũnarũ:ſic Vir.Quẽ das finẽ rex magna laborũ. Amictus humeros. Sinedoche eſt.i.habens humeros amictos nube.Eſt.n.amicio.is.amictus. Candentes.differt candidus ab albo.Albũ.n.caret ſplẽdore candens uero ita albũ eſt ut etiã ſplẽdeat:dictũ a candore ferri.Humeri aũt ſunt a quibus depẽdẽt bra chia ὦμοι græce dicuntur.Eorꝝ latitudo robur & prudentiã indicat:ii etiã armi dicuntur:unde arma nã ſuperiora ab his ſuſtẽtantur:inferiora inde pendent.Armilla ornamẽta q̃ ab armis pẽdent. Au

Carmen

Veſta

Veſtales

gur:cõgruũ epithetũ ſoli cũ ipſe uaticiniis præſit:ſed de auguribus alio loco.Meminit autẽ apollinis quoniã hic deus ĩ ꝑlio actiaco octauiano fauiſſe dicitur. Vir.Actius hæc cernẽs arcũ tendebat apol lo:& propertius Dixerat & pharetræ pondus cõſũmit in arcus:proxima poſt arcus cæſaris haſta fuit

Ericyna ACRON. Erycina ridẽs.erycina uen⁹ ab eryce:in quo maxime colitur dicta. Vir.Eryci no in uertice ſedes fũdatur ueneri idaliæ:ſed ueneris numẽ non uſq; adeo mite eſſe ſolet: nam irata ſolis filias,perſecuta eſt. Siue negle ctũ.ſiue quia cæſarem occidi paſſus eſt.ſiue quia poſtea in ultione eius bellũ ciuile fieri permiſit. Et nepotes.romanos dixit propter Romulũ. Reſpicis auctor. Mars auctor per iliam & Romulũ. Vir.Vertice criſtæ & pater ipſe ſuo superũ iã ſignat honore .Ludo.lu dũ martis dixit bella ciuila cuius ludus ĩ præli is ẽ. Quẽ iuuat.martẽ.n. & bellicus clamor: & ſplendentia tæla delectant: ut iuuat ire & dorica caſtra:deſertoſq; uideř locos. Et mau ri.mauꝝ abuſiue poſuit pro quocunq; hoſte. Siue mutata.i.f.mercuriũ:dicit:ſiue quia ĩ di uerſas poteſtates trãſfigurari cõſueuit:ſiue qa uult eũ auguſto per troianos parentẽ uideri. Vir.At maiã auditis ſi quicquã credimus at las.Et uenias precamur a ſuperioribus ubiq; ſubaudis. Almæ.ne almæ fili⁹ cupido puta ret:iõ dixit fili⁹ maiæ:ut mercuriũ oſtẽderet. Vir.hæc ait:& maia genitũ demittit ab alto. Serus ĩ.c.ac ſi diceret diu uiuas romanis & tarde diu⁹ fias. Iniquũ.iratũ ĩdignãtẽ pecca tis nr̃is & ꝑpter hoc nos fugientem. Priceps iuxta morẽ principũ:qui patres patriæ dicũ tur. Medos.parthos:a qbus Craſſus occiſus eſt quo pereũte ortũ eſt bellũ ciuile.Lucanus de eodẽ:Vmbraq; erraret craſſus inulta.

POR. Siue tu mauis erycina ri.Quam io cus circũuolat & cupido.Poteſt & ridẽs iocus & erycina ridens accipi.id eſt homericũ eryci na ridens.ſecundum illud φιλομμειδὴσ αφροδιτη. Siue neglectum genus & nepotes.Ad martẽ hoc pertinet quem inuidioſe arguit genus ſuum:id ẽ romanos neglexiſſe quod paſſus ſit eos bello ciuili uaſtari. Heu nimis longo ſaciate ludo.Ludo pro bello poſuit.hic enim uideř ludus eẽ Martis Acer & mauri peditis cruẽtũ uultus ĩ hoſtem.Mauri pro cuiuſlibet accipe bellicoſæ gentis.Speciem enim pro genere poſuit. Siue mutata iuuenem figura.Adulatur auguſto:mercuriũ eum eſſe dicens. Serus ĩ cælum redeas.Suauiter optat auguſto ut diu uiuat. Neue te noſtris uitiis iniquũ ocior aura. Bene hæc dicũtur:quia ad mercuriũ uidetur loqui:qui uolucer deus:ſimul eleganter & illud oblique optat ut poſt exceſſum auguſtus diuus factus recipiatur in cælum. Noſtris uitiis.id utrum ad bella ci uilia referens ait:an latius ex hoc ĩtelligitur. Ocior aura tollat.pro ocius tollat σχῆμα ὑπαλλαγῆ

Erycina CHRI. Erycina.uenus q̃ in erycino mõte ſiciliæ religioſiſſime colebatur.Scribit ãt Diodorus ſicu lus Butẽ regẽ ſiciliæ ex uenere erycẽ filiũ ſubſtuliſſe.Hic uero ob genus maternũ ĩ maxima gloria ha bitus urbẽ cõdidit ĩ alto loco a ſe denominatã:eiuſque ĩ arce tẽplũ ueneri matri poſuit multis donariis ornatũ.Hinc uenus erycina dicitur:mõti quoq; in cuius uertice mõs ẽ:idẽ eſt nomẽ.Vir.tñ in laudem æneæ hyſtoriã peruertẽs ab ænea conditũ fingit his uerſibus.Tunc uicina aſtris erycino ĩ uertice ſedes Fundatur ueneri idaliæ. Ridẽs.epithetũ conueniẽs:quod & Homerus illi tribuit:& Lucretius de illa tibi ridẽt æquora põti.Neq; erat poſtponẽda uenus quãdoquidẽ Iuliorum familia ab ænea ſunt uene ris filio.Vir.Ecce dionei proceſſit cæſaris aſtrũ:Dionei.n. dixit a dione ueneris matre.locus autem & amor conuenientiſſime ſunt ueneris comites.Nam ſine his nihil poteſt uenus. Proptereaq; ita illã ĩdu cit Maro cupidinẽ alloquentẽ ut dicat.Nate meæ uires:mea magna potentia ſolus. Volat circum.al luſit ad formã cupidinis.Alatus.n.pingiť.unde Propertius.Idẽ non fruſtra uentoſas addidit alas.Fe cit & humano corde uolare deũ. Siue neglectũ.g.&.n .Neglectũ uel quia extingui cæſarẽ paſſus eſt

Siue tu mauis erycina ridens:
Quam iocus circunuolat:& cupido
Siue neglectum genus & nepotes
Reſpicis auctor.
Heu nimis longo ſaciate ludo:
Quem iuuat clamor:galeæq; leues:
Acer & mauri peditis cruentum
Vultus in hoſtem.
Siue mutata iuuenem figura
Ales in terris imitaris almæ
Filius maiæ patiens uocari
Cæſaris ultor.
Særus in cælum redeas:diuq;
Lætus interſis populo quirini:
Neue te noſtris uitiis iniquum
Ocior aura
Tollat.hic magnos potius triumphos
Hic ames dici pater:atq; princeps:
Neu ſinas medos equitare inultos
Te duce cæſar.

SIc te diua potens cypri.
Sic fratres helenæ lucida ſydera
Ventorumq; regat pater

uel propter bella ciuilia. Respicis auctor. recte addubitat an mars bellorum deus respiciat:cum ciuili/
bus bellis tã diu uexatus sit populus ro. Respicis.faues quia suo aspectu fauent dii. Vir.de Ioue:Aspi/
ce nos tantum:& si pietate meremur da deinde auxilium. Auctor.hoc enim solo probare potest opor
tere martẽ tutari romanos.Nemo enĩ debet eã rẽ negligere:cuius ipse est auctor. Auctor ergo quia a
romulo sunt romani:quẽ Mars ex illa genuit.Sed quia petit a deo bellorum pacem:quæ nemini suo cõ
traria uideri possit.Iccirco primo monet oportere eum parcere iis qui ab eo fluxere. Deinde et si cordi
sint bella debere iã capi sacietate ex diuturnitate belli.Postremo inuit eẽ et alios populos:quos bello fa
tigare possit. Saciate.qa adeo magna et diuturna fuerãt bella:ut etiã crudelissimos hostes et præliorum
auidissimos potuerint saciare. Ludo.ad martẽ respexit qui bello delectatur.Non autem ad homines
qb⁹ hæc piculosissima laboriosissimaq; sunt:et nõ lud⁹.Clamor aũt galeæ et acer uult⁹ p bello posuit: Ludus.
ut huiuscemõi circũlocutione rẽ detestaret.Est autem ludus in re:unde dicimus ludũm pilæ et ludum
alearum.Dicimusq; ludum omnẽ exercitationẽ:siue animi:siue corporis.et locum ubi exercemur.Hinc
gymnasium:qđ uerbũ græci ad utranq; exercitationẽ referũt:ludũ dicũt latini:et magistrũ ludi qui lu
do illi præest.Iocũ uero ad uerborum festiuitatẽ referimus.Quæ res quoniã uaria est et digna:quæ co/ Iocus.
gnoscatur:alibi demonstrabitur.Galeæ:leues politæ.Leue eni prima syllaba correpta sine pondere si Leue.
gnificat.Vir.Ante leues ergo pascentur in æthere cerui.Et per trãslationẽ dicimus homines leues:qui
et facile mutantur et grauitate uirili carent.Oui.Tu leuior foliis:tunc cũ sine põdere succi.Eodem pa Læue.
cto res leues in quibus paruũ aut nullũ momẽtũ sit.Propertius:Et leuib⁹ curis magna perire bona.
Sin autẽ prima syllaba producta profertur:significat politũ.Vir.Et sæpe in læui quæsiſset cornua frõ
te.Et quia quæ polita sunt lubrica redduntur:dicimus leue lubricũ.Vir.Raucũ per læuia murmur sa
xa ciens.Hinc dicimus læuigare.s.politũ reddere:et tactu læue. Vultus.optime et non facies:quia fa/ Vultus.
cies ĩmobilis manet:uultus autẽ est quædã mutatio in facie:quæ indicat uel sedatũ uel concitatum ani
mũ uel lætũ uel tristẽ:unde est uultus siue a uolendo quia uoluntas aĩ in eo apparet siue a uoluẽdo quia
uolubilis mutabilisq; sit. Acer.uehemẽs et asper. Mauri.species est pro genere.Mauri populi aphry Mauri.
cæ:hi fuerunt medi qui ex exercitu herculis illic residerunt ac paulatim p corruptionẽ linguæ pro me
diis Mauri dicti sunt. Siue mutata.tandẽ deuẽtũ ẽ quo cupiebat:ut octauianũ tanq̃ deum inuocan/
dũ eẽ affirmet.Cupit autem illũ pro Mercurio poni:quoniã is et eloquentiæ et sapientiæ deus ẽ:et in
agendo celerrimus. Idẽ pene sensit Vir.i geor.cũ illũ transfert in signũ Libræ ita ut hinc conterminus
sit uirgini domicilio mercurii propter eloquentiã et sapientiã.Illinc scorpioni domicilio martis pro
pter fortitudinẽ:poeta autẽ hic martis non meminit:et quia paulo ante inuocauerat:et quia bella dete
statur:uerũtñ illũ appellat ultorẽ:ut præsentiã animi ad iniurias ulciscendas illi attribuat. Ordo autẽ
duplex:Alii enĩ sic siue tu Auguste uenias patiens uocari ultor cæsaris:cũ.s.deus sis: Alii et forte recti
us siue tu auguste ales filius maiæ ultor cæsaris uenias patiens uocari.i.inuocari ab hominibus. Ales.
quia mercurius talaria alata habet:ut in.iiii.longo ordine ponitur a marone:ubi eum aui similem de/
scribit. Maiæ.sic Vir.sic ait et maia genitũ demittit ab alto. Imitaris iuuenẽ. exprimis formã iuueni
lẽ. Vltor.ulcisci hostes est uindictã de hostibus capere:et ulcisci socios.i.punire illos qui iniuriã intule Vlcisci
rant sociis. Serus in cælũ.exoptat longissimã uitã. Serus.non nisi ultimo tẽpore. Redeas.ex opi/
nione platonicorum:qui uolunt humanas animas e cælo descendere:et in corpora intrare:in quibus si
incorrupte uixerint:ad cælum post mortẽ redeant.Ergo redeas et non ascendas: uel dixit redeas:ut
ostendat illũ iã deũ effectum:et cælũ tenere:sed descendisse:ut consuleret rebus humanis. Lætus.be/ Lætus.
ne uolẽs:ut uobis lætus ergo hunc cãdentem in littore taurũ.Contra tristis inuitum significat.Terrẽ.
Inuitat tristis.Quoniam aũt in brutis lætitia ex pingui ostenditur:dicitur lætus.i. pinguis. Vir.Glan/ Tristis.
de sues læti redeunt.Eadẽ rõ est et in terris:unde lætum fertile dicitur idẽ.Quid faciat lætas segetes.In
de letamẽ quoniã lætũ.i.fertilẽ agrũ reddat. Quirini.romuli:quirinũ enĩ romulũ dixerunt ab hasta Quirinus.
qua in bello utebatur quæ lingua sabina Quiris dicebatur:uel ἀπὸ τοῦ κυρανου qui græce dominũ
significat.uel populo quirini.i.populo suo qui quirinus est.nã octauianus a triplici ordine romano se
natorio equestri & plebeo tribus nominibus donatus ẽ.s.ut quirinus:ut cæsar:ut augustus nominaret
Sic & maro illũ nominat:ait.n. Cana fides & uesta remo cũ fratre quirinus. Ne ue te nostris uitiis ini
quũ.ut supra uitio parentum:quasi dubitet ne clementia sua qua afficitur.Ergo populum romanum
a sceleribus quæ ipse ut deus odit illum auertat. Ocior aura.uelox uentus:uenti enim beneficio utun/
tur aues in uolatu.Ergo allusit ad Mercuriũ qui alatus ẽ: uel ad uelocitatẽ planetæ. Hic.id est romæ
ames potius magnos triumphos.sit sententia:cũ arbitratu tuo possis eligere quem deum esse uelis:eli/
ge ut præsis imperio romano.idem sensit & Virgilius:Teq; deo quem mox quæ sint habitura deorum
concilia incertum est.Est autem in hoc loco repetitio color rhetoricus:hic & hic.item coniunctio:quo/
niam ames uerbum iter duas clausulas quæ sibi applicantur posuit. Pater atq; princeps.istis enim ti/
tulis donatus est a populo romano: ut pater patriæ & princeps urbis diceretur. Neu sinas
medos. pro parthis posuit medos: quoniam parthis subiecti erant: Media quia a tauro mon/ Media.
te non discedit: frigida est. Duplex est media: cuius una pars uocatur maior: Eiusq; metropo/

lis.Ecbatana est magna urbs regia olim medorum nunc parthorum. Equitare.recte quoniam celeri cursu equorum utuntur parthi:& interfugiendũ hostem sagittis feriunt. Vir.Fidentẽq́ fuga parthũ uersisq́ sagittis.

Equitare.quasi dicat pro arbitrio suo uagari nihil nos post tã insignẽ notã metuentes:idq́ quia ultionẽ nullam paramus. Inultos.passiue posuit.i.impunitos.Nam interitũ Crassi & deletũ exercitum & capta signa nondũ ulti erant romani.Hoc cõqueritur & Lucanus.Cũq́ superba foret babylon spolianda trophæis.Ausoniis umbraq́ erraret Crassus inulta:Bella geri placuit nullos habitura triũphos. Te duce cæsar.emphasis ẽ in noĩe & pronomine.q.d.duce te.i.duce eo qui non modo prĩcipatum inter hoĩes:sed etiam deus est effectus.Ergo duce illo qui inuictissimus sit futurus.

AD NAVEM ut Virgilium incolumem uehat ode.iiii.

CHRIS. Nauem alloquitur quã uirgilium poetã eorum qui sunt:qui fuerũt:quiq́ futuros erũt ĩ annos doctissimum uecturã summopere rogat:ut illũ athenas:quo philosophandi cã proficiscebatur:incolumẽ peruehat. Inde occasionem nactus in eum inuehitur:qui auaritia ductus nauigandi auctor extitit:cũ in rem periculosissimã mortales ĩduxerit. Sic te.hæc dictio aliquãdo præcãtis est:ut illud. Iuuet sic te bene cæsar. Aliqñ similitudinis. Vir. Sic nos in sceptra reponis. Vtitur aũt apostrophe: cũ orationẽ ad absentem nauẽ conuertat. Nec caret sua grauitate sermo:qui aut ad bruta:aut ad inanimata habetur.Sic Virg.Phœbe diu:res si qua diu mortalibus ulla ẽ. Diua potens cy.q̃ cypro dominaris.Contra ĩpotens dicitur ille cui alius dominatur.Hinc ĩpotens iræ is dicitur qui ab ira uincit:quoniam illã in suam potestatẽ reducere nõ potest.Inuocat aũt uenerẽ:quia in mari orta plurimum ĩ eo posse credatur. hinc neptũnus apud maronẽ.Fas oẽ est citherea meis cõfidere regnis:Vnde genus ducis.& Propertius.Dea orta mari mare pstat eunti. Veneres tres sunt.una orta ex cælo patre & die matre:apud priscos: Altera ex uirilibus cæli & spuma maris.Aiunt enim saturnũ cælo patri uirilia amputasse:& in mari illa proiecisse:atq́ ex iis & spuma maris natã uenerem:proptereaq́ αφροδιτην appellatã αφροσ enĩ spuma ẽ. Hoc ideo fingunt: quoniam ex naturali calore & salso humore uenus nascitur. Tertia Iouis & Diones filia. unde maro. Ecce dionæi processit cæsaris astrum.Colitur ĩ insula cypri:ex quo & cypria & cyprogenia nũcupatur.Ait aũt herodotus: antiquissima omniũ templorum ueneris fuisse duo primũ ascalone urbe assyriæ:secũdũ in cypro ubi lege cautum fuit:ut omnes mulieres semel saltem ĩ uita in honorẽ ueneris eo in templo cũ alieno uiro cõcũberent.Fuit etiã quãdoq́ de more ut uirgines ad littus externos expectarent:& cũ illis coeũtes dotes lucrarentur.Quæ cõsuetudo in italiam usq́ ad locros peruenit. Cyprus:insula olim a syria disiũcta ẽ:cũ prius esset cõtinens. Sic fratres.h.Repetitio est color rhetoricus: qui fit quotiens eadẽ dictio in principio clausulæ repetitur. Fratres.h.castor & pollux.Aiũt enĩ Iouem amore lædæ quæ tyndari uxor fuit captũ:se in cygnũ auem cõuertisse:& cũ muliere cõcubuisse: indeq́ duo enata oua:quorum ex altero pollux & helena:ex altero castor & clytẽnestra orti sunt.Alii uolũt solũmodo primũ ouũ ex Ioue fuisse:ppterea q́ pollucẽ & helenã fuisse immortales.Secũdũ ex tidaro: & ex illo castorem & clytẽnestrã genitos esse mortales.Addit Hyginus hos fratres maxima cõcordia coniunctos fuisse & mare piratis infestatum sua opera pacauisse.Verum cum castor aduersus atheniẽses in pugna cecidisset:coicauit suã illi immortalitatẽ pollux:& a Ioue impetrauit ut alternatim uiuerent. unde Vir. Si fratrem pollux alterna morte redemit.Sunt igitur a Ioue in id zodiaci signum mutati:quos gemios appellamus.Iccirco q̃ a periclitãtibus in tẽpestate nautis inuocabãtur:quoniã dũ in terris essent illos a piratis seruauerãt:est huiusmodi signum adeo amplum ut cũ alter iã oriatur:alter adhuc lateat:hinc alternati uiuere dicũtur.Diodorus aũt refert:cũ argonautæ ingentẽ paterẽtur tempestatem:orpheum ea sacra peregisse:quæ & ipse prius apud ægyptios didicerat:& deide samotrachas docuerat:ac paulo post duos igniculos supra capita pollucis & castoris apparuisse:statiq́ tẽpestatem cessasse:q̃ sacra deĩde a nauigãtibus obseruata sunt:& igniculi illi dioscurorum psentia putati.Hæc diodorus.sed placet quæ de his Plinius scribat ad uerbũ ponere:inquit ergo.Vidi in nocturnis militũ uigiliis ĩhærere pilis p uallo fulgurum effigies.Eæ & antennis nauigãtium:aliisq́ nauiũ partibus ceu uocali quodã sono insistũt ut uolucres sedem ex sede mutãtes graues cũ solitariæ uenere mergentesq́ nauigia:& si in carinæ ima deciderint exurentes.Geminæ aũt salutares & psperi cursus prænũciæ:quarum aduentu fugari diram illam ac minacem:appellatãq́ helenam ferunt:& ob id polluci & castori id numẽ assignant: eosq́ ĩ mari deos inuocant. Vides quid Plinius.sed nostro quoq́ tempore xpianis nauigantibus & diuinum auxilium ĩplorantibus huiusmodi igniculi apparere dicunt. Lucida.uel salu.ut contra nigra dicimus q̃ noxia sũt:uel ad naturã geminorum respexit in quo signo singulæ in singulorum capitibus stellæ præter cæteras fulgentes apparẽt. Ventorum pater.uel æolum intelligas:de quo plura alibi:quẽ quidẽ maro a Ioue uẽtis præfectũ ponit:unde Et mulcere dedit fluctus & tollere uento.Vel neptũnũ secũdum eos qui uolũt ex cõcussione maris ad terram uentos gigni & terræmotus:ppterea q́ ipse a græcis Enosigeus.i.terram quatiens appellatur. Venti tamẽ secũdum Aristotelem nascũtur ex uapore sicco a terra resoluto:& cũ aliqua cælesti uirtute incorporato.Refert enim ĩ suis meteoriis duo eẽ genera uaporum:qui p calorem ab ĩferioribus resoluunt.Horum alter humidus ẽ:& materiã pbet pluuiis.Alter siccus qui ẽ materia uẽtorum: & hæc quidem physice. Poetice aũt dicũtur uenti astrei & auroræ filii:q a Iunone ut ait Lactãtius ob na/

Sic
Apostrophe
Venus
Ciprus
Castor
Pollux
Ventorum genera

tum epaphũ ĩcitati sũt & a Ioue repressi. Teodōtius uult illos a furiis cōmotos: sed a Ioue hortatu litigii e cælo pulsos: & cũ omnia ĩ diuersa traherent: tandẽ illos iuppiter ĩ potestatẽ redegit: æoloq; seruãdos tradidit. Vir. Sed pater omnipotẽs spelũcis abdidit atris Hoc metuens moleq; & montes insuper altos Imposuit: regemq; dedit qui fœdeř certo. Et premere & laxas sciret dare iussus habenas. Veteres ut refert Pli. quattuor tãtũ uentos nouere: a quattuor mundi partibus: ideo nec Homerus plures nominat. Sequens deinde ætas octo fecit: ut essent bini in singulis partibus. Postremo terni a quaternis partibus describuntur. Est igitur ab oriẽte eqnoctiali subsolanus: quia sub sole nascatur. Huic collaterales dãtur hic eurus ad septentrionẽ quasi απο τησ νουσ ρέων. i. ab aurora fluẽs ide uulturnus q; alte uolitet. Hi tres calidi sũt: & sicci: quia sub sole diu morantur: & in ortu diei sũt salubres: quia ueniunt contemperato aere. a meridiæ cardinalis ẽ auster: eo quod aquas hauriat inter hũc & eurũ ẽ euro auster. Qui dicitur ẽt notus ab humore οτισ enĩ id græce significat. Ad occidentẽ iuxta lybiã ẽ lybinotus qui aphricus nominať. Ve⁊ isti calidi sũt & humidi proptereaq; fulminei & aerẽ cõdẽsãtes: & pluuias ĩducẽtes quin & morbos multos gignunt. Ab occidente cardinalis uẽtus est fauonius: a feruore siue a fauore nũcupatus græce zephirus ζέειν. n. græce feruere diciť. est. n. uẽtus temperate frigidus & humidus: nã cum sol pa⁊ in occidente moreť: neq; humiditatẽ oĩo desiccat: neq; multũ calorẽ ĩducit: ex huiusmõi igitur temperie rebus gignẽtibus idoneus habetur. In fine ãt diei salubrẽ dicũt eẽ quia sol illũ suis radiis rarefaciat & attenuet & pu⁊ reddat. Eius collaterales sũt a septẽtrione circius a meridie aphricus. Quart⁹ uẽt⁹ cardĩalis ẽ a septẽtriõe boreas hẽt collaterales aqlonẽ ab oriẽte: & cho⁊ ab occidẽte. uẽti septẽtrionales sũt frigidi & sicci. uñ ɔdẽsãt corpora: ɔstrigũt meat⁹: purificãt humores: subtiles rẽddũt spũs: ui ɗcoquẽdi cibaria adiuuãt. Sub his uẽtis: ut ait Ari. mares gignũť: ueluti sub meridionali femĩe. ac ɗ uẽtis hacten⁹.

Ic te diua. Metrũ prĩo uersu glyconicũ cõstat ex spõdeo & dactylis duobus. ita Sic te diua potẽs cypri. secũdo asclepiadeũ. Sic te. d. p. c. prĩcipiũ deprecatiõis: ut nauis beneficiis syderib⁹ cõmẽdeť. Salutare. n. ueneris sydus ẽ. Sic. autem aduerbium adiurãtis ẽ. Fratres he. castor & pollux. Lucida sy. ephexegesis ẽ. Pater. aut æolus: aut iuxta physicos: qui uẽtos ex motu oceani nasci uolũt neptũnum dicit. ut quid ue pater neptunne paras.

POR. Sic te diua potens Cypri. Ad nauem loquitur qua Vir. Athenas petierat. Adorans eam ut eũ incolumẽ pferat. Sic fratres helenæ lucida sydera σχημα εφεξηγησισ quia fratres helenæ lucida sydera sunt. Cõstat ãt hodie iter nautas Castoris & pollucis stellas plærumq; nauibus infestas eẽ.

Obstrictis aliis præter iapyga
Nauis: quæ tibi creditum
Debes uirgilium finibus atticis
Reddas incolumem precor:
Et serues animæ dimidium meæ.
Illi robur durum: & æs triplex
Circa pectus erat: qui fragilem truci
Commisit pelago ratem
Primus: nec timuit præcipitem aphricum
Decertantem aquilonibus:
Nec tristes hyadas: nec rabiem noti
Quo non arbiter adriæ
Maior: ponere seu tollere uult freta.
Quem mortis timuit gradum:
Qui siccis oculis monstra natantia:
Qui uidit mare turbidum: &
Infames scopulos acroceruniá:
Ne quicquam deus abscidit
Prudens oceano dissociabili
Terras: si tamen impiæ
Non tangenda rates transiliunt uada:

ACRON Præter ia. lapix uentus utilis de apulia flãs athenas petẽtib⁹: græce argestes dr. Creditũ. cõmẽdatũ: ut Vir. Anni spẽ credere terræ. Atticis. atheniẽsibus. Et serues a. d. m. amicum partẽ animæ posuit ideo dimidium dixit. Athenas nauiganti Virgilio naui gu pperitate precatur: et execrať etiam timore periculi eum qui primus cupiditate lucri ad temeritatẽ nauigãdi descendit. Illi robur & æs. t. ac si diceret duricia sine sensu periculi.

Triplex. uerbũ ab usurariis tractum posuit: quo⁊ auaricia spe lucri uel cõmertii inuẽtum nauigiũ sit. Commisit. credediť: ut Terẽ. ouẽ lupo cõmisisti. Tristes hya. tẽpestuosas et nebulosas. s. ut pluuĩo ɔtristat frigoř cælũ. Nec rabiẽ noti. notum supra omnes uẽtos extulit qui cardinalis ẽ. ideo arbiter: quia præcipue: solet pasci æstib⁹. i. nutriri fulminibus Adriæ. adriatici maris pro quouis mari. Tollere. cõmouere. Ponere. mitigare. Quem. m. ti. gradũ gen⁹ mortis. Tres gradus mortis definiũtur. fato: casu: genitura. fato: ut Stat sua cuiq; dies. casu: ut Sed misera ante diem. genitura: nt Sternitur infœlix alieno uulnere. unde stoici casu dicunt. epicurei fato. pytagorici genitura hominẽ mori. Qui. s. pter lachrymas Lu. Qui sicco lumĩe cãpos uiderit emathios. Mare turbidum. tumens fluctibus suis. Infames. aut famosos: multo⁊ poeta⁊ carminẽ: aut propter asperitatẽ littoris naufragiis nauiũ

ACRON
lapix

Acroceraunia Acroceraunia.sunt mõtes epiri:iõ dicti græco uocabulo q᷑ sui altitudine freque͞ter fulminetur.de his Vir.Prouehimur pelago uicina ceraunia iuxta. Nequicquã deus abscidit.ac si diceret nunquid sine rõe separatum est mare terris cum illud elementum periculis:hoc uoluptatibus plenum fit. Abscidit aũt separauit. Prudẽs.prouidẽs. Nõ tãgẽda. nõ tãgẽda.piculosa nauigiis:nõ deberẽt uada accusari: cum nauis ipsa nec fieri nec usui esse debuerit.hoc est nõ tangi.Nam & Vir.Illiditq᷑ uadis atq᷑ aggere cingit harenæ.iõ.n.uada dicta sunt quod breuitate sua uadari hoc est ambulari possint.

CHRI. Insolens.inconsuetus.sic Terrẽtius.Quid tu athenas insolens.Ergo propterea mirabitur.nã admiratur quæ præter solitũ & opinionẽ accidũt. Magis ita cruciabitur:quoniã nihil tale timẽti hoc accidet.Est aũt stoicorum sentẽtia:ut omnis animi perturbationes grauiores sint quando inopinantes nos offendunt & inpmeditatos. Equora. pro meretricis mutabili ingenio posuit:& uentos propter crebrã mutabilitatẽ.Hic Vir.Variũ & mutabile semper fœmina.Meretrix blande attrahit:attractũq; crudeliter nudat:incostantiæ maris similis.Idq; iure de muliere dicas:qđ Vir.de mari.Mene huic cõfidere monstro:& cæli totiẽs deceptus fraudẽ sereni. Fruitur te.habet te cũ sũma sua uoluptate:unde frui deo dicimus:& frui amicitia:& frui sũmo bono. Aurea.pulchra et bona:ut illud.Inuide quid spectas: illa hic mi mortua uiuit.Illa meis oculis aurea semper erit.Vel aurea.i. diues. Amabilẽ.i.q̃ ita te amat ut amari digna sit. Vacuã.alieno amore uacuã:et tibi semp uacantẽ. Credulus.q̃ facile tibi credat:et nihil male suspicet.Ergo tu crudelissima q̃ tibi credẽtẽ fallas.Citat aũt cõmiserationẽ ab eo qđ eueniat pter spẽ:sic Vir.Et nũc ille qdẽ spe multũ capt⁹ inani fors et uota facit. Auræ fallacis.Aura lenis ẽ et placidus aeris motus ut uentum non plene faciat res grata in caloribus.Poetæ tamẽ pro uẽto ponunt et sæpe p eo q psper nauigãtib⁹ assit quẽ græci τονουρον dicũt ποτης ουρασ id ẽ a cauda:qm̃ a puppi ueniat.Vir.Proseqt̃ surgẽs a puppi uẽtus eũtes:ergo ut maneret ĩ trãslatiõe maris dixit credulus auræ:quasi ofidẽs pspero amori:q paulo post tñ falleret:ut uẽti fallũt nauigãtes. Capit̃ ẽt aura p fauore qa cũ flat ĩ æstate uideat̃ æstuãtib⁹ fauere.Vir.Nũc quoq; iam nimiũ gaudẽs popularib⁹ auris. Miseri sunt ii quibus.i.gratia quoꝝ capiendoꝝ. Tu nites.tu ornaris.et sic insidias tendis. Intẽtata.nã si tẽtata fuisses prius uitarent te. Me tabula.cõparauerat mulierẽ marinæ tẽpestati in qua naufragiũ facere possent qui illa sequerentur.nunc manẽs in translatione ostẽdit se olim ĩ ea tẽpestate naufragiũ fecisse: sed deoꝝ gratia quibus uota fecerat e naufragio liberatũ eẽ:et tabulã in tẽplo neptunni suspendisse:q̃ rem testaretur.Solebant enim ex naufragio egeni effecti tabulã in qua naufragiũ depictũ esset circũferre:et illa sibi uictũ mendicare.Persius.Cũ fracta te in trabe portas.et Iuuena.Et picta se tempestate tuet̃ Ac demũ tẽplis eoꝝ deoꝝ per quos euaserant:suspendebant.Suspendebãt et uestes madidas quibus euaserant.Vir.Seruati ex undis ubi figere dona solebant. Sacer paries.quia templi:Muros.n.et mœnia dicim⁹ qbus urbs ãbit̃:parietes aũt aliquoꝝ ædificiorũ sunt.Hac ergo trãslatione indicat mulieris auaritiam aufugisse.

Insolens / Admiror (handwritten) — Frui (handwritten) — Aura — Murus / Paries

ACRON

SCriberis ua.fortis et hostiũ.Metrũ tribus uersibus asclæpiadæũ.quartus glyconicus.Scriberis dicit agrippæ nauales seu terrestres uictoriæ tuæ scribent̃ a uario pfecto oratore:Cæteꝝ ingenium suum ĩpar metroꝝ ludo deditũ laudes bellicas canere. Mæonii.Homerici:qui de mæonia fuit in tali carmine scriberis a uario quali usus ẽ Homerus. Alite.auspicio siue bono omine. Ferox.fortis. Nos agrippa.uocatiu⁹ casus.ordo talis ẽ:quãcunq; rẽ ferox miles gesserit te duce nauibus aut eqs nos tenues:nec conamur dicere hæc nec conamur dicere grauem stomachum pelidæ. Cedere nescii.i.inuicti:ferocis.ut rũpantur nescia uinci pectora:nec conamur dicere duplices cursus ulyssei per mare:nec conamur dicerẽ sæuam domũ pelopis dum pudor:et musa potẽs lyræ uetat detererẽ laudes egregii Cæsaris et tuas culpa ingenii. Pelidæ stomachũ.sinedochicos a parte totum. Nec.c.d.duplices aut ppter errores dictũ aut quia fertur dolosus:aut certe.d.propter annos.xx.Nã dũ alii duces capta troia post.x. annos reuersi sũt:ulyxes solus post.xx.annos reuersus ad patriã dicitur. Nec.s.p.Atreum et thyestẽ a q̃bus diis humanæ epulæ carnis appositæ sunt:unde et tragœdiam uarius scripsit quẽ et Vir.laudat Nã neq; adhuc Varo uideor nec dicere cĩna digna. Conamur te.tenuat uires suas ac si diceret nos tenues non audemus grandia.

POR.Scriberis uario fortis et hostium uictor mæonii carminis.agrippã alloquitur:cuius rebus gestis negat lyrico carmine satisfacere posse ideoq; a uario ea scribi debere.fuit autem.L.uarius et ipse carminis tragœdiarum et elogorũ auctor Virgilii cõtubernalis. Mæonii carminis alite.ut si diceret homericis auspiciis:ac per hoc homerica sublimitate.Notum aũt inter opiniones quæ de natalibus homeri feruntur:et hãc esse quasi mæonis filius fuerit. Quã rẽ cũq; ferox nauibus aut equis miles te duce gesserit.figurata elocutõ.Nam cum dixisset scriberis:intulit quam rem cũq; miles gesserit te duce.Simplex autem elocutio erat .Scribentur res quascũq; miles gesserit te duce. Nec cursus duplicis p mare ulyssei.Amphibolũ:nã et duplicis ulissei potest quos signat callidi potest et duplicis cursus per accusatiuũ pluralem accipi.i. itus ac reditus.nec sæuam pelopis domum.Notæ historiæ sunt de Tantali genere:ex quo Pelops ortus:deinde Atreus et Thyestes: deinde Orestes de quotum sceleribus tragœdias compositas scimus:quarum stilus non nisi sublimitate fertur:cui se negat hic poeta sufficere.

Agrippam a rebus gestis et uarium ab eloquentia laudat: Ode sexta.

CHRI. Dedicolos.primi enim tres uersus asclepiadæi: quartus gliconicus ad.M.agrippam cuius auctoritas sũma erat apud augustũ:cũ oĩa pene grauiora bella per eũ gereret ĩperator.de quo Maro. Parte alia uẽtis et diis agrippa secundis.Laudat et uariũ poetam quẽ affirmat elegantia dignitateq; sui

stili posse describere ægregia facinora agrippæ quæ ipse tenuitate sui stili non possit. Fortis et uictor hostiū.n. supfluū ē cū fortē appellasset addere et uictor hostiū.n.n.satis ꝑ se ē fortitudo ad uictoriā de hostib⁹ reportādā:nisi adsint et multæ aliæ uirtutes militares.Ergo illæ quoq; adsunt cū sit uictor hostiū.

Scriberis.q.d.mandabitur æternitati nomē tuū:cum talis poeta tuas egregie gestas res scribat. Nō.n. fere aliter imortalis redditur iperator:nisi & ipse magna facinora ediderit:& eū scriptorē nāciscat̄:qui multū eloquentia ualet.Quod & Alexander ille magnus apd̄ sepulchrū achillis significauit:cum achillē ob id fœlicē dicat:q̄ homericā tubā sortitus sit.Puto autē hæc scripsisse Horatium post profligatam antonianā classem ī qua pugna ille optimā operā augusto nauauit. Vario.i.a uario:quē & Vir.tanti facit ut dicat.Nā neq; adhuc uario uideor:nec dicere cynna digna:sed argutos inter strepere anser olores:& scriberis alite carminis meonii.i.eo auspicio quo Homerus scripsit sua poemata· Ergo scriberis elegantissimo stilo & posuit auspiciū pro facultate.q.d.q̄ idē poterit Varius q̄d homerus.Est aūt auspicium pro potētia ꝑ quādā translationē a magistratibus:nā qui iisdē auspiciis creabātur:eiusdē erāt potestatis:hic Vir.Paribusq; regamus auspiciis.i.pari potestate. Meonii.quia Homerus ex meonia fuit.Quanuis multæ urbes de huius poetæ patria certent:nā & colophon et smyrna et athenæ suum esse uolunt. Quam rem cūq; ferox.ordo ē o agrippa nos tenues non conamur dicere quācunq; rem miles te duce gesserit nauibus aut equis:id est mari aut terra.neq; conamur dicere grauē stomachū pelidæ: nec cursus duplices ulixis.ubi uidetur cōparare facinora agrippæ et achillis fortitudini:et ulixis sapientiæ et quasi concludit q̄ si posset scribere agrippā posset scribere aliquid par et iliadi homerice in qua laudat achillē et odisseæ in qua describit ulixis sapientiā.Ex quo elicitur oportere se alterū eē Homerum:si sua eloquentia par hominis uirtutibus esse uelit. Te duce.ac si dicat tua prudentia:tuo consilio & tua fortitudine. Agrippa.& si nomē propriū sit:tn̄ is agrippa dicebatur qui præmissis pedibus ex materno uentre oritur:quasi æger partus. Dicere.describere & laudare.Sic in primo epistolarum.Prima dictæ mihi sūma dicende camena & Virgilius.Cui non dictus hylas puer & latonia delos.In causis autem dicere is dicitur qui defendit:Agere potius qui accusat:hinc addicere consecrare:Vir.Iunoni inferne dictus sacer id est addictus.Item destinar̄.Cicero de officiis.Et is q̄ui morti addictus esset:paucos dies cōmendandoꝝ suorum causa postulasset. Stomachum.īdignationem atq; iram:hinc stomachari indignari significat:ut illud.Sectū stomacharis ob unguem. Grauem.græcis perniciosum .uel grauem qui ab eo dimoueri non posset.Fabula apud Homerum nota.Agamenon captiuā chryseida quā uehementer amabat oranti chrysæ patri & redemptionem offerenti reddere neglexit.Apollo autem iustis præcibus chrysæ sui sacerdotis motus:peste exercitum græcorum affligebat.græci autem ut pestem euaderent auctore achille agamenonem impulerunt:ut puellā redderet. At ille Bryseidē Achillis captiuam:& ab eo uehementer amatam sibi arripuit.Quod ita grauiter tulit achilles:ut deinceps a pugna cessaret:neq; amicorum precibus:neq; muneribus placari potuit:ut sepissime in fugā ab Hectore uersis græcis succurrere curaret.Ergo pelidæ id est achillis pelei filii nescii cedere:id est cōcedere:ipsi iræ. Duplices.uel astutos & uafros:ut describit̄ ip̄e ab Homero:uel duplicatos a cursu reliquorum græcorum:cum illi decem annos domo abfuissent:ipse uero uigiti. Vlixei.pro ulixis:est enim datiuus græcus:quem latini pro genitiuo usurpant.Sed modo per synæresim:ut illud.Reliquias danaū atq; immitis achilli.Est enim αχιλλει & ἀχιλλεϊ:aut per dieresim:ut hic. Domum.familiam.sic Iuuenalis.Sed cū tota domus rheda componitur una.Aliquādo pro patria ponitur:ut Da propriam tymbreæ domum:da mœnia fessis.sed proprie habitaculū ipsum significat domus.Virgilius. Ast ubi iam patriæ peruentum ad limina sedis.Antiquasq; domos:et per similitudinē etiam quo sese bruta recipiunt domos dicunt.Virglius in georgicis.Antiquasq; domos:uolucrū.Significat etiam templum.Iuue. Ante domum ueneris:quā dorica substinet anchon.Differt autē domicilium a domo:nam domiciliū est cum sedes in aliqua urbe certas posuimus tanq̄ ciues illius futuri.nam qui ad tempus habitat mox inde discessurus:domum quidem potest habere quam conduxerit. Domicilium autem non habet.

Sæuam.propter atreum et thyestem fratres inter se crudelissimos.Tantalus filius iouis secundum Eusebium:phrygum rex fuit Erichtheo athenis regnante ex taygete filium pelopen genuit:& cum deos conuiuas accepturus esset:ob auaritiam pelopen epulandum dedit.Nullus autem præter cererem ex eo gustauit.Illa humerum exedit:sed dii eburnum restituerunt et per Mercurium eius animam ab inferis reuocarunt.unde Virgilius.Humeroq; pelops insignis eburno.A pelope peloponesum dictam uolunt.ex pelope et hippodamia uxore nati sūt atreus et thyestes:qui alternis annis in peloponeso regnātes in maximas discordias inciderunt:operante id mercurio secundum Lactantium ut cædem myrtili filii a pelope ī mare deiecti ulcisceretur.Erat præterea atreo aries aureo uellere insignis:quem cupiens thyestes ratus est se per concubitum meropis:uel ut alii dicūt europes illius uxoris consequi posse. Itaq; ex illa tres filios genuit:quos deinde sibi nescio atreus epulandos dedit.Quo tempore solenne tale aspiceret facinus in orientem rediisse dicunt.Quod fingitur quia eclypsim ea tempestate factam et antea ignoratam de monstrauit.Hanc tragœdiam scripsit Varius:de quo paulo supra. Tenues.q sum⁹ tenui igenio.Et ī aīo tenuis defectū significat.Subtilis uero acumē. Cice.orator subtilis:sed parū

Agryppa

Dicere

Addicere

Domus

Tantalus

Atreus

Thyestes

uhemens: Nõ conamur ergo quæ grandia sũt: quia pudor qui prouenit ex cõsciẽtia nostræ ĩbecillitatis et musa nostra potẽs in bellis lyræ: uetat me deterere. i. diminuere tuas et cæsaris laudes non nostra uoluntate: sed culpa ingenii: quod mihi tenue est. Nec dixit simpliciter imbellis: id est imbecillis lyræ. i. carminis lyrici: quia illo ẽt grãdia describuntur: ut ipse alibi. sed loquitur de suo proprio stilo quẽ elegit tenuẽ. ut Quinti. oñdit. Deterere ẽ aliqd de re diminuere: uñ ẽ deterior ñ peior: sed minus bonus. Detero

Imbellisq; lyræ musa potens uetat
Laudes ægregii cæsaris: & tuas
Culpa deterere ingenii:
Quis martem tunica tectum adamantina
Digne scripserit: aut puluere troico
Nigrum memnonem: aut ope palladis
Tytidẽ superis parem:
Nos cõuiuia: nos prælia uirginum
Sectis in iuuenes unguibus acrium
Cantamus uacui: siue quid urimur
Non præter solitum leues.

Laudabũt alii clarã rhodõ: aut mythilẽ
Aut ephesum: bimarisq; coryntħi
Mœnia: uel baccho tebas: uel apolline delphos
Insignes: aut thessala tempe.
Sũt qb⁹ unũ opus ẽ ĩtactæ palladis urbẽ
Carmine perpetuo celebrare: &
Vndiq; decerptã fronti preponere oliuam

ACRON. Imbellis. q nesciat res bellicas & altas describere uel tristes. Adamãtina tunica. lorica allusit propter duritiam: nam bellũ in quibusdam insuperabile est. Nigrum. instantia certaminis uirũ fortẽ pugnãdo squallẽtẽ. hic fortiter pugnauit in bello troiano. Tytidem. diomedẽ. Nos conuiuia. i. tantum ex uoluptatibus scribimus: ordo ẽ. nos uacui cantamus conuiuia. Prælia uirginũ. iuuenibus resistentium. Sectis in iuuenes. in os iuuenũ ad repuguãdum acutis unguibus & præparatis. Vacui. amore. uacui id est. nõ amãtes & securi. Siue quod urimur id est amamus qui enim amat uritur. Vir. Vritur ĩfœlix dido tra xitq; per ossa furorem: seu forte amantes & ostendit se omni tempore seu amantem seu ñ amãtem id studii habere. ordo est seu nõ præter solitum leues q urimur: non enim præter solitum leuis est: dum omni tempore sit ĩcõstans. Leues. nihil constantiæ habentes: quæ est consuetudo amatoribus.

POR. Culpa deterere ingenii. belli culpa ingenii humanũ uitium autem non aliud quam humilitatẽ uult intelligi Deterere aũt minuere signat & ex consequenti. quia quæ deterunt comminuuntur. Quis martem tunica tectum adamãtina. i. quæ perrũpi nõ possit. Adamas enim lapis durissimus. figurate autem negat se posse res bellicas scribere. Verum Vatiũ potius qui sit homerico spiritu. Nos prœlia uirginũ sectis unguibus cãtamus uacui. utrum cum uacui sumus: an ideo hæc cantamus. quia uacui sumus id est a negociis liberi quod magis uidetur sensisse cum subiiciat. Non præter solitum leues. id est ex consuetudine leues.

CHRI. Quis martẽ. sñia ẽ qd ñ audeat laudes augusti & agrippæ describere: qa ñ id min⁹ eẽt quã aut martẽ aut Diomedẽ aut similes deos uel hæroas describere. Quã rẽ ipse ĩ belli musa ñ ualet. Maxima ergo laus q ĩpos istis cõparet. Quis martẽ. quasi dicat nullus: nisi egregi⁹ poeta. Martẽ tectũ. t. ad. magna res describeẽ martẽ sed maxima cũ fuerit ĩ bello. Tectũ. defẽsũ. Tunica. ṗprie ẽ uestis ĩterior hic ṗ lorica accipe. Adamãtina. ĩfrãgibili ab adamãtis duritia. Adamas lapis quasi indomit⁹ dr̃. Nã a priuat & δαμάω græce domo significat Mẽnona: laumedontis frater fuit thitõus. hic ad oriẽtalẽ regionẽ ṗfectus multos populos subegit & ṗp ei⁹ excellẽtiã aurorã ĩ cõiugẽ sũpsisse dr̃. Neq; nisi ĩ extrema senectute: quæ loquatior eẽ solet decessit. uñ fabulant̃ illũ ĩ cicadã fuisse cõuersũ. Huius filius Memnon ĩ auxiliũ priamo uenisse ab Homero tradit̃. Curassetq; aurorã matrẽ: ut infrãgibilia illi arma Vulcanus fabricaret. hic Vir. Et nigri memnonis arma. Tãdẽ ab achille interfectus ẽ. Diodorus tñ refert illũ ab assyriis quoq; Priamus uectigal eẽt ĩ auxiliũ Priamo cũ uigĩti milibus peditũ: et ducẽtis currib⁹ missũ. Refertq; Solin⁹ singulis ãnis ex æthiopia ad hui⁹ sepulchrũ cõuolare aues: et ibi iter se decertare. Nigrũ. quia ætiops puluere troico in pugnis apud Troiã gestis: ubi æquor pulsu puluis excitari solet. Tytidẽ. Diomedẽ tydei filiũ qui auctore Homero æneã Hectoreq; palladis auxilio uicit. Et uenerẽ cum æneam filiũ protegeret: uulnerauit. Quapp ipsa apd Virgiliũ: credo ẽt q nũc mea uulnera restãt. ergo fuit par superis. Nos cõuiuia. qm grauiori stilo ad res altas peruenire non possumus scribemus hæc minora. Prælia uirginũ. quæ uel pudor ductæ relu ctant̃ cupidis amãtib⁹ uel a natura muliebri nõ discedũt quæ cũ maxime qppiã cupiãt: tũ maxime cogi uolũt. uel naturæ puicacia: ut est apud Ter. nolũt ubi uelis: ubi nolis cupiũt ultro. Acriũ. quia uehemẽter resistũt. Sectis. quasi illos acuãt ad repugnãdũ. Vacui. scilicet amore. i. nõ amãtes. Siue qd urimur. siue amãtes: nã amor ardẽtissima est cupiditas: uñ ipse cupido facibus armat̃. et amor ignis dr̃ Vir. Vulnus alit uenis et cœco carpitur igni. Leues. nõ præter solitũ. id est leues ut solent amantes esse uel leues q leuiori utatur stilo ut solet.

Adamas
Thitonus
Memnon

ODE VII.

ACRON 1 Audabunt alii claram Rhodon aut mitylenē. Metrum heroicum. primus uersus examete rest: sequens uero tetrameter est: qui et faliscus appellatur: eo quod ex quattuor pedibus ultimis constat uersus heroici. Numatium plancum alloquitur cōsularem uirum tybure oriundum in cuius gratiā dicit cum diuersis poetis studiū sit diuersas insulas oppidaq; certorum numinum gratia celebrare carminibus: sibi tybur esse laudandum: cuius uoluptate capiatur uel amœnitate: sed albunæ nymphæ eiusdem nemoris uicini ac tyburis: de quo Vir. Lucosq; sub alta consulit albunea. Tybur autem tyburtus cōdidit: a quo nomē ciuitati ē: hic fuit filius catilli filii amphiarai ut: catillusq; acerq; corax. sed hac ode Plancum hortatur ut curas uoluptatibus rellaxet exemplo teucri telamonii. Clarā. r. aut m. Maritimæ greciæ ciuitates sunt. Bimari sue c. m. quia & ionio & egæo mari abluitur. Vel baccho. t. ordo est uel thebas insignes baccho uel delphos insignes apolline: sic enim apud thebas dyonisius: sic ut delphis apollo colitur a quibus honorem patriæ sortiuntur. Tessala t. amœnitates thessaliæ. tempe enim tribus casibus declinatur nominatiuo uocatiuo & accusatiuo. Sunt qbus unnm opus est. ac si diceret unum studium est laudibus dicendis operam dare certos & exinde gloriam querere laudando tantum athenas: quas uocauit urbem mineruæ uelut propriū ciuitatis numē. Carmine perpetuo. aut uno metro aut non aliorum laudibus mixtis. Vndiq; decerptam. ex omnibus collectā. ordo est: preponere fronti oliuam undiq; decerptam.

POR. Laudabunt alii claram rhodon. hac ode Numatium Plancum consularem alloquitur: quia indicat se præcipue tiburtia regione delectari: omnibusq; eam sua sententia proponēdam affirmat. Claram rhodon. propterea claram quod soli sit opposita dicit. de qua & Lucilius sic ait. Rhodos carpatiū ī pelag⁹ iclinat aptū. Bimarē chorithū appellat qđ isthmo opposita Ionio & ægeo sinu abluitur.

CHRi. Ad numatium plancum scribit laudes tyburis patriæ suæ: ergo alii poetæ alias urbes laudabunt: ego autē tybur. Rodon. hæc insula multis rebus nobilitata: & pene semper libera etiā romano

Rhodos uigente īperio. eā in principio habitarunt Thelchines quos maris filios fuisse fabulantur. Primi omnium diis statuas sculpserūt. Clarā. secūdū porphyrionē: qđ in mari apto & soli exposito posita sit. Neptunnus harum sororem aliā amauit. Ex eaq; filios sex & unā filiā suscepit: Rhodōq; appellauit: a qua

Mithylene insula nomē accepit. Mithylenē. urbs ē ī lesbo: a mithylene macharei filia nominata: Machareus enī ex crinaco iouis filio natus lesbū tunc palasgiā dictā pp deucalionis diluuium desertam occupauit: & lesbo æoli filio filiā suam metymnā matrimonio coniunxit: īsulamq; a genero nominari uoluit. Ephe

Ephesus sum. urbs nobilissima in asia est ab amazonibus condita & quæ nobilitata sit templo ephesiæ dianæ

Choritbus pulcherrimo omnium græcoꝝ ædificioꝝ. Bimarem chorinthum. quia hic ægeum hic ioniū hēt &

Thebæ histhmon facit ōli ephira dicta est hæc urbs. Deinde corinthus a corintho horestis filio. Thebas. urbs in boetia a cadmo condita: cuius mœnia amphion lyra saxa alliciens ædificauit. In hac ex semelle cadmi filia Iuppiter bacchū genuit: fuit et ī ægypto thebe urbs ātiquissima: in qua fuerunt Bacchus & Hercules: de quorū ægregiis facinoribus multa scribuntur. Quæ omnia Orpheus ex ægypto rediens fret⁹

Delphi tēpoꝝ lōgitudine & historiæ inscitia: uolensq; cadmeis gratificari ad has thebas contulit. Delphos. isti in parnaso monte erāt clari oraculo apollinis. in quo phythia phœbi furore percita responsa dabat. Extollit gentilitas hui⁹ loci religionē miris miraculis. Dicunt. n. uolētes gallos delphos inuadere atrocissma tēpestate & uehemētissimis niuib⁹ ꝓhibitos: & ī bello Alexandri cū cōsuleretur oraculū quo pacto defendi uellet respondisse ut illi sibi consulerent: se āt sibi cōsulturum. Atq; deinde cum milites irruere pararent subito non parua pars montis a uertice ruens illos opressit. hæc et similia apud gentiles uenisse non negat Augu. Verū affirmat religionē in omnibus et diuinū cultū adeo placere deo ut ēt si falsus sit aliquo beneficio dignetur. Thessala tēpe. græcū nomē ē ταΤεμπεα siue τεμπι: et a latinis in nominatiuo accusatiuo et uocatiuo usurpatᷣ hæc tēpe. ē aūt loc⁹ amēistim⁹ ī thessalia īter ossā et otrym mōtes iuxta peneū fluuiū. Sed latini ꝓ oī rustica amœnitate posuerunt. Sūt qb⁹. sunt poetæ: qui in so

Opus lis athenis laudādis occupantᷣ. Carmine ppe. nō interrupto ut aliud laudēt. Vnū opus. opus est qđ

Opera ex fabricando factū relinquitᷣ sic ue domus dicitur fabri opus. Operatio ē ipsa actio. Opera uero est

Operatio labor et industria operantis. Intactæ. nō uitiatæ: nā tāgere uitiare est. Mar. Nullus in urbe fu. to. q. tā u.

Tangere Vxorē gratis tūc Caridme tuā. Pallas āt uirgo fingitᷣ: quia nihil ē puri⁹ sapiētia: et ueræ sapientiæ nullæ sordes admiscētᷣ. ꝓptereaq; dicūt illā sine matre ex capite iouis ortā eē. apđ græcos appellatᷣ athēa. a

Athenæ qua athēaꝝ urbs denominatᷣ. dicūt. n. qñq; inter Neptūnū Mineruāq; ꝯtētionē fuisse ortā uter urbi nomē īponeret. Iudiciūq; ad Iouem delatū: et illū iussisse utrūq; terrā ꝑcutere: illūq; nomē īponere ex cui⁹ pulsu aliqd excellētius oriretᷣ. ꝑcussit neptūnus: enatusq; est equus. ꝑcussit pallas: et nata est oliua. Et qm̄ equ⁹ ꝓtēdit bellū: Oliua uero pacē: q̄ bello melior ē. Cōcessū ē ut ab athena athene dicerētᷣ. Varro rem ad historiā refert. Aitq; rēgnāte Cecrope ꝯuenisse populū cū ēt fœminis suffragiū reddere liceret: Et uiros qdē neptūno: fœminas uero mineruæ suffragiū reddidisse. et quoniam mulieres numero una plus essent euenisse ut mineruæ ius nominis imponendi concederetur. ipsamq; a se athenas appellasse. Quapropter cautum est a uiris ne deinceps suffragiis dandis interessent mulieres. Oliuam. Athenienses enim olea uictores coronabantur: teste Plinio. Isti ergo scriptores laudando athenas præponunt oliuam decerptam undiq: id est e quocunq; agone atheniēsi fronti id est ad frontē uictoris coronādā.

Celebrant igitur oliuam.i.ludos in quibus oliua corona erat. Oleam negauit theophrastus nisi intra quadraginta passus a mari nasci.hic fuit anno .cccc.urbis romanæ.Fenestella negat Tarquino prisco regnante in italia:hispania atq; aphrica oleam fuisse .Herodotus olim nusquam nisi in attico agro oleam fuisse scribit,.Olea arbor est:oliua baccha oleæ inde liquorem ipsum oleum & oliuum dicunt.Est autẽ oleũ utile ebori a carie uendicãdo.unde romæ saturni ex ebore simulachrũ intus oleo repletum est. Olea Oliua Oliuum

Plurimus in iunonis honorem
Aptum dicit equis argos: ditesq; mycenas.
Me nec tam patiens lacedæmon
Nec tam laryssæ percussit campus opimæ
Quam domus albuneæ resonantis
Et præceps anio: ac tyburti lucus & uda
Mobilibus pomaria riuis
Albus: ut obscuro detergit nubila cælo.
Sæpe notus: neq; parturit imbres
Perpetuos: sic tu sapiens finire memento
Tristiciam uitæq; labores
Molli plance mero: seu te fulgentia signis
Castra tenent: seu densa tenebit
Tiburis ũbra tui: teucer salamina patrẽq;
Cum fugeret tamen uda lyæo
Tempora populea fertur uinxisse corona
Sic tristes affatus amicos
Quo nos cũq; feret melior fortuna parẽte

ACRON. Aptum dicit equis argos.aptũ autem equis. Argos.genere neutro absolute dixit. Ditesq;.m.hoc est sicut athenas in mineruæ honorem:ita argos & mycenas laudari in honorem iunonis. Nec tam patiens.quia in agoneis uerberibus immobiles cædebãtur Lacedæmõ.post matricidium horestes cum fureret adiit oraculum de sanitate.oraculum respõdit:sic eũ posse sanari:si dianæ scythicæ de taurica simulachrũ auferret pfectus itaq; est:ibi erat soror eius sacerdos: quæ aduenas immolabat.agnouit fratrem: pepercit illi interrogauitq; cur uenisset.ille ĩdicauit.abstulerunt ĩde simulachrum simul soror secuta est: delati sunt ad italiam:& collocauerunt in nemore aricino simulachrum & cõsecrauerunt nemus.Post hæc italis immite numen uisum ẽ:& asperum miserũtq; ad orientẽ simulachrũ qđ lacedæmonii susceperũt:et ne aut crudelitatem aut sacrilegium facerent: statuerunt hi ut iuuenis aras ascenderet:et super imponeret man⁹ et tã diu loris cederetur ab alio iuuene: q̃ diu sanguis de uibicibus in arã remaneret: et satisfaceret numini.Inde ergo patiens lacedæmõ. Nec tã larissæ.larissa ciuitas thessaliæ: a qua et achilles larissæus dictus est.Vir.quos neq; tytides nec larissæus achilles. Percussit. nimia delectatiõe animũ ferit. Quam domus.a.r.domus albuneæ delectabile nemus est consecratũ albuneæ nymphæ a qua et nomẽ accepit. Et præceps anio.aut per deuexa cadens aut rapidus. Tiburti lucus.silua iuxta ciuitatẽ eiusdẽ nominis. Mobilibus.discurrẽtib⁹. Detergit nubila cælo.purum aerẽ facit.quem græci leuconotum appellant.i.serenum :ordo est.sæpe albus notus detergit nubila obscuro cælo. Plance.uocatiuus proprii nominis. Molli mero.aut leui aut suaui.nam uino in obliuionẽ ueniunt curæ et tristitiæ fugantur. Seu te fulg.si.ac si diceret seu signis militaribus seu bellis misceaeris. Seu densa tenebit.seu sis militiæ:seu sis domi. Salamina.ciuitas telamonis.hic filiis suis Teucro et Aiaci ad troianũ bellũ proficiscentibus legem posuit:ut alter sine altero non rediret. Aiace itaq; se pimente q; per dolum ulyxis iudicio armoꝶ uictus sit cũ ipse corpus Achillis liberasset: Teucer memor imperii paterni patrem et patriã fugiens responso Apollinis cum sociis alibi condidit ciuitatem:hunc fugientem dicit hortando comites suos ad pocula consolatum et uino tristitiam mitigasse. Tamen uda lyæo.madidã uino.

POR. Aptum dicit equis.Homericum.sic enim de hoc ille. ἀργοσ ἐσ ἱπποβοτον. Me nec tã patiens lacedæmon Quam domus albuneæ.Albuneã deã in regione tyburtina fontis præsidem .et Vir. Testis ẽ qui in septimo ait.Lucosq; sub alta consulit albunea nemorum quæ maxima. Tiburtiq; lucus.Tyburtus conditor tyburis est cuius frater catillus et corax quoꝶ Vir.meminit. Catillusq; acerq; corax argiua iuuentus. Vda mobilibus pomaria riuis.Irrigua ĩtelligi uult. Albus ut obscuro detergit nubila cælo.Sæpe notus.Hanc odem quidã putant aliã esse sed eadẽ est.Nam et hic plancum alloquit in cuius honore et superiore parte tybur laudauit:Plancus.n.tyburi fuit oriundus.Album ãt notũ dixit ut græci λευκον νοτον quod serenũ faciat. Vda lyæo tempora. ιπαλαΥΗ ipsũ .n.udũ lyæum ĩtelligi oportet id est uino. Populea fertur.bene nõ quãlibet:sed populeã coronã propter fortitudinẽ animi.Nã hæc arbos in tutela Herculis. Ambiguam salamina.nũc duplicẽ intelligamus.qm alterã Teucer ĩ Cypro insula cõdidit patria a Telamone pře eiectus. O fortes peioraq; passi.ut Vir.O passi grauiora dabit deus. Nũc uino pellite curas.Cras ingens iterabim⁹ æquor.Quidã stulte ab itinere uerbũ fictũ putant sed nequaquã sic accipiendũ cum simplicior elocutio magis rationẽ habeat. Teucer mari uenerat.quia a patria eiectus est errans. Ingens iter .ut iterent nauigationem socios hortatur.

CHRI. Plurimus.multus:uel plurimus.i.longo sermõe-utens.Plurimus.n.longus.Vir.Contempla tor item cum nux se plurima siluis induit ĩ florem. Dicit.laudat mycẽas & argos ĩ honorem iunõis:qa istæ urbes sibi consecratæ sũt. Argos indeclinabile est in singulari:sed ĩ plurali dicimus argi argorum: unde argius urbs ẽ in pelopõneso Iunõi sacra:abũdat optimis equis. Patiẽs.uel propter sacra tauricæ dianæ.Cum enim horestes de taurica regione simulachrum dianæ cui hostia humana immolabatur in Italiam apud aricinam siluã detulisset:abominati sũt talia sacra itali:& lacædemonem remiserunt. Lacædemones aũt pro humana hostia instituerunt ut pueri manus sup aram tenerent quæ ab aliis pueris tã diu uerberarẽtur donec sanguis emanaret:Horũ patientiam Cicero etiã in tusculanis admiratur Ergo patiens propter puerorꝫ patientiam secundum acronem & porphyrionẽ:uel patiens quoniam lacædemonii sæuerissimis licurgi legibus ĩstituti patientissimi aduersus oẽs difficultates fuerunt oĩs sexus oĩs ætas bello inseruiebat:Nam egredientibus ad pugnam uiris:senes mulieresqꝫ mœnia tutabãtur

Larissa illud aũt præcipuum ꝙ eandẽ uestem in hyeme & in æstate omnes ferebãt. Larissæ.urbs in thessalia: unde & larisseus achilles.ergo & propter achillis nomen & propter fertilitatẽ a multis laudabat̃. Cãpus.planities:oẽm enim terram ita diuidimus:ut dicamus eam aut campũ aut uallẽ aut collem aut mõtem.Campum dicunt planum & in longius porrectum spatium.Hinc campestria loca.Vallis ẽ id ĩter uallum quod inter duos montes relinquitur.Conuallis uero a tribus locis clauditur.Collis minor mi

Albunea nusqꝫ altus q̃ mons .Montes ardua & excelsa loca dicimus. Albunea.nympha quæ in albunea colebatur. Est in monte tyburtino fons albunea sic dicta ab aquæ qualitate quæ in illo fonte est:unde etiam nonnulli ipsam leucotheam uolunt:ait Seruius ubi Vir.sic scribit.Lucosqꝫ sub alta cõsulit albu

Anio nea. Præceps.per deuexa cadens non sine sũmo strepitu.Et dicitur anio anienis & non anionis fluuius:hunc tyberonem hodie apellant.Fluit inter Sabinos & Romanos:Insignis uictoria Tulli hostilii q̃

Tybur fidẽtes fudit. Tyburti.& hoc tyburtum & hoc tybur.In his locis crediderunt omnia posse albescere. unde ebur etiam quo candidius redderetur illuc deferre solebant.hinc illud Facetũ Martialis distichõ. Tybur ad herculeum migrauit nigra lycoris:Omnia dum fieri candida credit ibi:Fuit aũt amphiaraus amithaonis atnepos uir in diuinatione excellentissimus:& qui fatum suum apud thebas nisi ab eryphile uxore proditus fuisset:euitare poterat.Ex hoc secundum Solinum natus est catyllus:qui tres filios genuit:alium catyllum:& tyburtum:& tertium qui corax dictus est.Siue igitur ii siue eorum pater tybur pulsis inde ueteribus sicanis condiderunt:& a tyburto illud nominarũt. Lucus.silua albunea:& ꝓprie dixit.Nam lucus nemus est deo sacrum:græce τεμένοσ dicitur.Volunt lucum esse dictum per cõtrariũ a lucendo:quoniam cum nullæ illic arbores propter religionem cæderẽtur:opacus & sine luce

Pomaria erat.Vel a lucendo propter crebra lumina:quæ in sacris nocturno tempore lucebãt. Vda riuis poma

Pomæria ria.loca arboribus pomiferis sata:quæ latini etiam uiridaria appellant.Greci uero paradisos.Pomæria autem erant ĩterualla iuxta mœnia uacua relicta:& auguriis consecrata in quibus augures auguria captarent.Quæ ullo ædificio occupari nefas erat.Dicta autem pomæria quasi post mænia. Albus ut obscuro.Post quam planci patriam laudauerat:eum hortatur ut finem quandoqꝫ mœrori imponat:& imitetur tempestates cæli quæ non semper cædẽ:sed ex turbulẽtis mutãtur ĩ tranquillas. Albus.ordõ est.O plance memento sapiens finire tristitiam:& labores molli mero:sic ut sæpe notus deterget nubila cælo.Neqꝫ semper parturit ĩbres. Not⁹.In italia ut plurimum nubes.in aphrica serenitatem inducit.

Cælo.aere:hinc lucretius.In hoc cælo qui dicit̃ aer.& Vir.Maria ac terras cælumqꝫ profundum.Pro

Cælum prie cælum est quod stellis splendet:quasi quadam cælatura.Hinc etiam cælum instrumentũ quo cælatores cælant.Ouidius.Quiqꝫ moues cælũ tabulasqꝫ coloribus uris. Deterget.tergendo remouet. Imbres.ĩpetuosos intelligũt. Pluuias uero lentas & iuges. Sic.tu sapiens.i.quia sapiens es memento finire.Vel sapiens id est qui sapiens eris si hoc facies.Vir.Ni frustra augurium uani docuere parentes id est

Mollis qui uani essent si frustra docuissent. Molli.dulci.Vir.Tunc & mollissima uina.Nam quod proprie tactus est id ad gustum sæpe transfertur Significat item flexibile.Vir.Est mollis flamma medullas.Itẽ luxuriosum.Iuuenalis.Quos tegula sola tuetur a pluuia:molles ubi reddũt oua colũbæ.Itẽ delicatum & tenellum.Plautus.Mollicula es.Item per translationem a tactu gustuqꝫ molle.i.placidũ & facile:Vir. Sola uiri molles aditus:& tempora noras.Itẽ est contrarium duro.Vir.Mollibus est ratis opera ad fabrilia surgit.Cæteræ aũt notiones quas ponit Marcellus:huc omnes redeunt. Merum.purum Significat:unde uinum dicimus merũ cui nihil sit aquæ admixtum.Mixtum aũt dicimus uinum cui sit aqua admixta.Martialis.Calidus imposuit nup mihi caupo rauennæ:Cũ peterẽ mixtũ: uẽdidit ille merum Per translationẽ aũt a tactu aut gustu dicim⁹ molle placidũ. Signis.s.militarib⁹.i.uexillis.Luca.signa

Signa pares aquilas & pilaminãtia pilis.Cæterꝝ signa dicimus ĩdicia reꝝ:ut cũ dicimus tumorẽ esse signũ ueneni.Signa etiã statuæ appellãtur:ut tabulæ capiũtur pro picturis.unde apud Salustium.signa & tabulas. Tenent. habent:tenere dicimus habitare.Virgi.Qui teneãt.nã inculta uidet:hoĩes ne feræ ne. Item intelligere.Terentius.Rem tenes.Non me latet.& in hoc & in aliis uerbis plures notiones attribui uerbis a Marcello:sed ille nõ solũ quæ propria sit uerbi notio uestigat:sed etiã eas ĩ quas p trãslationẽ a poetis uerba dicũtur tanq̃ proprias exponit.Qua in re diligẽtius aĩaduertẽdũ ẽ.Nã quæ prope sunt

semper & ubiq; quadrãt. Ergo si dico posita: sed luditur arca: ita proprie dr̃: ut de quacũq; re: & a quocũq; scriptore recte dicatur. Sin ãt ludere quæ uellẽ calamo permisit agresti. i. scribere non cuicũq;: neq; de quacũq; re decet. Probauerat ratione naturali sæpe interuenire uicissitudies i rebus hũanis. Nunc pbat exemplo & auctoritate teucri: qui ẽt in suo exilio pfugus lætitia tristitiam pellere tentabat. Sed ut res perspicua reddatur. Ex æaco iouis filio natus est Telamon: qui comes herculi in expugnatione troiæ: quoniã primus mœnia cõscendit ab hercule hesiõem laumedontis filiam dono accepit: atq; ex hac Teucrum genuit. Ex alia aũt Aiacem substulit. Sed hic in bello troiano superatus ab ulixe in iudicio: cũ uterq; sibi arma achillis posceret: in furorẽ incidit ac seipsum interemit. Itaq; cum sine fratre teucer in patriã rediret: a patre pulsus est. At ipse in cyprũ uenit: ubi urbem condidit: eãque a patria salamina denominauit. Salamina patrẽq;. est hæc salamis salaminis: & in accusatiuo salamina. Vda lyæo. madida baccho. id est uino: ut si denominatio. Dicitur aũt bacchus liæus παρατολύειν quod est soluere: qa uinum mẽtes nostras a curis soluit. Corona populea. ut decet uirũ fortem ad imitationẽ herculis: qui ab inferis rediens ea arbore se coronauit. Cuius frõdes externæ nigrescere dicunt: propter fumũ & obscuritatẽ inferni. Internæ uero albescere propter sudorẽ herculis. Et. n. hæc arbor herculi consecrata a poetis dicitur. Vir. in bucolicis. Populus alcidæ gratissima: uitis iaccho.

Teucer

Ibimus o socii comitesq;
Nil desperãdũ teucro duce: & auspice teucro
Certus enim promisit apollo
Ambiguã tellure noua Salamina futurã:
O fortes: peioraq; passi
Mecũ sæpe uiri nũc uino pellite curas
Cras ingens iterabimus æquor.
L Idia dic per omnes
Te deos oro: sybari cur properas amãdo
Perdere: cur apricũ oderit cãpũ
Patiens pulueris: atq; solis:
Cur neq; militaris
Inter æquales equitet: gallica nec lupatis
Temperet ora frenis.
Cur timet flauũ tyberim tangere:
Cur oliuum sanguine uiperino
Cautius uitat: nec iam liuida gestat armis
Brachia sæpe disco
Sæpe trans finem iaculo nobilis expedito
Quid latet ut marinæ
Filiũ dicunt thetidis sub lachrymosa troiæ
Funera: ne uirilis
Cultus i cædẽ: & lycias proriperet cateruas

ACRON. O socii. ordo est o socii o comites ibimus quocũq; feret nos fortuna melior parente. Auspice. fautore uel sponsore apolline dicit: cuius responsa uel promissa sequebatur. Certus. non fallax: ueridicus. Ambiguam. duplicẽ uel quod una in cypro altera i thracia regione esse dicitur uel quod una pulsus est: alterã cõdidit. Vir. similiter ãbiguã duplicẽ posuit: Agnouit prolem ambiguam geminosq; parentes. Noua. s. incognita peregrina. Peioraq; passi. Vir. O passi grauiora. Iterabimus. id est iterum nauigabimus.

CHRI. Quo nos cũq;. id est quocũq; nos. Themesis quæ fit quotiens dictio composita dissoluitur: & in medio alia dictio interponitur. Vir. Hac troiana tenus fuerit fortuna secuta: id est hactenus troiana. Melior. æquior & magis beniuola. Bonus enim mitis æquus & fauẽs dicitur. Statius. Tu corda parũper Huc aduerte libens. Atq; has bonus accipe uoces. Vir. Sis bonus fœlixq; tuis. Aliquãdo pulcher Terentius. Et forma fortasse bona. Proptius. An cõtempta tibi iunonis forma pelasgæ. Palladis aut oculos ausa negare bonos. Ite aptus & idoneus. Vir. Et bona bello cornus. Itẽ doctus. Vir. Cur nõ mopse boni quoniã cõuenimus ambo. Tu calamos inflare leues: ego dicere uersus. Iniecit aũt desperãtibus comitib⁹ optimã spem: cum pollicetur fortunã meliorẽ parẽte: qui illos a patria excluserat: & se ducem quasi dicat eũ ducẽ cui neq; aius in periculis auertendis: neq; fides i cõsulẽdo deerit. Sed primũ aperte proposuit. Secũdum ut arrogantiã euitaret occultius isinuauit. Socii comitesq;. Socius a socco dicit: q calceus ẽ utriq; pedi aptus quoniã socius se amico conmodũ i utraq; fortuna præbeat. Sũt ãt socii qui pari cõsilio & auctoritate rẽ simul aggrediũtur. Comites uero qui cõsulẽdo operãue præstãdo subsequũtur. Et pprie dicũt comites in itinere: qui nõ sua causa iter capiũt sed ut aliũ prosequãtur. Quapropter socios dixit: ut ostẽderet cõem rẽ agi: & se illos sibi pares nõ inferiores habere. Hoc humanitatis causa oẽs duces facere consueuerunt. Sic & uirgilianus æneas. O socii: neq; enĩ ignari sumus ante malorũ. Sic in historiis milites cõmilitones apellãt. Comites aũt dixit ut se beneficii ab illis præstiti memorẽ ostẽderet. Quapropter o comites. i. qui ne me meãq; salutẽ desereretis: nulla difficultate deterriti me prosecuti estis. Auspice. ut nõ modo tanq; dux i qua re prudentiam humanã dũtaxat pstare possit: sed etiã auspex. i. qui auspiciis cæterisq; uaticiniis futura diuinitus pspe

Bonus

Socii

xerit. Certus apollo.q.d.ab eo deo hæc futura de urbe cōdenda cognoui:cuius oracula certa nunq̄ fallāt. Cur ergo nō sequātur eū ducē in quo & humana prudētia & diuina ꝑsciētia sit & ab eo deo accepta q nūq̄ fallat? Hæc ergo deus ꝓmisit salamīa ābiguā.i.posse nos ɔderē urbē:quā a salamina ātiq̄ pr̄ia salaminā appellemus. Promisit.aūt a me rogatus. Nā proprie promittimus rogati:& pollicemur nō rogati:sed nostra sponte. In tellure noua.id est cypro qui locus nobis nouus & incognitus est. In hac īsula belus teucro sedes sibi ponēdas cōcessit. Quod & uirgiliana dido meminit: Atq; equidē teucrū memini Sydona uenire finibus expulsū patriis noua regna petētem. Auxilio beli:genitor tū belus opimā uastabat cyprū:& uictor ditione tenebat. Dixit aūt tellure pro terra. Tellus eni dea ē terræ: Terra uero ipsū elemētum. Romæ eni ut ait Varro colebatur Tellus dea quæ a ui fœminea qua semina recipit:nū

Tellumo cupatur. Itē tellumo deus a ui masculina:qua semina terra emittit. Erat & alius deus Altor ex eo ꝙ oia ex terra alūtur. Itē rursor:ꝙ rursus eodē cūcta reuoluūtur. Ambiguā. duplicē secundū Acronē.cū altera esset in actica nō procul ab ægyna. Altera in cypro de qua nunc dicitur. Vir. Agnouit prolē ambiguā geminosq; parentes. Ambigua tñ latini dicunt que græci ομονιμα appellāt. unde boetius in dialecticis:ea ambigua dicit quæ reliqui dicūt æquiuoca:ut canis q̄d nomē syderi & aīmali latrabili & pisci cōe est. O fortes.ergo ferre poteritis. Peioraq;.p.arguit a maiori: Nā si peiora passi estis:poteritis magis hæc ferre. Sed & Vir. O passi grauiora. Nūc uino.p.c.quasi ostēdat ꝙ ī rebus duris decet īterponi aliquā uoluptatē qua animi restaurati uehemētius cōtra difficultates insurgant.

ACRON Lydia dic per omnes. Metrū choriambicū quod cōstat ex coriābo & bacchio. ita lydia dic per oēs: Secūd⁹ ex epitrito secūdo & duob⁹ coriābis.& bacchio ita Tedeoso.rosibari.cur properas amādo Lydia dic per oēs.ī lydiā dicit uulgaris formæ mulierē:& sibi aliquādo dilecte cur ita sybarim diligit.iuuenē:ut eū ab omnibus officiis amore sui desistere fecerit intermissa etiā exercitatione cāpestri: & sic apud eam lateat:sicut apud uirgines lychomedis achillē ferūt ꝙ per histeróproteron in riualē dicit. ordo est. Lydia dic oro. hoc est īterrogo ꝑ omnes deos cur properas amando ꝑdere. Perdere cata antiphrasin declamat. Amando perdere. amore perdere. unde ē ut uidi ut perii. Apricū. amœnū:uoluptuosū. Patiēs.cū possit iā ferre militares labores. Flauū. turbidū. Tiberym tāgere. natare ꝙ adolescētibus inter sūma erat uirtutum exercitatiōis studia. Cur oliuū sāguine.u.c.u.dicit:cur nō exercet palæstrā quā tractantes oleo ungebantur. magis uitat oleum q̄ sanguinē uiperinū uenenosū. Liuida brachia. assiduo usu & pōdere armoꝝ. Disco. discus genus ludi ē certi ponderis. dicit discum:quo iuuenes ī agōe contēdebāt. fortior est iudicandus qui ultra designati spatii finē eum iecisset ita ut missilibus certabatur. ordo est: neq; iam nobilis gestat liuida brachia armis:sepe expedito disco trās finē sæpe iaculo trans finē. Filium dicunt latuisse subaudis. achillē dicit a thetide absconditum metu belli troiani. Ne uirilis cultus. lycii populi fuerunt troianis ferētes auxilium: unde est unam quæ lycios fidumq; uehebat orontem. Proriperet. raptim uel incaute iret.

POR. Lydia dic ꝑ oēs te deos oro. Hæc lydia amica uidetur fuisse Sybaris nomine adolescētis cui imputat ꝙ amore sui implicitū residē fecerit exercitationum campestriū. Cur apricū oderit campū patiēs pulueris atq; solis. sit aut fuerit. Gallica nec lupatis temperet ora frenis. gallica ora pro gallicorum ora equorū. Lupata. autē frena sunt aspera dequibus & Vir. sic ait. Et duris parere lupatis. Cur timet flauum tyberim tangere. qui in cāpo martio exercebātur & natabant post exercitum. quia & hoc uidetur necessarium militiæ esse. Sepe disco trans finē iaculo. Nobilis ad expediēdum trans finē. Nobilis expedito ut sit sæpe disco trans finē expedito nobilis sæpe iaculo. dicit aūt eum gloriose & discum & iaculum misisse. Quid latet ut marinæ. filium dicunt thetidis συλληψσ quia ex eo quod latet latuisse accipiendū est. Lycias proriperet cateruas. Manifeste hic lycias pro troianis posuit.

CHR. AD Lidiam ne in sybarim adolescentem crudelis sit.

Orat meretricem ne adeo astrictum suo amore reddat sybarim ut oēs exercitationes iuueniles omittat.

Perditus Perdere. uere dictum nam perditus dicitur qui ita alicui perturbationi aut uitio subiacet:ut ide se eximere non possit. hos græci asostas appellant. Ergo perdite amare dicitur:qui totus ab amore occupatus sit. Vir. Perdita nec seræ meminit decedere nocti. Oderit. Mira res ita amātes immutari:ut quæ

Apricum sūmo opere cōcupiuerint:nunc ea odio hēnt. Apricum soli expositum quasi ανευ φρικησ id ē sine horrore & sine frigore. Ostendit autem quanta uis sit in amore:cum adolescentes omnia studia quibus illa ætas summope delectatur:amori inseruientes obliuiscantur. Patiens.p. nō odit igit̄ campū quia pulueris aut solis impatiens sit. nam in illis rebus iam ita obduruit:ut uictis difficultatibus sola re

Tēperare stet uoluptas. Eadem rō est in equitando & flumine transnatando. Militaris. pro militares. Tēperet gallica ora.i. temperet ora gallicorum equorū frenis lupatis. Lupata.n. frena sunt hētia duritiem lupini dentis:quibus frenis utebantur galli: Vir. Et duris parere lupatis. Dicimus autē et hos frenos. et hæc frena in plurali:cū ī singulari tantum neutri generis sit. Temperare uero est rem suo ordine et mensura administrare. Cicero in tusculanis. Rem uero publicam nostri maiores certe melioribus temperauerunt et īstitutis et legibus. Hoc græci κοσμειν dicunt inde illlud homeri δυοκοσμητορε λαων.

Oliuum. oleum. nam oleo ungebantur qui se exercebant. Nam ex eo membra et aduersus frigus mu

niuntur & agiliora redduntur. Vir. Exercent patrias oleo labente palestras. Hoc & militibus suis ad tici num pugnaturis præcepit hannibal. Viperino sanguine .i. uiperino ueneno. Et .n. uiperæ ueneuũ ut Vipera uult Albertus apprime calidũ: proptereaq̧ magis noxium: serpens autem hæc uipera dicitur quod ui pariat. Refert enim herodotus q̄ i cõcubitu mas caput in os fœminæ inserit. At illa post rem peractam dentibus illud præcidit. Mox paritura disrũpitur. Nec nisi effractis lateribus erumpunt nati quos paritura est. Nam non oua ut pleriq̧ serpentes: sed catulos ad uiginti parit. Ergo non nisi parentum cæde enascuntur filii. Dicunt autem hoc ita cauisse naturam ne tam noxii animalis species supra modum augesceret. Nec liuida. quia nõ exercetur in armis. ĩ quibus propter ictus brachia liuescunt. Nobilis disco & iaculo trans finem expedito. id est excellens. Quia cum siue discum siue iaculum in ludo contorqueat: utrunq̧ eo robore iaculatur: ut trans finem id est signum positum ita transmittat: ut totum extra finem sit. Discus autem spera ex lapide metalloue erat: quam in certamine robore brachiorum contendentes emittebant. Erant enim apud græcos precipui ludi quinq̧. πύγμη .i. pugillaria δίσκος iactus iste. Nã δικεῖν .i. iacere ẽ: δίαυλος cursus pedester ἅλμα salt⁹: & πάλη palestra. Vt mariæ filius thetidis Achilles quem peleus æaci filius & nepos iouis ex thetide dea marina genuit: Hæc natũ achillẽ ad stygiam detulit paludem: totumq̧ preter plantas demersit: sicq̧ reddidit inuulnerabilem. Deinde chyroni iustissimo centauro nutriendum dedit: a quo musicam medicinamq̧ edoctus est: Postremo timẽs ne ad bellum troianum traheretur in scyrum insulam transtulit: lycomediq̧ regi commendauit: hic illum inter uirgines filias in ueste muliebri occultabat: quo tẽpore deidamiam regis filiã agnouit ex eaq̧ filiũ substulit: q a rubore capillorũ pyrrhus & qa adolescẽs ad troiã miles uenit neoptolemus: id est nouus miles est nominatus: tãdẽ industria ulyxis cognitus: ad bellũ ductus est. Ibiq̧ cũ troilũ hectorẽ multosq̧ alios heroas interemisset: tandem in templo tymbrei apollinis a paride in isidiis collocato: pedes sagittis uulneratus interiit. Quanuis dion chrisostomus illum ab hectore bello cæsum affirmet: & ñ hectorem ab illo. Dictus aũt ẽ achilles: id est ἄνευ τοῦ χιλοῦ: id ẽ sine cibo cocto. Nã herbis & pomis crudis tantummodo uescebatur in pelio monte. Hinc illud distichon euphorionis poetæ ἔσ φείην χιλοῦ κάτηιε παμπᾶν ἀγεαύτοσ τοὔνεκα πῦρμι δονεσ μίν ἀχιλλεά φῆ μιξαντο. Sed ut ad thetidem redeam: quum de achillis matre loquemur Thetis thetidis dicetur. Cum autem de ea quæ uxor oceani est thetys huius thetyos. Sub lachrymosa funera. id est parum ante lachrymosa bella ex quibus funera consecuta sũt. Sub enim accusatiuo seruiens ante significat: sed ita ut parum ante sit. Vir. Sub lucẽ exportant calathis. Item circa. Vir. Postesq̧ sub ipsos nituntur gradib⁹. Item per. Vir. Et subnoctẽ cura recursat. Ad locum autẽ iungitur ablatino: Vir. arma sub aduersa posũit radiantia quercu. Aliquãdo significat in. Vir. Monte sub aerio: qui nunc misenus ab illo dicitur: nã & græci ὑπο pro ἐν pónunt. Hesiodus ĩ theogonia ἄρνασ ποιμαίνοντ' ἑλικῶνος ὑπο ζαθέοιο. In compositione modo localis ẽ: ut subduco: Modo minuit ut subrideo. Virilis cult⁹. propterea muliebri ueste iduerat. Lycias. p troianis: Lycii autem populi in auxilium priamo uenerant sub duce pãdaro. Hi post pãdari mortẽ Aeneam in italiam secuti sunt. Vir. Vnãquæ lycios fidumq̧ uehebat orontem.

Vides ut alta stet niue candidum
Soracte: nec iã substineant onus
Siluæ laborantes: geluque
Flumina constiterint acuto.
Dissolue frigus ligna super foco
Large reponens: atque benignius
Deprome quadrimum sabina

ACRON

Ides: ut alta stet niue candidum. Metrũ duobus uersibus alchaicum qđ constat ex pẽtimemeri iábica & cæsura & duobus dactylis ita. uides. ut al.ta. stet niue cãdidũ. Tertius dimeter iãbicus hipcatelecticus. i. ex duobus diambis uel ex quattuor iambis & similia ita siluæ. laborantes: gelu. q̧. quartus pindaricus ex duobus dactylis & duobus trocheis ita flumina. constite. rita. cuto. inter pherecratiũ. & pindaricum hoc interest. pherecratium cõstat ex spondeo dactylo & spõdeo. pindaricũ ex duobus dactylis & duobus trocheis. Vides ut alta stet. id est cooperiatur. ut: stãt lumina flammæ. & iam puluere cælum stare uident. Candidum. candẽs niuibus. Soracte. mons apuliæ ĩ Soracte quo apollo colebatur ut: Summe deum sancti custos soractis apollo. Siluæ laborantes. ponderis magnitudine. Flumina. c. a. nimietate frigoris etiam flumina cõcreta a cursu suo stetisse dicit. Super foco ut multa sup p. r. s. h. m. et alibi. Gemina sup arbore sedit. Large. abũdãter: copiose: p foci magnitudie. Benigni⁹. remissius solito. Deprome. hauri: ppina. Quatrimũ. i qt. uor ãnis iueteratũ. O thaliarce: nomẽ ei⁹ ad quẽ loqt̃. Dyota. uinariũ uas. i. magarũ duas habẽs ãsas. Permitte. d. c. oẽs solicitudines ordinationi numinum debere cõmitti dicit. Qui simul. simul dixit in momẽto omnia tranquillantes. Strauere placidum fecere. Vir. Sterneret æquor aquis remo ut luctamẽ abesset. Aequore. f. concitato mari propter uentos prœliantes. Nec. u. a. o. nec cõmouẽtur sedato fluctu uẽtorum. Quẽ f. d. euentus dierum lucrare: et memor mortis citæ nec lætitiam nec amores omitte. ordo est: quẽcũq̧

Large

Strauere

O taliarce merum dyota.
Permitte diuis cætera: qui simul
Strauere uentos æquore feruido
Deprælhantes: nec cupressi
Nec ueteres agitantur orni.
Quid sit futurum cras: fuge quærere: &
Quem sors dierum cunq; dabit: lucro
Appone: nec dulces amores
Sperne puer: neq; tu choreas:
Donec uirenti canicies abest
Morosa: nunc & campus: & areæ
Lenesq; sub noctem susurri
Composita repetantur hora.

dierum dabit sors: appone lucro: & fuge quærere quid sit cras futurum. fuge quærere in uituperationem mathesis dictum: quod magis cruciat expectatione & quæsitione futurorũ.

Appone. patiēter fer: &: habe pro lucro quēcunq; dierum siue bonum siue malum dabit sors. Neq; t. c. choreæ a choro dictæ q̄ iūctis manibus saltetur. Virēti. tibi. s. iuueni & adhuc uiridis ætatis homini. Morosa. c. q̄ morosum tarda deliberatione faciet. Campus & areæ. planus ad ludũ locus. & repetātur ab inferioribus subaudis. Lenesq;. uoluptuosi. Susurri. confabulatiões. ordo est. nūc & gratus risus proditor puellæ latētis ab intimo angulo repetatur abs te

chorea

Susurri

POR. Vides ut alta stet niue cādidum. Soracte. Taliarchum ad lætiorē uitā hortatur: ut lusibus adolescentiæ quamdiu ætas permittit: utatur. Notandum autem quod neutro genere soracte dixerit cum uulgo sorax dicitur. Est autem hic mons in phaliscis. Stet. autem plenum sit signat ut Ennius. Stant puluere campi: & Virgi. Iam puluere cælum stare uides: & in buco. Stant & iuniperi et castaneæ hirsutæ. Flumina cōstiterint acuto. Vtrum ad sensum frigoris pertinet quod uelut uitrum pungit. An quod frigus uelut uitrum acutum sit. Super foco. super focum uidetur dicere debuisse. sed frequens in hac figura horatius ut districtus ensis cui super impia ceruice pendet. Atq; benignius deprome quadrimum sabina. O thaliarche merum dyota. Dyotam. amphoram dicit quod ansæ eis uelut aures sint. ergo græca appellatione hoc dicitur. Quem sors dierum cunq; dabit lucro appone. Ordo est quemcunq; dierum sors dabit lucro appone. per quam dicit unumquemq; diem uitæ nostræ nos de lucro computare debere eo quod mors quottidie possit accidere. Nec dulces amores sperne puer. pro dum puer es noli spernere. Donec uirenti canicies abest morosa. i. senectus difficilis: Nam morosi dicuntur multorum morum inter se contrariorum. Composita. pro constituta.

Morosi

CHRI. AD THALIARCVM adolescentem ut sine cura in uoluptate degat.

Præceptum omnibus philosophorum familiis commune: sed diuersis modis acceptum. Stoici enim dicunt uiuendum esse procul ab omni cura & fruendum dato: obseruata tamen modestia: nec pendēdum ex futuro. Epicurei autem quos hic potius sequi uidetur: nam in adolescentia huic sectæ adhæsit omnia ad portus referunt. Atq; ita uiuendũ censent: ut omni cura amota uoluptati idulgeamus. Stet plenum sic. Virgilius. Stant & iuniperi & castaneæ hirsutæ. Significat stare consistere. Virgilius. Stare loco nescit. item horrere. Virgilius. Et puluere cælum stare uident & stant lumina flammæ. Item ifixũ immobileq; perdurare. Virgilius. Stat sua cuiq; dies. Item fidem seruare. Cicero. Stare conuentis. Itē positum esse. Virgilius. Stant manibus aræ. Item placere: Virgilius. Stat conferre manus. Item pedibus insistere non sedere. Item pugnare. uirgilius: Armatosq; uident stantes in limine primo. Item stabant pro templo & capitolia celsa tenebant. Candidum. propter niuem. Soracte. mons hirpinorum: uel ut alii uolunt phaliscorum olim apollini sacer. uirgilius. Et sancti custos soractis apollo. In huius montis spelunca ad plurimũ tempus se continuit Siluester pōtifex max. Declinatur hoc soracte. tis. & hæc soractis: ut præneste & prænestis. Laborātes. niuium pondere: & dat sensum rei que sēsu caret. Acuto. magno quoniā urat pungatq;. uirgilius. Et penetrabile frigus adurat. Cōstiterint. quia glacie cōdensentur. ut enim caloris rare facere est & resoluere: ita frigus cuncta astringit & concreta reddit: ergo optime. Dissolue frigus. id est induc calorem: qui quæ frigore condensata erant & torpebant: ut uidemus resoluit. Foco. locus est ubi ignis accenditur: quæ sedes olim laribus dicata erat. Marcus Cato in libro de re rustica de libo scribens: folia subdito in foco calido sub testa coquito leniter. Historici nonnunquam ut aras pro templis: ita focos pro priuatis domibus posuere. Ligna. excisas arbores & uita sua carentes ligna appellātur: arbores uero dum radicibus hærentes uiuūt uita uegetatiua. Large reponens. duo præcipit large ut facit abundanter reponens ut faciat sæpius. Reponere enim iterũ ponere: nam reiterationem significat: ut hic. Aliquādo retro: ut reduco. Aliquando contrarium inducit: ut tego retego sero: resero. Reponere etiam condere. uirgilius. Hyemiq; reponunt. Itē respondere uel rescribere. Iuuenalis. Semper ego auditor tantum nunquam ne reponam. Quanuis in eo loco multa dixerimus. Deprome. auri proprie depromere est cũ rem ex secretiori loco educimus ut parata nobis & ad manus sit. unde dicimus res est in promptu quasi manifesta. Quadrimũ. quattuor ānorum laus uini a uetustate sit: etiam dicimus bimum & trimum duorum & trium annorum: hornum autem

Stare

Soracte

focus

ligna

Arbores

Reponere

Deprome

dicimus id est huius āni. Dyota.amphora διώτα ωτα ἔχουσα id est duas aures habēs id est utrique m iubriata. Sabina.ex sabinis populis latino uicinis dcis ἀπὸ τοῦ σέβεσθαι id est colere qa religio sissimi fuerunt sabini.De quorum religione uitæ continentia atq; austeritate multa scripserūt & liuius:& alii historici.Sic & Vir.parsimoniam & sobrietatem uitæ rusticæ laudans addit:hanc olim ueteres uitā coluere sabini. Permitte diuis.noli anxius esse de futuro. Strauere.deiecere:quasi desinere coegerūt. Diota

Aequore feruido.mari quod illis flantibus feruebat id est in fluctus erigebatur:ut aqua in aheno fer uens. Cupressi.cyparissus puer fuit quem siluanus amauit:uerum cum ceruam quam puer in delitiis hēbat inscius interemisset:& eo mærore puer extinctus esset:siluanus illum in arborem sui nois conuer tit:Eamq; pro solatio manu gerebat.Hinc Vir.Et teneram a radice ferēs siluane cupressum.Est enim nomen cyparissus & per syncopē cypressus.De inde conuersione.y.græce littere in u cupressus.In hāc arborem uehementer inuehitur cato de re rustica.illam enim dicit hiatu morosam: Fructu superuacu am:baccis toruam:foliis amaram :odore uiolentam:ac ne umbra quidem gratiosam:Diti sacram:pro ptereaq; funeri signo apponitur. Cæsa non pullulat preter q̄ in creta.lignum hoc durissimum est ne que cariē sentit:unde ualuæ dianæ ephesiæ ex hac arbore ad quadrigentos iam annos:& iouis statuā ad septigentesimum & quinquagesimum annum suo tempore durasse:auctor est plinius. Quid sit. f.f.q.phōrum grauissima sententia .Credunt .n.illi non oportere homines q̄rere futura .Nam cum dii hoies ament fatendum est uelle eos nobis consulere: nam & posse et scire nemo ambigit. Cū igit̄ uelint homini consulere:dedissent utique nobis futurorum cognitionem si uiderent profuturam:at non dederūt . Nō igit̄ prodesse putandū est.Recte ergo noster poeta uetat hanc inquisitionē. Quē sors dierum cunq;. id est quemcunque: et grceæ dixit dierum .Illi.n.una dierum hoc faciet nos una dies. Appone lucro. adde ad cæterum lucrū:Nec dulces hactenus stoice: nunc epicureæ.Quod n.quodcunq; acciderit æquo animo feratur uolunt omnes : Voluptatem autem pauci probarunt. Ca nities.proprie in senibus ē,ex defectu caloris. Morosa.difficilibus moribus:nam quanuis mos medi um sit uocabulum.Morosus tamen in uitium declinat:Moratus autem bonis moribus imbutus:Plau tus:dummodo morata ueniat dotata est satis. Campus.in martio enim campo se iuuentus exerce bat. Areæ.plateæ lenes.quasi parui ne audirentur. Vel lenes id est mites et amatorii. Repetantur.nam discedens ab amica conuenerat qua hora ad eam reuerteretur .Ergo ora composita id est constituta & quam ex composito decreuerant.Componere finire. Vir.Ante diē clauso cōponet uesper olympo. & alibi. Non nostrum inter uos tantas componere lites.Item tranquillum reddere. Virgilius. Sed mo tos præstat componere fluctus.Comparare.Salustius.Vbi me teli dicta cum actis cōposuit . Vir.Sic par uis componere magna solebam.Item ornare. Vir.Dulcis compositis spirauit crinibus aura.Item con iungere.Componens manibusque manus atq; oribus ora. Nunc. & nunc:repetitio est.

Cyparissus — Canities — Morosus — Moratus — Cōponere

Nunc & latentis proditor intimo
Gratus puellæ risus ab angulo:
Pignusque direptum lacertis:
Aut digito male pertinaci.
m Ercuri facunde nepos athlantis
Qui feros cultus hominū recentū
Voce formasti catus: & decoræ
More palestræ:
Te canam: magni iouis: & deorum
Nuncium curuæq; lyræ parentem:
Callidum quicquid placuit iocoso
Condere furto.
Te boues olim nisi reddidisses
Per dolum amotas puerum minaci
Voce dum terret uiduus pharetra
Risit apollo.

ACRON Latentis. Virgilius:Et fugit ad sa lices & se cupit aū uideri. Proditor. māifesta tor. Vir. Tectusq; recusat pdere uoce sua quēq̄ aut opponere morti. Gratus puellæ. puellā sibi gratā dicit quæ sæpe meretricio ritu ma nibus labitur amatoris. hāc āt dicit impetēdā

Pignusq; direptum.pignus est aut armilla de brachio:aut anulus de digito datus causa ueniendi ad constitutū locū et subdole: nā fin gūt se rtinere qđ uolūt sibi adimi:ut habeāt iu stā cām ueniēdi. Male pertinaci.male in te nendo perseuerante.

POR. Nūc & latentis pditor intimo Gra tus puellæ risus ab angulo. gratus dicit sic.n. puellæ solent uerecundiam sexus cū libidi ne miscentes abscondere sequentibus amato ribus:& rursus ut inueniantur risu se prodere. Tale illđ Vir. Et fugit ad salices et se cupit aū uideri. Male pertinaci.Belle male pertinaci quia fingunt se retinere cum uelint sibi adimi ut iustas habeant causas per quas ueniant.

CHRI. Proditor risus. non pudore sed la sciuia se solent occultare mulieres:sed ita oc cultare ut tamen uideri cupiāt. Vir. Malo me galathea petit lasciua puella. Et fugit ad sali ces et se cupit ante uideri. Risus ergo prodit

id est manifestat. Intimo angulo.ex loco abdito. Pignusq; direptum. Volunt cogi in eo q cupiũt:ergo amatores uim inferunt:& pignus aliquod extorquent:non reddituri:nisi illa morẽ sibi gerat. Male pertinaci.non pertinaci. Vir. Statio male fida carinis. Vel male pertinaci:quia male & cũ iniuria utũtur pertinacia erga eos a quibus amatur. Dixit autem pignus ereptum aut ex lacertis:propter armillas quas gerebant. Aut digitis. propter annulos

ACRON m Ercuri facunde nepos Atlantis. Metrum sapphicum endecasyllabum. Mercuri facunde. Mercurium laudat ab arte:ut idem ad Iulium florum seu ciuica iura respondere paras seu cõdis amabile carmen prima feres hederæ uictricis præmia & a genere:ut Vir. Tanti talẽ genuere parẽtes. Qui feros.c.qui incompositos mores hominum tua eloquentia ab ipso exordio domuisti. Voce.eloquio ratione. More palestræ exercitatõe eloquẽtiæ:siue quia ab ipso dicitur inuentum exercitiũ huius certamis.hic Vir. Et crines flauos & mẽbra decora iuuẽtæ Nũciũ. interpretem. Sic Vir.de eodem. Nũc etiam interpres diuum Ioue missus ab ipso: Testor utrunq; caput celeres mãdata p auras detulit. Lyræ parentem.ipse.n.dicitur lyræ inuentor & apollo caduceæ. Callidum.ingeniosum:doctum. Iocoso furto.dulci:ut Vulcãi martisq; dolos & dulcia furta.Iocosũ autem furtum uocauit artem prestigiatorum:quam ipse inuenit.præstigiator uero dicitur ab eo q præstringit aciem oculorum & mire moderatur dicendo iocoso ac si diceret non illo quod ad auaritiam & fraudem spectat. Te boues olim.sensus iste est.abegisti boues Apollini pascenti pecus Admeti regis:& cum tibi minaretur sagitta nisi eas reddidisse:uolẽti tælum proferre pharetram præstigiatam ademisti. Ordo est nisi reddidisses olim boues amotas per dolum. Apollo uiduus pharetra dum terret puerũ minaci uoce risit te. Quin et atridas.ordo est quin et diues priamus relicto ilio te duce fefellit superbos atridas.

Præstigiator

POR. Mercuri facunde nepos Atlantis. Hymnus in mercurium ab Alcæo Lyrico poeta. Facundũ autem mercurium dixit.quia orationis inuentor. Nepotem atlantis.quia maiæ filius. Maia autẽ una ex atlantibus. Voce formasti. Notum est mercurium inuentorem existimari sermonis palestræ lyræ & furtorum. Magni iouis & deorum nuncium αχημαλεξιτ.hoc & Vir. Amphitrioniadæ magno diuisq; ferebant. Iocoso furto.bene iocoso. Non enim ille qui dat auaritiæ fraudem spectat.deide docet quid sit iocoso furto aliter.boues olim nisi reddidisses amotos per dolum te puerũ apollo dum minaci uoce terret pharetra uiduus risit. Fabula hæc autem ab Alcæo facta.& iterum mercurius iccirco traditur furandi repertor quia oratio cuius inuentor est animos ad audiendũ fallit. Viduus pharetra risit apollo. Belle uiduus pharetra pro uiduatus pharetra.i.priuatus.

CHRI. MECVRII. Laudes. Ode Decima.

Laudat mercuriũ:& iure laudat:decet.n.eloquẽtissimũ poetã eloquẽtiæ deũ oĩ officiorũ genere pseq; & sũmis laudib⁹ extollere. Sed ut semel d̃ hoc deo ex ãtiquorũ fabulis ita dicam⁹ ut cũcta pene paucioribus absoluamus: Quẽ græci hermẽ q̃si ĩterpretẽ appellãt:latine mercurius dicit̃ quasi medius currẽs. Sermo.n. et ipa eloquẽtia mediã sese et ĩternũciã ĩter hoĩes præbet. Quinq; autem fuerunt apd̃ priscos mercurii. Primus primi iouis ex cyllene filius:q interpres nunciusq; deorum habetur. Secundus bacchi filius & proserpinæ:qui apollini boues furatus est. Sed hoc paulo post. Tertius cælo patre & die matre. Aiunt tamen historiæ esse hũc ex sua filia proserpina philonem archadem progenuisse. Illam enim cũ nudam uidisset nefarie adamauerat.mox ad occultãdum facinus filium exponere uoluit. Sed oraculo admonitus illum diuinum interpretẽq; futurũ & nutriri iussit & hermen uocari uoluit. Qui cũ adoleuisset patriã ob ignominiũ fugiẽs ægyptũ petiit:ubi mirific⁹ in arithmetica geometria & astrologia euasit:fuitq; ĩ medicĩa excellẽtissimus:& sacris deorũ deditissimus:seq; cælo dieque asseruit. Quartus mercurius nili filius habitus est:et huius quarti quintus mercurius filius ẽ. Sextus demum natus est ex ioue et maia athlantis filia. Verum poetæ hæc omnia sæpe admiscent tanquam unus sit. Didorus siculus in suis mytologis tres maxime commemorat. Primum ægyptium:eumq; multa adiumẽta uitæ humanæ attulisse:litterasq; et deorum sacra inuenisse: Primũq; astrorum ordinẽ et uocum harmoniã obseruauisse dicunt. Primum palestram docuisse:et lyræ inuentorem quã trichordem fecit fuisse ĩ qua imitatus tria anni tempora est ab æstate acutã:ab hyeme grauẽ:a uere mediam assumens. Et quia græcos ea quæ ad ĩterpretationẽ pertinẽt edocuit:ab illis hermes.i.interpres est dictus. Secũdũ ĩ creta natũ scribit ex ioue:et caduceatoria:iducias ac fœdera:qb⁹ reb⁹ ĩ bello utimur ĩuenisse uult. Et ut ĩuiolabiles eẽnt caduceatores qui aliquid mãdatorum ferrent. Quod iccirco obseruabãt quoniam mercurius medius utriq; hosti putabatur. Nostris autem temporibus tubicines caduceatorum loco in castris habent. Dicunt inuenisse etiam pondera ac mensuras:& mercaturæ quæstus excogitasse:& uehementer præstrigiis ualuisse in alienis clanculum peculãdis. Inuenit & palestram:et apollinis lyram de testudine meditatus est. Tertiũ athlantici suum esse dicunt:natumq; ex ioue et maia. Cui quæ de cretensi ægyptioq; diximus: fere omnia tribuunt. Eusebius autem de præparatione euangelica: Sanchumathonis qui ante troiana tempora in phenitia floruit testimonio fretus ait mercuriũ apud phenices Toautũ:apud ægyptios Toyth:apud alexandrenses Thoth uocari: et primũ omniũ litteras adinuenisse. Et ea quæ de diis fabulose dici uideantur uel allegorice ad naturam tropologice ad mores reducere studuisse. Et

Mercurius

Q̃ uinq; mercurii

proserpina filia philonis

Toautũ Toyth Thoth

fabulas fabularumq; allegorias excogitasse quæ tantam mysteriis obscuritatem afferunt:ut difficile sit uerum inuenire.alio autem loco orationis & facultatis interpretãdæ symbolũ mercuriũ priscos posuisse scribit:& mercurii cupidinem filium dici quia amandi uirtus orõni quoq; attribuatur.Sed hæc fabulose mysticeq; potius q̃ historice scripta sunt.Aurelius aũt augustinus refert quo tempore moses natus ẽ floruisse.Athlãtem astrologum Promethei physici fratrẽ ac maternum auũ maioris mercurii cuius nepos fuerit mercurius ille qui græce ερμῆσ τρισμεγιστοσ.i.mercurius trimegistus:hoc est trimaximus dicit̃.Sed priorem illum ego puto quem Nili filiũ fuisse fabulãtur.Hũc uero secundum asserũt occidisse argum ægyptiisq; præfuisse eisq; leges ac litteras tradidisse.Sed litterarũ characteres aialiũ arborũq; figuras habuisse.Hũc adeo uenerati sunt ut in deoꝝ numerũ referrẽt:tẽplaq; sibi ponerẽt.Nõ aũt fas erat eius nom̃ uulgo temere proferre.sed & primũ ãni mẽsẽ ab eo cognominarũt.Cõdidit urbẽ quã græci hermopolin id est mercurii urbẽ dicunt.Trimegistũ uero.i.ter maximũ nũcuparet ꝗ philosophus maximus:maximusq; sacerdos ac maximus rex fuisset.Mos.n.erat ægyptiis:ut plato scribit:ex philosophorum numero sacerdotes & ex sacerdotũ cætu eligere regẽ.Ergo ut philosophos sapia excelluerat:ita religione sacerdotes.Ac mox ipsa administratiõe superiores oẽs reges uicit.Hic primus a physicis mathematicisq; ad diuinorũ cõtẽplationẽ se cõtulit primusq; de maiestate dei:de demonũ ordine animarum mutatõnibus sapiẽtissime disputauit.unde primus theologie appellatus ẽ auctor.Hũc secutus orpheus secundas theologie assecutus est partes.Cuius sacris initiatus est Aglaophænus cui in philosophia successit pythagoras:quẽ philolaus sectatus est diui platonis præceptor.Ergo priscã theologiam mercurius ĩuenit plato absoluit:sed mercurius libros plurimos scripsit quibus diuinarũ rerum cognitionẽ traderet:quibus archana mysteria & stupẽda pandũtur oracl'a.Nã non ut philosophus tantum:sed ut propheta sæpe loquitur futura prædicens.Itaq; ruinã uidit priscæ religionis.Ortũ nouæ fidei aduentum christi.Futurum iudicinm.Resurrectionẽ:renouattionẽ sæculi:bonorũ gloriã:tormenta nocẽtiũ Quæ res aureliũ dubitare cogit an obseruatione syderum an reuelantibus demonibus multa protulerit.Lactantius eum sibyllis prophetisq; ãnumerat.Verum ex plurimis eius libris duo præcipui extant quos ego quidẽ uiderim.Alter de uoluntate diuina.Alter de uolũtate & sapiẽtia dei.Ille asclepius quẽ apuleius platonicus latinum superioribus temporibus fecit.Hic pimander.sed & hic nuper per nostrũ marsilium ficinum ex eadem familia philosophum nobilissimũ ad latinos migrasse uidetur.Atq; hæc siue de fabulosis diis inquirimus:siue de tanto uiro inuestigamus nos hoc tempore non narranda. Nam id rei lociq; ratio minime patitur. Sed ex plurimis libris in unum coarctanda ducimus:Deinceps autem quod ad mercurii sydus pertinet eadem breuitate perstringemus.Mercurius ut refert Mysahel planeta ẽ tẽperatus nocturnus nõ masculinus mõ fœmininus.Et pp suũ tẽperamentum cito se uertit ad eius cui adheserit naturã.Ergo cũ benignis benignus ẽ cũ malignis malignus:ac demum mediocris cũ mediocribus:Secundum ptolæmeum influit mortalibus sapientiam & eloquentiã. Quapropter deus eloquentiæ apud poetas habetur.Disponit ad arithmeticam:& ad mercaturam induit palestritas. Item præstrigiatores:& si in genesi malignus est:producit fures ac fraudolẽtos.ꝑptereaq; furtum boũ de quo paulo infra narrabitur:illi attribuũt poetæ.Raro uidetur quoniã plerũq; tẽporis sub radiis solaribus occultatur.Neq; ab illo unquã ultra triginta gradus abest.Et propter phœbeos calores fuscus pigitur.Euenit autem ut ex assuetudine combustionem solis cum minori detrimento:q̃ alii planetæ ferat:Habetur nũcius deorum:quia ut dixi nihil ex sua natura:sed ex alioꝝ quibus adhæret facit.Sic nũcii non quæ sua sunt:sed quæ ab aliis acceperint:referunt.eius domicilia gemini & uirgo sũt. Moratur in singulis signis uigenis atq; octõis diebus atq; senis horis.Itaq; in trecentis ac triginta octo diebus totum zodiacum perficit.Datur huic deo galerus ut ostendat illum semper fere radiis solaribus esse subiectum.Datur uirga inuoluta serpentibus:ut ostendatur eloquentiæ uis:quæ mortales & regat et quocunq; uelit impellat.Per serpentes autem significatur uim dicendi a prudentia quæ per serpentẽ ostẽditur nunquam abesse oportere.Hac uirga et animas ad infernum impellit:et rursus ab inferis reuocat qm̃ eloquentia et malos suppliciis subiicim⁹ et morti:et bonos ex ĩfimis calamiratibus educimus.Præterea:ut ait Maro.dat somnos adimitq;:quia uis eloquentiæ nimis incitatos cõmotosq; sedat: Ac rursus inertia languentes ad agendum impellit.Nam uentos agere quid aliud crediderim:nisi in summos animorum motus ipsa eloquentia excitari:Hæc igitur ex uariis locis eruta in unum cogenda et imprõptu iis quibus usus esset ponenda duxi.Sed iam carmen interpretemur. Facunde.quia eloquentiæ deus est:ut etiã Alceus testatur. Nepos athlantis. quia ortus sit siue ex maia:siue ex cylene & utraq; athlãtis filia:& laudat a genere. Hominum recentum.id ẽ nuper editorũ & natorum.Et ꝑpterea feros:qa humanũ gẽus nuper productum nondũ legibus aut doctrina aliqua excultum esse poterat. Voce.sapienti oratione intellige.Nam quod non potest eloquens oratio:nulla alia res poterit. Formasti.i.propriã formam quæ adhuc nõ erat composuisti.Est enim secundũ philosophos propria forma hominis ratio:ergo ad rationẽ reuocasti:Acron tamẽ dicit ꝗ & ad planetã referri potest:quia uox ab eo est:si ad hominẽ:quoniã adiuenit litteras. Catus.in genio acri præditus.dicitur autem ἀπὸ τοῦ καίειν quod ẽ feruere:quia ingeniosiores esse solent in quibus calidior sanguis est.Virgilius ergo a cõtrario dicit.Sin Catus

has nae possũ nature accedete partes. Frigidus obstiterit circũ praecordia sanguis. Et decore more p.

Reipu. diuisio

Qui de repu. scripserũt in quattuor maxime partes ipsã diuiserũt. In leges: iustitiã: Medicinã: & gymnasticam: Non enim beata esse potest ciuitas in qua animus corpusq; nõ sit sanus. Ergo leges ea quae ad uirtutes sũt iubẽtes: & cõtra quae ad uitiũ prohibẽtes sanũ animum reddunt. Quod si hominum malignitas leges negligens ĩ morbũ uitii incidit: presto adest iustitia quae peccatoribus supplicia paret: & a morbo quo sũt infecti purget. eodẽq; pacto gymnastica moderata exercitatione corpora in recta ualitudine conseruar. Quae si aliquo modo corrũpatur paratur medicina quae morbo laborantibus subueniat. Quapp omni laude dignus erit mercurius si sapiẽtiae dator ẽ. Vñ leges iustitiaq; manat & si medicinae palestraeque inuẽtor fuit. Palestra autem quae graece παλη dicitur luctatio erat qua nudi uncti que exercebãt ad ualitudinẽ conseruãdã: & agilitatẽ roburque acquirendũ. Vir. Exercẽt patrias oleo labente palestras. Viguit maxime hoc certamẽ apd atheniẽses trãsiitq; ad troianos: Quã rẽ argumẽtũ nõ nulli putant ab atheniẽsibus originẽ duxisse troianos. Iouis & deorum quin & iuppiter deus ẽ. Sed per excellentiã tanqnã sũmum deũ exemit: sic Vir. Reliquias danaũ atq; ĩmitis a. Curuae lyrae ut iã ostendimus. Iocoso furto. quia nõ auaritia ducit ad furta pstrigiis facienda sed ut risũ iocũq; cõcitaret. Nõ ergo uitium inest: sed lepos & sales. Furtum dicitur quod clanculum subripitur: a furuo. id est nigro: quia res in tenebris patratur. Et quoniam seruorum maxime est furari fures appellantur. Virgilius. Quid domini facient audent cum talia fures Quin & adulteria quia clanculum patrantur furta dicũtur. Virgilius. Vulcani martisque dolos & dulcia furta. Callidus. astutus. Nã ut ait Cicero: callidus is ẽ cuius tanquam manus opere sic animus usu calluit. Inde callere is dicitur qui sua astutia uelocissime acerrimeque intelligit. Iuuenalis. Ostrea callebat primo deprehẽdere morsu. Callidus cõdere. id est ad cõdẽdũ id est cõponendũ uel abscondendũ. Te boues olim. neq; a fabula discedit neq; ab ĩfluxu planetae a quo ars praestrigiatoria prouenit. Dicitur autem praestrigiator: quia circunastantibus ita oculorum aciem praestringat: ut non aduertant dolum. Fabula autem est: Mercurium aliquando phoebo uaccas esse furatum: & cuidam seni nomine batho qui solus furtum uiderat: unam ex uaccis si rem sileret daturum promisisse. Sed mox puerili forma assumpta: seni uaccam taurumq; si furtum indicasset pollicitus est. Bathus autẽ alium ratus maius munus minori ante posuit: uaccasq; indicauit. At iratus mercurius illum uertit in lapidem quem graeci βάσανον dicunt. latini indicem iccirco appellant: quoniã auro aut argento tactus cuius sit uenae ex metallorum quod remanet uestigio indicat. Apollo autem multa minatus nisi redderet sagittas in mercurium conicere parauit. At ille suis praestrigiis inuisibilis factus: atq; insuper sagittas omnes e pharetra apollini subripuit. Sensit uacuam pharetram apollo: & iram propter iocosum furtum in risum conuertit. Quopropter in gratiam reuersi mercurius phoebo cytharam: phoebus mercurio caduceum dono dedit. Nec me fugit esse: qui ad historiam rem referant dicantq; hunc mercurium hominem fuisse pedibus celerem: & artibus magicis & praestrigiatoria instructum & non auaritia: sed naturae suae impulsu furtis delectatum phoronidi apollinis sacerdoti uaccas subripuisse: ac tandem phoronidem placasse. Cum ille non auaritia mercurium moueri: sed iocis uideret. Dicitur autem furti repertor: quia eloquentia furatur animum. Ordo autem est: apollo uiduus. i. priuatꝰ pharetra. i. sagittis: risit quia tãdẽ sensit iocos: dũ ipse terreret te puerꝝ. i. quia puerilẽ formã sumpseras uoce minaci: id est qua tibi minabat nisi reddidisses boues ammotas ab eo per dolũ risit.

Palestra — Furtum — Callidus — Praestrigiator — Mercurius

Quin & atridas duce te superbos
Ilio diues priamus relicto:
Thessalosq; ignes: & iniqua troiae
Castra fefellit:
Tu pias laetis animas reponis
Sedibus: uirgaq; leuem coerces
Aurea turbam: superis deorum
Gratus: & imis:

TV ne quaesieris: scire nefas quẽ mihi: quem tibi.
Finem dii dederint leucothoe:
Nec babylonios
Tẽtaris numeros ut melius qcqd erit pati

ACRON. Ilio diues priamus. r. priamus duce mercurio iuit ad achillẽ relicto ilio & petiuit corpꝰ hectoris filii sui. Hic Vir. Exaiumq; auro corpus uẽdebat Achilles. Tu pias. l. a. r. s. uirgaq; . Vir. Tũ uirgã capit hac aias ille euocat orco pallentis: alias sub tartara tristia mittit. uirgã ãt dicit caduceũ: qd primo Apollo habuit: & donauit mercurio lyra sibi tradita. huius aũt uirgae haec ratio est. Mercurius & orationis deus dicitur & ĩterpres deoꝝ. uñ uirga bellãtes diuidit. i. bellũ. nã bellãtes ĩterptũ orõe sedãtur: uñ secundũ liuiũ legati pacis caduceatores dicũtur: & inde graece hermes dicitur a potis hermenias. sicut cõtra perfaeciales bella sumebantur. Leuẽ. uanã: peccatricem.

POR. Ilio diues priamꝰ relicto. diues priamus opportũe nũc dr̃ qd tñ. s. a uri habuerit quod filii corpus redemit. mercurio aũt duce dicitur ad Achillem uenisse: qui custodibus sõnũ misit. uel qd auꝝ sub tutela sit mercurii. Iniqua troiae. p eo q ẽ inimica. Thessalo

Seu plures hyemes:
Seu iuppiter
Tribuit ultimam:
Quæ nunc oppositis debilitat
Pumicibus mare
Tyrrhenum: sapias uina liques &
Spatio breui
Spem longam reseces: dum loquimur
Fugerit inuida
Aetas carpe diem quã minimũ
Credula postero

Vem uirum aut heroa lyra: uel acri
q Tibia summis celebrare clio

igues.cũ ad Achillẽ uenit pp hectoris corpus redimẽdũ. Lætis sedibus.elisiis campis. Aurea uirga.i.caduceo.

CHRI. Quin & atridas.refert Homerus hectorem ab achille fuisse cæsum:& cũ corpus nollet parẽti priamo reddere.Priamus ducẽte mercurio castra hostium noctu ĩgressus ẽ:dataq; pecunia cæsũ corpus redemit. Tutus ergo inter hostes ductu mercurii fuit.quia prohibuit illum cerni. Superbos. uel nobiles uel superbos qui etiam in defunctum sæuirent. Diues.uel quia opulentissimũ regnum teneret:uel quia tũc pecuniã secum ferret. Thessalosq;.i.nocturnas uigilias quæ erant collocatæ circa achillis tẽtoriũ:Nam nocturno tempore ignes magnos excitant milites ĩ castris. Dixit ãt thessalos quia thessalus erat achilles et thessalos ad id bellum duxit milites. Iniqua.inimica. Tu pias.nam & Vir.de mercurio hæc.ait. Tũ uirgã capit hac aĩas illa euocat orco pallẽtes:al's.sub tristia tartara mittit.

ACRON

Tu ne quesieris scire nephas:quem mihi quem tibi.Metrum coriambicum hexadecasyllabum qđ constat ex spondeo tribus choriambis et pyrrichio siue iambo:ita. Tu ne quæsieris.scire nephas. quem mihi quem.tibi.siue aliter metrum est phaleutium quod scanditur ita Tu ne.quæ sie.ris. catalecton scire ne.fas.catalecton quem mihi.quẽ catalectõ.tibi. Nec babylõios tentaris.ut qui conatur comprehendere finem uitæ suæ numeris. Seu.p.h. Synecdochicos a parte.totum tempus enĩ pro anno intelligitur:et est sensus:licet cognoueris:quæ res cõmoueat mare:necesse est:ut bibendo reseces curam. Sapias.deest si. Liques.consũmas:potando proferes. Breui.s.propter breue spatium. Carpe diem. fruere presenti die nihil credens postero. Quam minimũ.poene nihil significat.

POR. Tu ne quæsieris leuconoe.leuconoen alloquit̃ quæ solicita de uita sua mathematicos consulebat.Suadet autem omissa cura futurorum unumquenq; diem de lucro computans læta exigat. Babylonios numeros.mathematichos intellige.Babylonii enim astrologiam inuenisse traduntur per quã genesis colligitur. Et spatio breui spem longã reseces. Grate.id est cum spatium uitæ breue sit noli in longũ spes tuas porrigere. Vt melius quicqd erit pati.Nunc uidetur alter sensus incipere.ut sic claudatur:ut melius possis pati quicquid erit.Ergo subaudiendum hic uerbum extrinsecus quod est possis. Sapias liques uina.Sapias pro si sapias ueterum consuetudine dictum. Quæ nunc oppositis debilitat pumicibus mare tyrrhenum.suauiter dictũ:quia illi si fluctus in saxa debiles redduntur .hoc est uires amittunt. Carpe diem quam minimum credula postero. Methaphorice primo quoq; inquit die fruere. Translatio autem a pomis sumpta est:quæ.s.ideo carpimus ut fruamur.

Ad Leucothoen ne futura inquirat Ode.xi.

CHRI. Ad mulierem parum pudicam est ode et quanuis ad uitam inuitet uoluptuosam :tamen sententia utitur cæteris philosophis cõi.Ostendit enim stultos eẽ:qui ex futuro pendentes uentura nosse cupiant quod hominibus est denegatum cum præstet mortalibus nescire futura.nam cum lõge plura mala quam bona nobis ĩmineant :semper anxii uicturi simus si illa præsciuerimus:et semper in mœrore futuri.Ordo est.Oleucothoe tu ne quæsieris quem finem uiuendi uel mihi uel tibi dii dederint quia nefas est scire id est non permittũt hoc diuina iura:nã ius et iiuria humanis legibus continentur.Fas et nefas diuinis nec tentaueris numeros babylonios .i.non tẽtabis futura nosse rationibus astrologicis.Dixit autem numeros:quia sine numeris arithmeticæ non conficitur astrologia .unde Iuuenalis:Non ibit pariter numeris reuocata trasylli. Babylonios.quia maximi astrologi apud babylonios hi fuerunt:quos chaldeos appellant. Plures hyemes.i.annos:est enim intellectio :cum ponat partem anni pro toto anno. Pumicibus. ꝑ scopulis ponit.nam mare tempestuosum ĩ scopulis eliditur.Sed pumex lapis leuis et cauernosus est quem credunt ex spuma marina gigni. Debilitat.cõmouet secũdum Acronem nam fluctibus illisis ĩ littore ipsæ aquæ debilitãtur. Cum autem quiescit mare:aquæ suum robur obtinẽt:uel debilitat ĩfringit. Tyrrhenũ.Ethruscum a Tyrrhenis dictũ.est autem historia huiusmodi: Quodã tẽpore tanta sterilitate agrorum oppressa.est meonia:ut tandem deficientibus necessariis coactus sit rex ita populũ instituere ut nõ nisi altero ex duobus diebus cibũ caperent:alteroq; inediã uariis ludis fallerẽt:quo tempore tesserarum ludũ et alearum et pile herodotus inuẽtũ uult atq; in hac calamitate ad decẽ & octo annos durarũt.Postremo ñ cess...e sterilitate coact9 e rex dimidiã ptẽ ppl'i cũ tyrrheno filio ad nouas sibis sedes parãdas emitter̃:hi ergo mar̃ ĩgressi ĩ eã ptẽ Italiæ appulerũt q̃ hodie tuscia noĩat̃.ibiq; pulsis ũbri

Tyrrheni

sibi sedes posuere et ab eorum duce et regionē et mare illis propinquum tyrrhenū appellauere. Liques. neutralem habet significationem liqueo. Ergo liques ℘ liquefacies. Liques. paulatim potando cōsūmes: ergo liques quasi destilles. Spem longam. ne te diu uicturum putes. Reseces. resecabis. Dū loquimur. quia nihil in humanis rebus stabile ē: sed omnia ī modum fluminis labuntur. Iuue. Dum serta unguenta puellas poscimus obrepit non intellecta senectus. Inuida. dat sensum rei insensatæ: nam uidetur inuidere nobis. Carpe diem q̄ minimum credula. quasi dicat ita uiue ut tibi nullum futurum tēpus promittas.

ACRON Q Vem uirum aut heroa lyra uel acri. Metrum sapphicū endecasyllabum .i. hac ode uelut præpositio est cuiusdā incerti carminis. Nam dubitat quid primū uel quod potissimum dicat. utrum deorum cælestium laudes: An romanorum et fortium ducum: omnes tamen laudat: cum se fingit ancipitē per oratoriam paralipsim. uerum maiori intentione in augusti laudes contendit: quem secundum a Ioue uult esse in terris. Quē uirum. de uiuis iam semideis. Aut heroa. de mortuis ordo est: Clio quem uirum aut heroa quem sumis celebrare tybia: aut Acri lyra id est graue sonanti.

POR. Quem uirum aut heroa lyra uel acri tybia sumis celebrare clio. hæc a pindaro sumpsit: continet autem hæc ode laudes deorum ac pricipum ro. Iocosa nomen imago. et hoc quia uelut ludens respondet. imago dicitur quasi imitago. Helicon autem mons boetiæ musis sacer. Pyndus thessaliæ mons: Luc. Pindus agens gemitus. Vnde uocalē temere insecutæ. Orphea siluæ. Quid est temere. utrū inordinate et passim atq̧ cōfuse. an uero sine conctatione et facile. Arte materna. id est musica: orpheus enim caliopes musæ filius. Blandū et auritas fidibus canoris ducere quercus. Blandū ducere sua figura dixit. ut calidū quicquid placuit iocoso condere furto. Auritas quercus. audenter dictum. Relatum āt ad id q̄d cantu mulcetur. Vnde nil maius. unde aut ad Iouem aut ad mundum refertur. unde autē ita positum ut Genus unde latinū. pro ex quo. Quid prius dicam solitis parētum. solitis laudibus. Vtrum mihi solitis an uulgo. Neq̧ te silebo liber. Attende quod promittit se dictur ū de his non tamē dicit. Puerosq̧ læde. græca cōsuetudine pueros ℘ filiis. Castorem et Pollucem significat. Alba nautis stella. nunc candida et benigna. ut econtrario illud dicitur. Nigro cum lacte uenenū.

Multos laudat ut octauianum laudet Ode. xii.

CHRI. Suauissimus uersus sapphicus ē: sed hoc iā demonstratū. Summo autem artificio utitur: Nā cū consilium sit laudare Octauianū: addubitat quē nam potissimū describat: aut uirum mortalē: aut heroem qui ut deo inferior est: sic homine superior aut postremo deum: et iam tacite innuit non hominibus aut heroibus: sed diis esse comparandum augustum: ut autem maius pondus afferat laudibus suis interrogat musam ut ex eius sententia non ex propria electione quæ dicit dicere uideatur. Vir optime: Nā homo denotat spēm: ut sit animal capax ratiōis. Vir. aūt ī ipsa humana specie excellentiam ōndit. Thersites ergo apud Homerum ita homo est: ut nō sit uir: Achilles autē & homo sit et uir: non ergo homines: sed uiri digni sunt laude. Heroa. Crediderūt antiqui uiro℞ excellentiū animas post mortem aerem habitare: et aereo corpore indui: et hominibus auxiliari eosq̧ heroas appellari απο του αεροσ

Heros id est ab aere: alii dicunt heroas eos eē: qui ex deo mortaliq̧ muliere: uł contra nati sūt: ut Hercules Achilles Aeneas: & huiusmodi: & dici sic uel απο τησ εριδοσ id est a cōtentione quoniā pro imperiis pugnacissimi fuerint. uel απο τησ ηρασ id est a Iunone quæ et aeris & regnorum symbolū obtinet. Diuus autē augustinus ī li. x. de ciui. dei affert herois nomen a Iunone quæ hera græce dicitur tractū eē quia aer Iunoni detur. ubi uolūt cū demonibus heroas habitare: quo noīe appellāt animas defunctorum: quæ alicuius meriti sint. Dixit autem lyra uł tibia: qm̄ ab utraq̧ retinerentur carmina: ut ego in principio libri dixi. Clio. una ex musis. Musæ autē fuerunt nouem: hara℞ nomina ponit in sua theologia Hesiodus

Musarum nomina his duobus uersibus Κλειώ τ' Εὐτέρπη τε Θάλειά τε Μελπομένη τε Τερψιχόρη τ' Ἐρατώ τε Πολύμνιά τ' Οὐρανίη τε Καλλιόπη θ' ἣ δὲ προφερεστάτη ἐστὶν ἁπασέων. Latine ergo Clio a fama dicta est: nā famæ cupiditate ad studia accendimur: et hanc dicunt historiæ inuentricē. Euterpe a delectatione dr̄. nā delectat semp q̄ pficere se in doctrina uidet: dicūtq̧ illā tybiarum inuētricē. Thalia ab eo q̄d ē θαλε in. i. germinare. nihil eni magis q̄ doctrina germinat. et huic datur inuentio arbo℞ seréda℞. Melpomene a cātu nomē sūpsit et cātū dr̄ iuenisse sic Terpsicoř choros & choreas: Erato ab amoř q̄ græce ερωσ appellat hæc adiuenit nuptias: Polymnia a memoria adiuenit agriculturā. Vrania απο του ουρανου id ē a cælo noīata ē: Inuētioq̧ illi astrologiæ dat. Calliope nūcupat ℘ illi καλλη οπη. i. pulchra uox sit: & typō hēt poesis: q̄ nihil canorius ē. Plato āt octo primas musas octo singulos ex singulis sphæris cātus intellexit. putauit eni octo sphæras sonū facere sed septē dicunt: qa uenus et mercurius pari pene ābitu solem comitati: ut inquit Cicero: eandē uim habent: Quapropter dixit singulas syrenas singulis orbibus insidere. nā syren græce est deo canēs. Ergo theologi prisci cuius theologiæ mercurius primus inuentor fuit. Plato autem perfector. uoluerunt octo musas esse octo sphærarum musicos cantus: & nonam illā continentiam quæ ex illis conficitur. Quapropter Hesiodus octauam uraniam dixit: quia post septem uagas quæ subiectæ sunt: octaua stellifera sphæra superposita proprio nomine cælum uocatur. et ut ostenderet nonam esse maximā calliopen προφερεστατην dixit ex nomine ostendens ipsum uocis cō

centum nonam musam uocari. Harum musarum apollinem principem dicunt: quia sol dux pricepsq; est orbium cæterorum. uerum a cantu cæli etiam rustici musas camænas quasi canenas dixerunt. Et quia canere cælum Theologi sciunt. Ideo sonos musicos sacris adhibuerunt. In hymnis etiam deorum per strophan et antistrophan carmina ad hibebantur: ut per strophan rectus orbis stelliferi motus: per antistrophan diuersus uagorum digressus prædicaretur. Musas autem παρα τουμειν id est docere pleriq; dictas uoluere quoniam per illas doceamur. uel ab eo quod est μῶ id est inquiro. nam omnium artium inuentrices sunt. Nec me fugit esse qui uelint nouem musas cum apolline poetas in tutela habere: quia humanæ uocis typum apollo habeat: unde et canere lyra dicitur. Canit autem inter nouem musas id est inter nouem instrumenta quibus humana uox perficitur ut placet anaximandro lampsaceno et Zenophoni heracleo polite. Primo sunt quattuor anteriores dentes: quorum si unus desit nō iam uox sed sibilus oritur: Duo labia: lingua septima. Inde palati concauitas eodem nomine quo cælum quod græci uranon uocant octauam musā uraniā facit. Nona uero e gutturis profunditate per quam spiritus meat. Interq; omnia apollo id est humana uox: fluit: quāuis non desint qui apollinem pulmonis typon habere uelint: sed magis ad poeticæ dignitatem ea quæ pauloante ex platonis sententia retulimus nobis ptinerē uidet. propterea. n. dixit Hesiodus musas esse Iouis filias: cū iouē intelligant mundi animam: qua ille mouetur. Addit etiā genuisse illas ex Mnemosyne. i. memoria cū qua nouem noctes cōcubuisset ī pyerio mōte. ex quo idē poeta ī suis georgicis μουσαι πιεριηθεν. Theodontius thespiæ et memnonis filias eē uult. alii cælū ac terrā earū parētes rferūt. neq; defuerūt q ñ nouē sed tres musas ponerēt. Diodor⁹ addit musas fuisse octo puellas: quas osyris orbē peragrans in exercitu duxit: quæ st cantu et aliis discipulis essent insignes: alio etiam in loco scribit musas a patre ioue litteras et uersuū ecompositionem id est poeticen edoctas esse.

Quem deum: cuius recinit iocosa
Nomen imago.
Aut in umbrosis heliconis oris.
Aut super pindo: gelidoue in emo
Vnde uocalem temere insecutæ
Orphea siluæ.
Arte materna rapidos morantem
Fluuium lapsus: celeresq; uentos
Blandum & auritas fidibus canoris
Ducere quercus.
Quid prius dicam solitis parentum
Laudibus: qui res hominum ac deorum
Qui mare & terras: uariisq; mundum
Temperat horis:
Vnde nil maius generatur ipso:
Nec uiget quicq̄ simile: aut secundum.
Proximos illi tamen occupauit
Pallas honores
Præliis audax neque te silebo
Liber: & sæuis inimica uirgo
Belluis: nec te metuende certa
Phœbe sagitta
Dicam & alcidem: puerosque ledæ
Hūc equis: illum superare pugnis
Nobilem: quorum simul alba nautis
Sidera fulgent:

ACRON. Quem deum cuius recinit iocosa. ordo est quem deum summis celebrare cuius iocosa imago recinit nomen aut in umbrosis oris heliconis aut super pindo uel ī gelido hæmo unde siluæ temere sunt secutæ uocalem orphea morantem rapidos lapsus fluminum materna arte et celeres uentos blandum ducere auritas quærcus canoris fidib⁹.

Iocosa autem imago bene dixit quæ uoces nostras imitari uideatur. Vnde uocalem. uocales omnes dicunt summæ uocis. Arte materna. musica. s. nam filius caliopes dicit. Auritas. sensum audiendi habentes. Ducere. ad se ducere: oblectare. Quid prius dicam. illū scilicet qui tēperat res hominū ac deorum: aut quas ego soleo dicerē laudes: uel quas omnes.

Temperat. distinguit: uel diuidit: uel regit. Horis. a quib⁹ uelut temperatur annus per uer: æstatē: autumnum: et hyemē. traxit. n. tempat a lyra. Vnde. ex illo q cūcta tēperat: uel a quo: ut Vir. Vnde genus ducis et genus uñ latinum. Nec uiget qcquam. q. d. iouem super omnia sine cōparatione. Aut secundū. secundum aruspicū dicta: uel disputationes q iouē primā secūdā et tertiā partē cæli solū uolūt in fulminibus tenere. Proximos illi tñ occupauit. proximam iouis honori mineruā dicit: hoc est uirtutem et sapientiā deo uicinā. unde nulla questio est cur supra dixerit nil ioui simile aut secundum: et in sequenti Minerua posuerit. Prœliis audax. nimia. n. uini potatio litē generat et audaciā. Virgo. dianā studiosā uenādi dicit. Neq; te si. a supioribº Metuēde. c. p. s. apollinē dicit sagitta metuēdū pp āphionē q cū filiis pēpt⁹ ē: nam apollini et dianæ certæ et ieuitabiles ad feriēdū sūt sagittæ ut pote numinis: sicut est nec dextræ erranti de⁹ abfuit. Puerosq; le. castorē et pollucē ledæ fi-

lios.amatorem equorum castorem dixit:ut ẽ:Talis amyclæi domitus pollucis habenis.pollucem uero pugnis non bellis ualentẽ ab eo quod pugil fuerit:ergo pugnos dixit.ut Terrentius:Pugnos in uentrẽ ingere. Hunc equis.i.equestri prælio. Alba.serena.signũ geminorum :nam frequentius dum oritur tempestates facit sed hic prosperũ posuit.

CHRI. Recinit.iterum canet et canendo replicabit.Describit ãt illã reboationẽ quã græci echon nominant.Cuius fabula in sequentib⁹ enarrabitur.Vez cum uox nihil aliud sit q̃ sonitus qui orit̃ ex collisione aeris:diffluit ille aer et in circulum extenditur donec incidat in locũ cõcauum ad quẽ illidatur Atq; inde uox quæ hactenus procedebat ex ea reuerberatione resiliit:eoq; pacto cõgeminat̃.Ergo uocem illã quæ ex priori uoce iterũ uerberata nascitur:imaginẽ prioris uocat.hoc expressit Maro i buco. Non canimus surdis respondent omnia siluæ.Ergo quẽ deũ sũmis celebrare o clio cuius nomẽ prius a te cantu pronũciatũ imago sua quæ est ipsa echo recinet. Aut in umbrosis.nã cũ musa sit recte in sil/
Helicon uis musis consecratis canet.Est autem helicon mõs in boetia a musis frequentatus:ex eo oritur permes/
Pyndus sus fluuius.de quo Maro.Tum canit errantem permessi ad flumina gallum.Pyndus aũt mõs thessaliæ
Aemus ẽ apollini musisq; sacer.Acarnaniã ab ætholia dirimit ex quo achelous fluit.Aemus mõs altissimus ex cuius uertice Euxinũ et adriaticũ mare conspici opinio fuit.hoc philippus Demetri filius ac Macedoniæ rex experiri cupiens uix tertio die ascendit multũ densitate arboz fatigatus ut nonnunquã cælũ non posset aspicere.Sed cum tandẽ ad uerticẽ uenisset:omnia nubibus plena offendit.Itaq; a spe desertus:duabus aris Ioui soliq; erectis:descendit. Vocalẽ.optima uoce præditũ: qua et feras et inanimata ad se uocare posset. Vnde.ex quo mõte:Aduerbiũ posuit pro noĩe:sic Vir.Genus unde latinũ. Temere.quasi dicat per inuia et deuia sine penso aut ratione. Orphea.hic uir est quẽ haud facile meritis
Orpheus laudibus prosequaris. Fabulæ tñ ferunt Apollinis et Calliopes filiũ fuisse.Diodorus aũt siculus refert bacchũ ex Asia in Europã trãsiturum amicitiã cũ lycurgo thracũ rege firmasse:sed mox ab illo insidiis circunuentum mœnades omnes amisisse ipsũq; a quodã Therope prouinciali præmonitũ euasisse. Ergo uicto deinde cæsoq; Lycurgo memor beneficii bacchus regnũ thraciæ Teropi concessit: eum q;orgyia docuit.ex therope ortus est oeagrus et ex oeagro orpheus:Hic in ægyptũ profectus philosophia ac poetica instructus est:sed in primis mercurii trimegisti primi theologi:theologia imbutus dicitur.Quapp secundas priscæ theologiæ obtinuit partes.Cui deinde successit Aglaophenus et aglaopheno pytagoras.Hunc sectatus est phylolaus diuini platonis magister:Hæc fuit successio hoz sex theologrum.Exordium enim a trimegisto sumpsit theologia : et a platone absoluta est.sed redeo ad orpheum:Hic enim orgya ab ægyptiis accepta ad græcos primus transtulit:quæ ab eo orphica dicta sunt Et fretus inscitia hominũ et obscuritate antiquitatis:omnia quæ de baccho illo thebano ex thebe ægypti ferebant̃:cum cadmei amicus esset:ad bacchũ qui ex thebis boetiis oriundus erat transtulit.in cuius uiri poetica cũ tanta uis fuisset:ut aut efferatos et ad omnẽ impetũ pronos aut stolidos stupefactosq; homines ad mitiorem cultũ traducere posset:et feras ad se uocare et siluas diceretur.Extant nostro quoq; tẽpore eius hymni:et mira suauitate aspersi:et ꝓfunda illius primæ theologiæ doctrina ĩstructi. Dicũt fuisse unũ ex argonautis :et atrocem tempestatem ab illis nauigantibus suis sacris auertisse:uolunt cithæronẽ boetiæ montem quoniam ibi in sacris frequentius caneret:a sua cithara nomẽ sumpsisse.scribit Plinius.Auguria quæ prius ex auibus solũ sumebantur ex reliquis quoq; animalibus sumi posse orpheũ demonstrasse.sunt qui cytharæ ĩuentionem illi attribuant.Demum cum apud thraces instituisset:ut uiri in sacris bacchi a mulieribus abstinerent ratæ illæ in earum cõtemptũ huiuscemodi rem esse institutam facto agmine illum incautũ inuasere:atq; lacerauere.pleriq; tamen fulmine ictũ periisse asserunt. Quod etiam testatur huiuscemodi eius epithaphium ορηικα χρυσολυρην τηδ᾽ορφέα πουσαι ἔθαφαν ουκτάνεν υφεμέδων ζεὺσ φολοέτι βελεί.Nos uere sic latine dicamus.Orphea chrysolyrã musæ hoc posuere sepulchro.Fulmine quem strauit iuppiter alta uidens. Siluæ. siluam ab eo quod græce υλη dicitur dictam uolunt.et illi hylem pro materia:sic nostri siluam posuerunt.Est præterea sil
Silua ua aut glandifera cuius arbores non cæduñtur:sed ad escam quadrupedibus prebendã seruantur.Aut cædua q; in ea arbores cum ad iustam proceritatem creuerint cæduntur:ut uel ædificationibus uel alis usibus materiã præbeant. Viridaria autem ex his arboribus sunt quæ mitiora hominibus poma præbeant: eadem et pomaria. Arte materna.suauissimo cantu: Quem quidem caliopes eius matris artificio assecutus est. Rapidos morantem fluuium lapsus. Huius allegoriam iam expressimus Quid prius dicam. Summa arte usus est poeta:in qua ita musam p dubitationẽ est allocutus: ut interroget a quo potissimum initium laudandi sumat.Interim orpheum uel tanquam huius artificii inuentorem:uel ut in ea re præcipuum suis laudibus non defraudat: & quid adiumenti in huiuscemodi re musa sibi præstare possit eiusdem poetæ exemplo demonstrat. Ex quo suam petitionem facilem esse docet.Ostendit iustam:cum eos sibi præponat laudandos:qui iure optimo laudandi sunt.Captat beniuolentiam a musa: cum illius facultatem per orpheum musarum discipulum extollat.excellens ꝑfecto exordium in quo statim tum ex ipsa addubitatione:cum ex uirorum heroum deorũq; cõmemoratione mricificã excitet attentionem.sumit initium dum dubitat a minoribus ad maiores ut sit auxesis et nõ diminutio.Deinde cũ ĩcipit explicar̃ exordit̃ a maioribus ut dignitas decorũq; seruet̃.Insurgit

autem in sublimẽ usq; figuram pene alter pyndarus. Nam grandior est materia et grandiori plectro cãtãda ꝓponit. Est præterea artificiosissima ĩsinuatio. Nã dũ multos sibi uiros heroas deosq; laudandos occurrere demonstrat. Octauianũ cæteris pene præponit: Ioui uero secundum facit. Solitis. la. p. cõsuetis laudibus antiquoꝝ lyricoꝝ. Qui res hominũ. omnium reꝝ conditorẽ itelligit: qui unus uerusq; ẽ deus quem poetæ Iouẽ optimũ maximũ nuncupant. Quẽ Plato et trimegistus supra cæli dorsum habitare uolunt: et in eo eẽ potẽtiã sapiẽtiã et amorẽ. Quod ãt extra cælũ habitet: alibi oñdit Plato cũ dicit locũ illũ neminẽ adhuc poetaꝝ laudasse nec unq̃ pro dignitate laudaturũ. Qui temperat. i. gubernat res hominũ et deorum quasi dicat corporeas res et incorporeas. Variis horis. uariis tẽporibus. nã ex contrariis calore et frigore humore et sicco optimũ tẽperamentũ datur rebus. Loquitur autẽ hic ex opinione trimegisti et platonicorum: q̃ deus cuncta gubernet. fuerunt enim ex philosophis q oĩo negarent ꝓuidẽtiã diuinã ut epicurus et democritus: alii posuerunt oĩo ut trimegistus et plato: qui uolũt deum curare superna et infima: magna: et parua. alii partim ponunt partim tollũt. Sed hi dupliciter. nã Aristoteles usq; ad lunæ orbẽ illã prouenire uult. alii ẽt infra lunã: sed nõ curare minimas res. Vnde. i. a quo deo. Nil maius generatur ipso. quasi dicat ipse ingenitus ẽ: reliqua uero ab eo genita: sed nihil maius ipso genitũ. nam Plato ita summũ deum reliquis diis loquentẽ inducit: ut dicat illos sua natura mortales eẽ sed uelle eos facere ĩmortales. Nec uiget simile. nulla. n. similitudo ẽ creaturæ ad creatorem.

tales dicuntur. ut est: romam non casta malo: aut uelut monstrum fatis sibi reseruatū: aut fato ro manis subiectū. Generosius. i. maiore q̄ sexus exigebat aīositate. Nec. l. c c. r. o. fines regni latentes. i. ñ colligit denuo exercitū ex itimis regni partibus: Perditis. n. rebus cleopatra: dum oisi eius auxiliū ægyptus conspiraret ne aut reparato bello ad iferiora descēdens gētis suæ existeret grauis aut occasionē gloriosæ mortis effugeret cōtēpsit amorē uel deuotionē suorū. Quod Vir. Regiōi dans ī fluminis appellatione rettulit nilū auxilia offerentē. ut est: pandētēq; sinus et tota ueste uocantem. Ceruleum in gremium lachrymosaq; flumina uictos. Ausa & iacentē uisere. r. id est regnum suū desperatū & deiectū uultu interrito & ueluti læto. Vt: spē uultu simulat p̄mit altum corde dolorem. Fortisq; hēbat ex desperatione uirtutem. Et asperas. t. s. u. a. c. u. Cleopatra metu ne capta duceretur in triumphum corpori suo serpētes apposuit: quorum interiret ueneno: ut nec dum etiā geminos a tergo respicit angues. Deliberata. aut pro adhuc ī cogitatiōe: & tractatu habita posuit: aut pro iam statuta morte: ut decreuitq; mori. Ferocior. p̄ptior. Sæuis liburnis. fuit ad mortē: illi. n. libenter moriuntur: aut sæuis sibi per quos uicta est. aut sæuis fortibus: ut sæua paupertas: ut sæuus hector. sæuumq; tridentem: aut quia liburnorum gens ad moriendum p̄pta dicitur quibus illa ferocior fuit. Vir. Regna liburnorum & . f. s. t. Scilicet inuidens. ordo ē scilicet non humilis mulier inuidens priuata deduci superbo triumpho: Inuidens augusto: ne captiuitas sua illi speciosiorem faceret triumphū Nam & Liuius refert Cleopatram cum de industria ab Augu. capta indulgentius tractaretur dicere solitam non triumphabor. Deduci. subtrahi.

POR. In campis niualis æmoniæ. Aemonia dicitur ab æmone monte quem niualem merito appellauit quia est frigidissimus. Daret ut catænis fatale monstrū. aut detestabile aut a fato sibi seruatum: dictum hoc accipiamus: quasi decreto nobis fatorum obiectum. Nec muliebriter expauit enses non tanq̄ ense perierit cleopatra. sed signat eam tam p̄stantem animi fuisse: ut ensē quoq; timuerit. Nec latentes cita classe reparauit oras. hoc est ne fugit latentes. i. intimas ægypti regiones ut uires ide repararet. Fortis & asperas tractare serpentes. hoc ideo dicitur quia serpentē sibi opposuit cuius morsu periit. Deliberata morte ferocior sæuis liburnis. deliberata: utrum pro cognita positū est: an uero de qua plærīq; deliberant. i. dubitant. ut sit hoc perpetuū epitheton mortis. Signat aūt in ipsius mortis significatione cōstantissimā fuisse: liburni gens ferox ilyrici ad moriendū apparatissima. Scilicet inuidens priuata deduci superbo Nō humilis mulier triumpho. Inuidens. s. Aug. ne captiuitas sua illi gloriosiorem honestioremq; triumphū faceret. Ornatu. Nam & . T. Liuius refert illam cū de industria ab aug. in captiuitate indulgentius tractaretur identidē dicere solitam fuisse ουβριαμβευσομαι. i. non triumphabor ab alio.

CHRI. Volātem ut illud Virgilianū: pedibus timor addidit alas: uel nauigātem: nam mare ueliuolum dixerūt: quia uelis per illud uoletur. et Virgilius: pelagoq; uolamus. Cæsar. ordo est: cæsar adurgēs remis: id est celeri nauigatiōe illam uolātem ab italia uelut accipiter urget molles colūbas: ac uelut citus uenator adurget leporem ī campis niualis aemōiæ. accipiter auis rapax ē ab accipiēdo: id est rapiēdo minores aues dicta: græcæ dicit̄ hierax. Plinius sedeci species huius auis pōit adeo ut præter aquilam omnes aues quæ raptu uiuūt: illis adscribere uideatur etiā miluum et butheonem quem buzacum dicimus. Albertus aūt in libro de animalibus refert accipitrem magnum asturem esse: paruum uero nisum: idest sparauerium: asseritq; Plinius q̄ cocix: id est cuculus ex accipitre sit. Albertus autem uult cuculo matrem esse colūbam patrem uero maiori asturem: minori aūt sparauerium. Columbas. in fœminino genere protulit ut maiorem timiditatem per eum sexum exprimeret: atq; de muliere loquens eundem sexum proferret. Cæterū columborum tres sunt species horum maximi domestici appellantur: qui ut gallinæ inter nos uersantur. Minimi autem dicuntur saxatiles quia inter saxa & ī turribus habitant. Tertium genus ex admixtione utriusq; fit: & hos miscellos aut miscellanos dicunt. Leporem. fugacissimum timidissimumq; animal est diciturq; lepus quasi leuipes. Dicunt in alpibus lepores esse candidos qui in hyeme niuibus uesci credātur Certe ea liquescente rutilescunt annis omnibus. Archelaus ait omnes lepores utriusq; sexus esse: & concipere sine matre. Vt daret cathænis. id est ut in uincula coniiceret: cupiebat enim uiuā in triumpho ducere

Fatale. periturum: nam passiue hic posuit quod in se fatum suum haberet. Contra uirgilius: Cum fatalis equi dixit: id est qui fatum perniciemq; aliis afferret. Vel dixit fatale ad excusationē romanorū: ut nō cum muliere: sed cum fatis certasse uiderētur. Monstrum. nam res mōstruosa fuit q̄ mulier Cæsarem dictatorem prius deīde Marcum antoniū tantos duces ita demollisset: ut ī suam pene ditionē adduxisset: & ad tantum periculū imperium romanum impulisset. Fuit etiā et pro monstro. ut mulier omni luxui semper dedita: tamē magnam in morte fortitudinē ostēderet. Latentes oras. mōtana et a mari remota loca ægypti: in quibus se ad tempus tutari potuisset: ferūt tamen futuræ mortis presagio oblitā esse cleopatrā

Accipiter

Columbi

in ægypti recessus abire. In quibus facile bellũ reparasset de qua re se moriens increpasse dicitur. Iacentẽ regiam. quia tam occupatum erat regnum de octauiano ipsa tamen dissimulabat dolorem & simulabat spem ut persuaderet octauiano consilium de morte sibi cõsciscenda pœnitus abiecisse: nam sic illo nil tale suspicante cõmodius rem peragere potuit. Tractare. quasi irritare: ut asperiores in se essẽt: de quibus paulo supra dixi. Et Virgilius: Nec dum etiam geminos a tergo respicit angues. Refert enim Plutarchus: q̃ cũ in ægyptum reuersa esset quanuis in omni luxu uersaretur: tamen omnium generum uenena tentabat: & in damnatis experiebatur. Erat enim anxia q̃ quæ cito extinguerent dolorem inferrent: quæ sine dolore essent celeritate carerent. Verum tandẽ depræhendit aspidis morsum sine dolore uitam subito extinguere grauato ex somno capite & leui sudore per faciem diffuso. Fortis. scilicet ex rerũ desperatione: quæ nõ est uera fortitudo: sed reponitur inter illas species fortitudinis non ueræ: quæ ab aristotele in ethicis referũtur. Ergo erat ferox: quia ex desperatione mortem decreuerat: ut de Didone refert Virgilius. Ergo ubi cõcepit furias euicta dolore. Decreuitq; mori tempus secum ipsa: modumq; exegit. Atrum. noxium: uel quia qui ueneno pereunt turgescunt & nigrescunt. Cicero: Si tumore & liuore decoratum corpus est mortui significat eum ueneno necatum. Deliberata morte. propter mortẽ deliberatã. Ferocior. promptior. Sæuis libur. qui ut acron refert prompti ad mortem sunt: uel ferocior ipsis liburnis: per quos uicta est. Sed liburni populi alpini inter rhetos sunt. Inuidẽs. scilicet augusto, quod eam priuatam nec amplius reginam: & tamen non humili sed nobili genere in triumpho duceret.

Simplex apparatus conuiuii. ode. xxxviii.

P Ersicos odi puer apparatus:
Displicent nexæ phillira coronæ
Mitte sectari rosa quo locorum
Sera moretur
Simplici myrto nihil ad labores
Sedulus curo: neq; te ministrum
Dedecet myrtus: neq; me sub arcta
Vite bibentem.

Quinti Horatii Flacci: Carminum Primi Libri Finis.

ACRON

P Ersicos odi puer apparatus. puerum suum alloquitr & elegantẽ ministrũ quẽ sibi mediocria iubet parare: negans ad uoluptatẽ opus esse magnifico apparatu & opimo: persæ autem ob nimias diuitias insumptuosissimis delitiis degere dicuntur. Phillira. philion græce foliũ dicitur. hic ergo coronam de foliis factam posuit ut quia ipsæ præciosiores sunt. Mitte sectari. uetat puerum rosas quæ iam peracto uere inueniri solent studiose quærere. Sera. tarda. ut æstatẽ increpitans seram. Simplici. singulari: cui nihil aliud adiungitur. Neq; t. m. d. m. id est tam & si myrto præter rosam uteris nõ te dedecet: quasi non faciet te gratiæ mioris. Sub arcta uite. sub humilitate.

POR. Persicos odi puer apparatus. Ad puerum suũ de ilaritate loquitur negãs ad uoluptatem opus esse magno apparatu. persæ aũt reges ob nimias diuitias insumptuosissimis delitiis uitam agere dicũtur. Displicent nexæ phillira coronæ. hoc est displicent coronæ operosius factæ. Mitte sectari rosa quo locorũ sera moretur. uetat puerum magnopere rosas sibi quærere quæ solent iam præterito ueris tpe ex frigoribus afferri. Simplici. m. n. ad. l. Sensus nihil ad labores myrto applicare. Simplex. n. myrtus delectat nec in hac re uolo sedulus sis. i. ociosus ut plusquam &c. ut plus q̃ myrto coroneris. ordo est autem. nihil curo. i. non curo ac per hoc nolo. Neq; sub arcta uite bibentẽ. Arctam uitem spissam ac per hoc umbrosam accipe. Plautus ĩ aulularia myrtum etiam fœminino genere dixit & neutro. fœminino: sic per myrteta prosiluit: & hæc myrtus ueneris est. hæc myrtheta nomen significat.

GHRI. Demonstrauimus in uita poetæ modestiam & frugalitatem eius in omni uita. ipse autẽ in hoc loco ad puerum suum scribens ostendit qui simplici apparatu delectetur. Persicos. nimiũ luxuriosos & delitiosos: ut persæ consueuerunt. Quod & in multis locis: sed maxime in uita Alexandri ostenditur: qui quidem uehementer milites suos ostendit q̃ omissa seueritate macedonica persarum luxui se dedissent. Phillira. græce stemmata: id est coronæ ἐκ τῶν φιλλων. id est ex foliis. Coronæ nexæ. id est corõæ quæ ex connexis inter se frondibus efficitur. Sectari. id est diligenter sequi: & quasi inuestigare: unde philosophorum sectæ dicuntur. Sera moretur. nam elapso suo tempore rosæ non nisi in raris locis reperiuntur. Sera. serotina. Moretur. quia ultra cæteras duret. Simplici myrto. intellige agamus. Simplici nlli rei admixta Nihil. Ordo est: ego nihil sedulus curo ad labores: id ẽ ego no utor tam exquisita diligentia in his rebus ut laborem. Sedulus dicitur: quasi sine dolo: nã qui fideliter agit diligenter agit. Myrtus neq; dedecet te. nam cum modica re delecter quod ostendit quia satis ad ornatum est mihi uitiscuius umbra tegar: & tibi & mihi concedens est myrtus.

Acronis commentaria in secundum librum carminum Quinti Horatii Flacci.

Otum ex metello. Ad Asinium Pollionem scribit consularē uirum rhetoricæ & poeticæ disciplinæ peritum: scribendarum etiam tragœdiarū studio doctū ut qui ciuilis belli historiam inter pōpeium & cæsarem gesti scribere cœperit sciret rem inchoasse periculosam: & in ipsa admonitione bellorū ciuilium calamitate refertam a Lentuli & marcelli consulatu cœptam: quam altius repetit. i. a marcello celere & Afranio consulibus. Ex metello. ideo quia fuit sillæ collega. Ciuicū. pro ciuile: sicut hosticum pro hostile ueteres dixerunt. Bellique causas. eo q̄ cæsari negatus triumphus bellū fecerit. Ludūq; fortunæ. q̄ ludibrio hēt res hūanas. Grauesq; p. a. quia nec perpetuæ fuerant & reip. graues: ut lu. T̄pris augusti mansit. c. d. paxq; fuit ñ spōte ducum. Crassus. n. amiciciarū fœdus ad tps tenebat: quo mortuo antonius augustus & lepidus facto pōpeio imperatore collisi sūt. Graues aūt perniciosas aut infidas. Nondū expiatis u. c. i. de quibus nondū loti cruores sint quo uelut expiarētur delicto: uult ergo intelligi adhuc ī manibus esse arma ciuilia: nec sicut solebāt bello uncta reposita.

Quinti Horatii Flacci Carminum Liber Secundus Incipit

Ad Pollionem. Ode. I.

Otū ex metello cōsule ciuicū:
Belliq; cās: & uitia & modos:
Ludumq; fortunæ: grauesq;
Principum amicitias: & arma
Nōdū expiatis uncta cruoribꝫ

POR. Motum ex Metello cōsule ciuicum. Hæc ode ad asinium pollionē consularē uirum & triūphalē scripta ē: qua hortatur eum ut omisso tragœdiarum scribēdarū studio: inchoatū historiæ opus consūmet. Ac perinde βαρβαρα. i. in trāslatione bellornm ciuiliū pollio historiā belli ciuilis a consulatu lentuli & mamerci cœptis altius repetit. i. a metello celere & a. l. Afranio cōsulibus. Attende aūt nō ciuile sed ciuicum dixisse antiqua figura. illi. n. ciuica hostica deinde ciuilia et hostilia dicebant. Denominationes autem hæ fere liberæ sunt apud doctos: et motum ꝓ bello posuit. Ludūq; fortunæ. hoc est quæ res humanas ludibrio habet. Et arma nōdum expiatis. i. loti cruores sint: ergo intelligi uult pene adhuc in manibus esse arma ciuilia. Solent autem ungi arma cum post bellum transactum reponenda sunt. Ordo ergo est: nondum expiatis cruoribus.

CHRI. Alloquitur asinium pollionem uirū: & sūma etiam in libera repu. dignitate: & in poetica excellentē: & qui maxima auctoritate eēt apud Augustū. Hic ductor germāici exercitus cū post captas salonas dalmatiæ ciuitatē primo meruisset laureā. post etiā cōsulatū adeptus fuisset: eodem anno suscepit filium: quē a captis salonis Saloniū nuncupauit. De quo Virgilius meminit ī bucolicis: pollionū aūt familiā a Numa pompilio secūdo romanorū rege originē habuisse tradūt. Scripsit tragœdias optime. Vnde Virgilius Pollio & ipse facit noua carmina. Hoc igitur tēpore cū ommissis tragœdiis hystoriā ciuilis belli īter Cæsarem & Pompeiū scribere inciperet: dehortatur illū a scribēdo: tanq̄ non posset huiuscemodi res peragi: sine offēsione multorū adhuc uiuētiū. Nā & si Augustus oia iā pacasset: tñ clādestina odia multa ī hominū mentibꝰ residebāt. Versat̄ igitur poeta ī genere deliberatiuo: cuius finis ē utilitas: quæ diuidit̄ ī tutū & honestū. Quapropter a tuto arguit ut abstieat ab hystoria ciuilis belli: ne ambulet ꝑ ignes cinere tectos. Item ab honesto cū honestū sit nō refricare uulnera belli iā ꝑteriti. Nō eni renouāda discordiaꝶ memoria: sed penitꝰ delēda ē. Quod & pythagoras mystice iubebat. Est. n. ī suis ꝓceptis: ut si uspiā sāguis hūanꝰ sparsꝰ cernat̄: illico lapidibꝰ obruat̄. Motū. id ē tumultū & cōmotionē & in sententia bellū. Nō eni participiū ē: sed uerbale nomen hic motus huius motus. Alii uolunt participiū & subintelligunt bellum. Ciuicum. ciuile. Ex metello cōsule. pleriq; huic bello initium dant consulatum Marcelli & Lentuli: quo tempore in senatu agitatum est de successore Cæsari mittendo: cum ille negaret se exercitum dimissurum nisi pōpeius quoque dimitteret. Qui uero rem altius repetunt a consulatu metelli celeris & Aphricani incipiunt. Causas belli. quæ fuit nimia in Pompeio Cæsareq; cupiditas imperandi: cum uterq; plus quam in libera republica decet posse niteretur. Pompeius enim iam in ciuitate summus Cæsarem sibi adiunxit ut illius opibus munitior aduersus æmulos esset: atq; adnitente pompeio Cæsari gallia prouintia in quinquennium cum ualido exercitu decreta est damnāte id consilium Cicerone q̄ hominem omni uirtute præstantem nimis extolleret. Finito deinde quinquennio cum rursus in aliud quinquennium sibi imperium prorogatum esset: tū demum illius potentiam exhorrere cœpit Pompeius: atq; ea moliri quibus a tanto gradu uirum iam sibi suspectum deiiceret. Nam & legionem cui Labienus præerat & a Cæsare repeti & sibi tanquā contra parthos ituro tradi curauit. Simul etiam noluit q̄ illius absentis ratio in cōsulatus petitione haberetur: neque poterat ille urbem ingredi: si triumphum assequi uolebat: maxime ergo exarsit q̄ sibi ita dolose triumphus eriperetur: ergo cum multa etiam iusta negaret causā dedit: ut animus

dominandi cupidus quæ iniusta essent aggrederetur. Optime ergo Lucanus. Atq; arma tenenti omnia datur qui iusta negat. Vitia.imperatorum:nam in Pompeio nimia arrogantia cum neminem sibi parẽ cuperet. In Cæsare nimia dominandi cupiditas apparebat. Fortunæ.quæ ludibrio habet res humanas.
Graues amicitias.nam nisi affinitas amicitiaq; iter Pompeium & Cæsarem ītercessisset neuter ad tantas opes aspirare potuisset:ergo graues & molestæ populo romano:cum illorum amicitia libertatem ad exitiũ tandem deduxerit. Arma uncta.quasi reposita:nam unguntur ne rubiginem contrahant nondũ expiatis cruoribus:id est purgata cæde uel uncta cruoribus:id est īfecta:quia unctuositas qdã apparet ī sãguine

Periculosæ plenum opus aleæ
Tractas:& incedis per ignes
Suppositos cineri doloso.
Paulum seuere musa tragœdiæ
Absit theatris:mox ubi publicas
Res ordinaris:grande munus
Cecropio repetes cothurno
Insigne mœstis præsidium reis
Et consulenti pollio curiæ:
Cui laurus æternos honores
Dalmatico peperit triumpho.
Iam nunc minaci murmure cornuum
Perstringis aures:iam litui strepunt.
Iam fulgor armorum fugaces
Terret equos:equitumq; uultus.
Audire magnos iam uideor duces
Non indecoro puluere sordidos.
Et cuncta terrarum subacta
Præter atrocem animum catonis
Iuno:& deorum quisquis amicior

ACRON. Periculosæ.periculũ īferẽtis. Aleæ.ī militia igit̃ alea ludebat̃:ne exercitus ocio torperet.q; aũt periculosæ ad fraudẽ et liuorẽ ludo illo prodeuntẽ respexit. Cineri doloso.allegoricos dixit: sicut ignẽ cinere optũ:ita adhuc odia belli ciuilis sub specie pacis latere:nec tutũ esse per hystoriæ ueritatẽ:cũ offẽdimus amicos: q ea gesserũt.
Paulũ seueræ musa tragœdiæ absit theatris. ut deposito tragico stilo pollio cautius cœpta describeret:uno.n.tẽpore tragœdiã & hystoriã scribebat.id est nõ cãtetur ī theatris ædita a te tragœdia:dũ occuperis hystoria actus publicos referẽdo. Cecropio.atheniẽsi.tespis.n. apud athenas primus tragœdiã freqũetius dixit usu cothurnorum ut sola sophocleo tua carmina digna cothurno.
Præsidiũ.fuit.n.et causidicus pollio:et defẽsionẽ reis freqũẽter impẽdit. Et cõsulẽti.hoc est curiæ expetẽti a te das consiliũ. Cui laurus æternos. laurũ hic pro uictoria posuit: salonas enī pollio dalmatiarũ cœperat ciuitatẽ:unde et suũ filium eo qđ natus ibi erat salõinũ appellauit:cui laurus: ut poetæ cõueĩt. Nã et carmina faciebat. Vir. Pollio & ipse facit noua carmina. Iam nũc minaci. laus relatoris tanq̃ hæc ipsa:quæ scriberet ita cõmẽdaret:ut se auditor crederet interesse: ut Vir Tum phætontiadas musco circũdat amaræ corticis. Fugaces.aut ueloces:aut splendorẽ pauescẽtes armorũ. Equitũ uultus.ut ẽt hoĩes terreret fulgor exercitus. Audire.m.uidet̃ mihi ut audiã aut ipsos cõcionãtes duces aut referẽtẽ de ducibus pollionẽ. Nõ id.glorioso puluere bellico sordentes. Atrocẽ.cõstãtẽ.portius ei cato apđ uticã elegit potius iterire q̃ ī hostiũ potestatẽ uenire. Iuno &.d.ordo ẽ.iuno & qsqs deorum amicior afris ĩpotẽs cesserat.

POR. Periculosæ plenũ opus aleæ Tractas & ĩcedis per ignes soppositos cineri doloso. Allegoricos ãt adhuc odia belli ciuilis sub specie pacis ostẽdit. Nec tutũ eẽ hæc scribere. Paulũ.s.m.tragœdiæ absit theatris qm̃ ĩquit hæc scribere destinasti parce tãtisper tragico stilo. Seueram aũt tragœdiã merito dicit q; tristia fere sint argumẽta tragœdiarum. Mox ubi publicas.i.ubi historias q̃ publicas res cõtinẽt. Ordinaris.i.descripseris. Insigne mœstis p.r.p quod signat & fortissime eũ cãs reorum ĩ iudiciis defẽdere et pterea prudẽtissima cõsilia ĩ senatu dare. Cui laurus æ.h.iõ hoc dicit̃ qa pollio salona urbe ex dalmatis capta triũphauit. Grãde munus c.r.co. Cecropio cothurno ĩquit qa apud atheniẽses primũ ẽ scripta atq; acta tragœdia tespis ĩuentor eius atq; actor. Iã nunc mi.m.c.iã uideor uidere & audire ea quæ historia refert.p quod signat uirtutes eloqũẽtiæ pollionẽ oĩa fere ãte oculos ĩ relatione pugnarum ĩducere. Fugaces terret e.pro uelocibus accipe & ĩ sermone hodieq; fugã pro uelocitate dicimus cũ de equis loquit̃. Audire ma.iã.ui.d. Ambiguũ:utrum.n. ipsos duces cõcionãtis audire se dicat:An pollionẽ de ducibus narrãtẽ incertũ ẽ. Non ĩdecoro puluere sordidos. Speciose ac decẽter dictũ puluere nõ ĩdecoro sordidos quasi puluere bellico pulueratos. Præter atrocẽ aĩum catonis. M.portiũ catonem signat:qui uticæ maluit se interficere imminente Cæsare q̃ ĩ potestatẽ eius uenire. Iuno & deorũ quisquis amicior aphris. Sẽsus est. Iuno & quicunq; alii dii carthaginẽsibus fauerãt ultionẽ uastæ aphricæ ex posteris eorum qui eam uastauerunt nunc receperunt.

CHRI. Plenũ aleæ.plenũ fortunæ:nã quemadmodũ alearũ ludus semp periculũ affert:dubius ẽ in eo euentus:sic et ipsa fortuna periculũ affert multos offẽdẽs ĩ hystoria scribenda. Ignes suppositos cineri doloso. optima trãslatio:nã queadmodũ euenit ut qui credũt per cinerẽ iam frigidũ ambulare sæpe ledunt̃ ab igne supposito cineri quẽ adesse nõ suspicabant̃:sic tu describẽdo hystoriã putas inuenire animos ua

cuos omni perturbatione: At multi clandestinum & occultū retinēt odiū. Doloso cineri. dat sensū rei isensatæ: nō eni sensū habet: ut paret dolos ignis queadmodū ex dolo suā mentē occultant homines: id ergo quod casu euenit igni: dolo dat. Seueræ tragœdiæ. quia & seuerissimæ res in tragœdia tractant̄ & seuerus in illis stilus adhibetur. Absit theatris. id est ne scribito tragœdias: & patere ut desint theatris in quibus per mimmos personatos consueuerunt agi: & hoc ad paruum tempus: donec tu ordines respubli. id est describas hystoriam: deinde redibis ad tragœdias scribendas. Grande munus. nam grandia continet tragœdia. Cecropio cothurno. id est atheniēsi. De poematū origine nō multū cōstat apud scriptores: tū pleriq3 iuentionē tragœdiæ Thespi atheniēsi tribuūt. Sed hæc in poetæ poetica latius. Dixit igit̄ atheniensi propter loca a cecrope athenaꝝ regē: quæ dicūt urbē hactenus ī pagos distributā mœnibus cinxisse. Fuit autē cecrops iisdē tēporibus quibus Moyses apud hebreos populū ab ægypto reduxit. Insigne præsidium. excellens defensaculū. Mœstis reis. i. iis reis qui cū in graui periculo uersentur mœsti sūt: et præsidiū etiā curiæ. Consulēti. id est consiliū petēti. sentētia est posse pollionē sua eloquētia & in foro amicos defendere & in senatu optimū consiliū in dicēdis sētentiis dare. Ergo & publice & priuatim prodest. Erit ergo ordo: o pollio insigne præsidiū reis & curiæ tu tractas motū ciuiū & reliqua. Cui laurus. id est uictoria qua laurū meruit. Iam nūc. ostendit quantū ualeat eloquentia. cū ita expresse narret: ut res geri & nō narrari uideatur. Perstringis. percutis: obtundis: ut enim oculi nimia luce perstringūtur: sic aures nimio sonitu. Cornuū. quia grauiorē sonitū emittūt murmur dixit. Iam fulgor armorū. nā apparebat in hystoria Pōpeianos solo armoꝝ Cæsarianoꝝ splendore terreri. Fugaces. uel quia in fugā uertuntur: uel ueloces. Equitūq3 uultus. etiā terrent equos: ostendit enī quanta ferocia in illoꝝ facie appareret. Audire uideor. maxima profecto laus scriptoris: qui ita animos legētium moueat: ut sibi pugnæ interesse & uictores duces audire uideatur: qui clamore suo et cōmilitonibus audaciā et hostibus terrorē iniiciat. Nā ut teste Homero ostendūt qui de re militari scribunt nō parua laus est in duce uti in prœlio magna uoce. Sordidos puluere nō indecoro. nā decorum est uictoribus cū aut puluere: aut cruore deturpati sūt. Atrocē. constātem: rigidum: et inflexibilem. Magna omnino laus: sed quæ propria sit tanti uiri: de cuius morte ī superioribus dictū est. Iuno. sententia est: si iuno olim cessit romanis expugnantibus carthaginem: neq3 suos deserere ualuit: his tamen temporibus ulta est ueteres iniurias: cum tanta ī africa romanorum strages facta sit: dergo et iuno et quicunque aliorum deorum amicior carthaginensibus.

Afris: inulta cesserat impotens
Tellure: uictorum nepotes
Rettulit inferias iugurthæ.
Quis non latino sanguine pinguior
Campus sepulchris impia prælia
Testatur: auditumq3 medis
Hesperiæ sonitum ruinæ.
Quis gurges: aut flumina lugubris
Ignara belli: quod mare dauniæ
Non decolorauere cædes.
Quæ caret ora cruore nostro.
Sed ne relictis musa procax iocis
Ceæ retractes munera neniæ
Mecum dioneo sub antro
Quære modos leuiore plectro.

ACRON. Inulta tellure rettulit iferias iugurthæ Nepotes uictorū. s. romanorum qui carthaginē uicerāt. Et deorum q̄squis tanq̄ ciuilia bella: quæ postea gesta sunt in africa ad uindictam africæ superatæ iunonis ira uel deorū fecerat cōmoueri. Iugurthæ. Hannibalē itelligi uoluit in cōmemoratiōe Iugurthæ. aut certe qa ī africa tpe ciuilis belli multi pōpeiani occisi sūt. Quis nō latino sanguine. pi. quis nō romanoꝝ sanguine uel sepulchris cāpus repletus. Lu. Totoq3 ex. or. te uincere perit. Auditūq3. m. ꝑ cladis magnitudine dicit ciuilia bella ēt persis audita. Vir. Europæ. a. a. f. cōcurrerit orbis audiit. Et si quē tellus extrema refuso sūmouet oceano. Quis gurges. tapinosis ē. Gurgitē. n. ꝑ mari posuit: ut apparēt rari nantes in gurgite uasto. Quod mare dauniæ. apuliæ a dauno: sed per apuliā oīs italia accipiēda est in qua sanguis romanoꝝ fusus est: uel quia per adriaticū mare de brundusio cæsar ꝓfectus ē pōpeiū sequēs. luca. Brundusiū decimis iubet hāc attingere castris. Nō decolorauere cædes. a proprio colore mutauere. Luc. Tū primū rubuit ciuili sāguine nereus. Quæ caret ora. pars regionis aut terræ. Sed ne relictis. m. ꝓ io. id est ne quū lyrico carmine aptiores sint ioci īprobe faciat musa si lugubria misceat. ordo ē. sed tu musa procax ne relictis iocis retractes munera. Næniæ cææ. q̄re mecū sub dionæo ātro modos leuioꝛ plectro. Næniæ. nænia carmē lugubre q̄d mortuis dicebat̄ q̄d nūc græce epithaphiō appellat̄: q̄d symonides græc⁹ poeta lyric⁹ prim⁹ īstituit a cæa īsula oriūd⁹: uñ et cææ neniæ posuit. d̄ q̄ Vir. cui p. c. et ouid. cigit̄ ægeo īsula cæa mari

POR. Impotens autem nō potens. Id enim ad uictos sine uirtute intelligendum. Rettulit inferias iugurthæ. Nunc latius intelligit omnibus. Quis non latino sanguine pinguior campus. Campus nullus est qui non sepulchris romanorum bella ciuilia fuisse et sanguine romano pinguefactum se. ostendat Auditumq3 medis hesperiæ sonitum ruinæ. De superiore ostendit. sic enim intelligendum: Quis

non campus ſepulchris teſtatur impia prœlia ſonitumq; heſperiæ quem etiam Medi audiuerunt. Sonitū autem ruinæ medos audiſſe.i.ſuper orbem tranſilire per hyperbolem intelligendum. Cuius ſenſus ex ſubiectis magis illuſtrat quod dixerit. Quis gurges quæ flumina lugubris iguara belli quod m.dauniæ nō decolorauere cædes. Daunia a dauno rege Apuliæ ac per hoc italiæ ac deinde romanæ itelligendū .ſed ne relictis muſa ꝓcax iocis cææ retractes munera næniæ. Nænia.lugubre carmen eſt q̄d i mortuos cantatur. Symonides āt ex cæa inſula lyricus poeta θρῆνους.id eſt planctus optime deſcripſit. Inde cæam næniā appellauit .ſenſus eſt āt cum lyrico carmini aptiores ioci ſint procaciter ægeris o muſa ſi lugubria potius dioneo modulata plectro fueris q̄ ueneria quæ leuioribus modulis aptantur.

CHRI. Ceſſerat.id ē tanq̄ uicta diſceſſerat tellus inulta:id eſt quam ulciſci non potuit inulta:ergo non uindicata:nam paſſiue poſuit. Impotēs.quia reluctari nō potuit:nunc rettulit iugurthæ.i. Hānibali:nam nomen pro nomine ſæpe ponunt poetæ. Nepotes uictoꝝ.id eſt milites romanos nuper ceſos in africa qui poſteri ſunt eorum qui ſuperauerant Hānibalē. Inferias.i.ut eſſent inferiæ:ſunt enim inferiæ ſacra quæ exhibentur defunctis. Erat aūt de more apud antiquos ut ſi quis dux in acie cæſus eſſet:qui capti eſſent ex hoſtibus ad illius tumulum tanq̄ hoſtiæ mactarentur. Quare Virgilianus æneas:ut Plauti huiuſcemodi iferias faciundas curaret. Sulmone creatos quattuor hinc iuuenes.totidē quos educat ufens. Viuentes rapit iferias:quos imolet umbris Captiuoq; regi perfūdat ſāguine flāmas. Rettulit. ꝑ geminam.t.ſcribit ut re quæ natura breuis etiam poſitione longa reddatur.ſic etiam reppuli et repperi dicimus geminata conſonāte.notat autem in hoc loco poeta ingentē ſtragē romanorū in africa:nam quo prœlio Scipionē et Iubā ſuperauit Cæſar quinquaginta hominū millia deſiderata ſunt. Quis probat inferias eſſe africanis factas.

Pinguior.nā pingueſcit terra humanis cadaueribus. Quis ergo cāpus nō ē pinguior ſanguine noſtro.q.oīs cāpꝰ eſt pinguior.l.ſ.ſic Vir. Nec fuit indignū ſuperis bis ſāguine noſtro Aemathiā et latos hemi pingueſcere campos. Auditū medis.q.d.extremi orbis habitatoribus:ſic. Vir Audiit et ſi quē tellus extrema refuſo ſubmouet oceano. Quis gurges.omnis aquaꝝ cōgeries gurges eſt:et per tapinoſim ꝓ mari capit. Vir. Apparēt rari nātes in gurgite uaſto. Eſt autem expolitio:nā mutatis uerbis ſæpius eandē ꝓfert ſententiā.ſ.oēs orbis ptes ſparſas eē romano cruore. Decolorauere. ualde colorauere:quāuis multiplices uariiq; ſint colores:tn̄ principes ex quibus reliqui manant albus nigerq; ſunt. Verum cum poetæ coloratū dicūt nigrū:et non albū intelligunt:et quia ſanguis ita purpureus ē ut nigreſcat :iccirco dixit decolorauere ut de augeat.poſſumus etiā ponere de priuatiue ut ſit decolorauere.i.ſuo colorē priuauere:q̄uis nullus propriꝰ uideatur eē color aquæ. Dauniæ.italiæ:partē.n.pro toto poſuit. Eſt autē daunia apulia. Noſtro.latino et romano: Vir. Tu quoq; littoribus noſtris. Sed ne relictis. Dū tragicū laudat poetā ipſe pene tragicus factꝰ eſt oblitus ꝓfecto quod in ſuperioribus dixerat. Nos conuiuia:nos prœlia uirginū:in quo oñdit ſe de rebꝰ tenuioribus ſcribere decreuiſſe.ergo cohibet muſā aut altiora illa relinquat. ordo ē:ſed tu o muſa procax id ē petulās:quæ fines egreſſa tuos aliena inuadis quære mecum modos leuiore plectro id ē carmina leuiori ſtilo facta ſub antro dioneo:ſub antro ueneris:id eſt in rebus laſciuioribus et non grandibus:ne tu retractes:repetas munera næniæ cææ relictis iocis. Modos.modulationes quos ēt numeros appellant: ut Numeros memini ſi uerba tenerē. Plectro.pectinē latini dicūt. Vir. Iamq; eadem digitis:iam pectine pulſat eburno πλῆκτρον ἀπὸ τοῦ πλήττω percutio. Næniæ.carmē lugubre ē nænia quod nomē aliqui uolunt dictum eē per onomatopiam:quia ipſæ ſyllabæ exprimūt aliquid lugubre. Alii ab eo quod νέον:id eſt ultimū. Erat enim ultimū quod defunctis caneretur:uel ab ultima chorda cytharæ quæ nænia dr̄. Cææ.i. a ſimonide poeta inuentæ qui ex cæa inſula fuit. Dioneo.uenereo:nam tertia uenus ex ioue et dione filia fuit. Dione autem nata ē ex tethi et oceano:ſed et uenus dione appellatur. Antro.ergo idoneo.id eſt in locis uoluptuoſis et ad uoluptatem potius q̄ ad res grandes ſpectantibus.

Ad criſpum ſaluſtium De liberalitate. ode. ii.

n Vllus argento color eſt auaris

ACRON

n Vllus ar.co.eſt.a.auaræ.n. terræ dicūtur: cū id in ſe recipiunt quod non ampliato reddunt fœnore. Saluſtium criſpū alloqt̄ hiſtoriographum equitem ro. auguſti amicū:libertatem & magnificentiā aī ſui deſcribēs.argētum āt pro pecunia abdita in theſauris dixit. Sēſus aūt hic eſt.diuitiarū ſplendorem nullum eſſe niſi honeſte in uſum fuerit.auaris autem recōdendo creſcit ſola cupiditas:ut Iuue. Creſcit amor.n.q.i.p.c. unde et hydropici morbo comparauit hoc uitiū:quod nimietate ſitis et potus deſiderio creſcente ægritudine uel uterus augetur. Inimicæ lamnæ.lamā pro ifabricata et rudi materia argenti poſuit quæ obſcuratur ab auaris celata:et uult itelligi ſaluſtium non occultare diuitias.

POR. Nullus argenteo color ē auaris.hac ode Saluſtiū Criſpum equitem romanum Auguſti amicum alloquit : qua liberalitatem et magnificētiam aī eius deſcripſit. Argentum abditum.pro pecunia reconditā in theſauris dixit:et ē ſēſus diuitiaꝝ ſplendor nullus ē niſi honeſta rōe fuerit i uſu.

CHRI. Acerrima inuectiua in auaritiam eſt cum demonſtret auaros nulla fama lucere. Liberalium autem nomen ubiq; ſpargi. Addit poſtremo diuitem eum eſſe non qui multa poſſideat:ſed qui animum tēperantia cohibeat. Sunt autem qui credant hunc ſaluſtium eſſe eum qui hiſtorias ſcripſit. Alii eius filium.

Nullus color ē auaris. Sapienter elegit uerbum pluribus rebus commune: nam ſine colore eſt auarus quaſi ſine fama: ut enim res ex colore in conſpectum cadit: ſic homo in cognitionem ex fama uenit uel ſi ne colore eſt auarus: quia ex nimia parſimonia palleſcunt. Dixit āt color propter id quod paulo poſt dixit ſplendor. ordo: o criſpe ſaluſti nullus color eſt auaris id eſt nimiū cupidis lamnæ pro laminæ. argento abdi to terris in conſequentia niſi ſplendeat ille auarus temperato uſu: hoc eſt niſi ſplendide uiuat ſed cum uſu temperato et modeſto. ponit autem lamina pro infabricata materia in quam auari aurum uel argentum redigūt et humi fodiunt. Inimice. uel ꝑ hypallagen legas id eſt cui auaro inimicatur quia auro oēs inſidi as tendunt. unde diogenes cynicus propterea aurum paleſcere dicebat. quoniam omnes ſibi inſidiaren tur. Fodiunt autem auari pecuuiam. ut Vir. lacent penitus defoſſa talenta.

Abdito terris inimice lamnæ
Criſpe ſaluſti: niſi temperato
Splendeat uſu.
Viuet extento proculeius æuo
Notus in fratres animi paterni:
Illum aget penna metuente ſolui
Fama ſuperſtes:
Latius regnes auidum domando
Spiritum: quam ſi libyam remotis
Gadibus iungas: & uterq; pœnus
Seruiat uni
Creſcit indulgēs ſibi dirus hydrops
Nec ſitim pellit: niſi cauſa morbi
Fugerit uenis & aquoſus albo
Corpore langor
Redditum cyri ſolio phrahatem
Diſſidens plebis numero beatum

ACRON Tēperato. moderato uſu ne crede ret ꝓhibēdo auaritiā ſuadere luxuriā. Viuet extē to proculeius. æ. in perpetuū: ut uiuuſq; per ora feretur. ꝓculeium equitē. ro. laudat amicū augu ſti qui pius ſic erga fratres ſuos Scipionē & mu renā fuit ut ſpoliatis bello ciuili patrimoniū ſuū ex integro diuideret: quōd cū eis iā ante diuiſerat. (*Proculeii liberalitas*)

Animi paterni. qui paternum fratribus īpēde rit amorē. Aget. ducet per noticias omnium.

Fama ſupſtes. quib⁹ boni facti fama ꝑpetua ſit: nec penna eius hoc eſt uolatus ad poſteros ſolui poſſit. Volare. n. famā & uir. ponit: Fama uolat pulſum regnis ceſſiſſe paternis idomenea ducē.

Latius regnes auidum. d. ſ. latius inquit regnes cupiditatem uincendo q̄ ſi ꝑ uniuerſum orbem poſſeſſiones extendas. Gadibus iungas. gades āt oppidum eſt ī hiſpania a pœnis conditū aut quia inparte africæ ponitur quicquid freto aut gadibus ſeparatur ideo ꝙ utrūq; pœnū dixit lo cis diuiſū. uel certe quia carthago & in hiſpania eſt quā ſpartaciā uocāt. Vterq; pœnus. i. oriētis & occidētis africanus. (*Gades*) Indulgens. impendens. ut īdulgēt uino & uertūt crateras ahenos. Dirus hydrops. hydrops ſubcutane⁹ ē morb⁹ ꝗ uitio ueſi cæ natus cū anhelitu fœtido & īflatione turgēte. eſt aūt hydropico proprium ut quanto amplius bibit: tanto amplius ſitiat. (*Hydrops*) Dirus. pernitioſus. Albo. pallenti: ut perſius: Turgidus hic epulis atq; albo uentre lauatur. diffuſus. n. humor omne inficit corpus. Senſus ergo eſt: ac ſi diceret ſicut ſitis niſi ægri tudine uicta non tollitur: ita auaricia & cupiditas non ſatiatur niſi ante animo in ſanitatem continentiæ reuocato. Reditū cyri ſoli o phrahatem. cyrus qui primus regnauit in perſide. Phrabates rex pſarū cyri fili us. hic a parentibus deſtitutus regno pulſus eſt: & a pragmenis philoſophis indorū ſuſceptus & eductus eſt. Poſtea regno redditus magno iuſtitiæ & continentiæ documento geſſit imperiū. alii dicunt ei ab anto nio ademptum imperiū: & per auguſtum poſtea reſtitutum. uult ergo oſtendere: non ſicut uulgus putat be atam uitā regnū: aut diuitias facere: ſed ſapiētiā. (*Phrabates*) Diſſidens. uirtus diſcrepans nec habens aliquid cum inſi pientibus: & plebe commune. ordo eſt.

POR. Inimice lamæ. lama pro rudi & infabricata materia poſuit ꝑ quod ſignat nō libenter habere abſcō ditas & ſine uſu diuitias. Viuet extento proculeius æuo. Proculeius eques ro. amicus auguſti rariſſimæ pie tatis erga fratres ſuos Scipionē & Murenam fuit: adeo ut bona ſua cū his æquis partibus diuiſerit: quia illi bello ciuili erāt ſpoliati. Viuet ex. p. æ. Ecce īquit ꝓculeius qui liberalis in fratres ſuos fuit æternā ſibi per hanc pietatem memoriā parauit & per omne æuum fama eius extēta eſt: ꝑ quam ſemp uolat. Illum aget ſolui metuente penna fama ſupſtes. Sic intulit fama ſuperſtes poeta. quaſi fama illū agit penna ſua quæ ab ullo non ſoluitur. nam ſemper uolat. Latius regnes auidūdomando ſpiritū. Lati⁹ inquit poſſideas auari tiam animi compeſcens: q̄ ſi per cōtinuationē ī hiſpaniam a libya poſſeſſiones extendas. Gadibus iūgas. Gades oppidū in hiſpania a pœnis cōditū. Vterq; pœnus. ergo inqu it quia carthaginē ſicut gades pœni condiderūt. Et aquoſus albo corpore lāgor. bella conceptione aquoſus lāgor. ὑδρωψ. dicitur. albū aūt corpus ꝑ pallido dictum eſt. Redditum cyri ſolio phrahatem. phrahates inquit qui in regnum perſarum reſtitutus eſt non in numero beatorum ſicut uulgus putat. Nec. n. regnum aut diuitie beatos facit. Cyri ſolio. regno perſarum a rege Cyro qui in perſide regnauit. Diſſidens plebis numero beatorum eximit uirtus. ordo eſt phrahatem eximit numero beatorum uirtus quæ plebis numero diſſidet. hoc eſt quæ uir tus id eſt ſapientia non eſt apud plebem.

CHRI. Splendeat.quod non est in auaro.unde auarum sordidum dicimus:ut hic idem.Quatinus id facis ut quidam memoratur athenis sordidus ac diues.Et alibi.Obiiciet nemo sordes mihi quas tibi tulle.i. auaritiam. Splendeat.ex cuius usu famam et splendorem assequamur.unde lauti et splendidi diuites dicuntur:qui opes suas ad liberalitatem conuertunt. Vsu.optime et secundum philosophos qui utilia a bonis diuidũt bonaq; ea appellant quæ propter se sunt expetenda:ut fœlicitas.Vtilia autem que non propter se sed propter usum earum:unde ab utendo utile dicitur.in hoc numero pecuniæ sunt:quæ non propter se expetuntur.Quid enim nobis conferrent:Sed ut illarum usu quæ nobis aut necessaria aut commoda sunt comparare possimus.unde ipse alibi.Quid mihi diuitiæ si non conceditur uti? Temperato.nam si pecunia ultra modum uteremur:non iam liberales:sed prodigi essemus. Viuet extento proculeius.optimo exemplo:proculeius.n.Cesarianus miles duos habuit fratres:qui partes pompeianas secuti et hostes publici post uictoriam Cæsaris iudicati omne patrimonium amiserunt. Proculeius ergo suum illis patrimonium condonauit sibi ea satis eẽ dictitans: quæ ex præda comparasset:mox suis intercessionibus:ut illos:Cæsar restitueret:curauit. Viuet.æterna fama:ergo auari īfamia præmuntur. Extento æuo.i.æternitate quæ extenta ẽ et omnia tenet:uel extento æuo id est prorogata ætate. q.d.et si uita breuis sit fama tamẽ prorogabitur. Notus.quasi nobilitatus:ut contra ignotũ pro ignobili capimus. Paterni.ergo plus quam fraterni.nam maior est patris in filium amor q̃ fratris ī fratrem. Pẽna.ala:et allusit ad famã quã alatam pīgunt poetæ.Virgi.Illam terra parens ira irritata deorum Progenuit pedibus celerẽ et pernicibus alis.propter hoc alio in loco dixit.Fama uolat. Superstes. id est quæ illi superuiuet. Supstites dicuntur qui aliquo mortuo supersunt:hinc nonnulli dictam uolunt superstitionem q͏ parentes anili quadam et non uera religione assiduis præcibus uotisq; deos ut liberi superstites sint defatigant.Testes etiam antiqui superstites appellarunt. Superstitio Latius regnes.ex media phia sumptũ.Arguunt enim præsertim stoici illum solum eẽ diuitẽ cui nihil desit.At uero auaro semper multa desunt:nunquã ergo erit diues.Contra uero qui animũ suum a cupiditatibus uendicauit ei quæcunq; assunt satis sunt. nam natura paucis minimisq; contenta est.ergo diues Omnis enim diues est cui nihil deest.nam ut ait Cicero:Animus hominis non archa diues appellanda est. hinc illud stoicorum paradoxon.omnes sapientes diuites esse.Item solos sapientes liberos esse:solos etiam reges.nam soli ipsi animũ ita ab omni perturbatione:ab omniq; nimia cupiditate coercent:ut et præsentibus fruantur: et absentia non requirãt:nulla libidine torqueant̃ nullis honoribus in transuersum trahant̃ nullas diuitias expectant.Quamobrem uerissimum est quod latius regnabimus. Domando spiritum.id est animum id est cohibendo illum intra rationis terminos:quos cum excedit indomitæ feræ similis effert̃ quasi uniuersæ lybiæ et hyspaniæ imperemus:nam nihil profuit Alexandro tot populis:ac nationibus imperare:cũ ipse iterĩ uino iræq; crudelissimis uilissimisq; dominis seruiret:et turpissimaꝶ uoluptatum turpissimus esset seruus. Spiritum.id est animum. Remotis gadibus.id est disiunctis ab ipsa libya.nam gades urbs est hyspaniæ non procul a calpe colonia tyriorum:ut Straboni placet.sed poeta pro hispania posuit quæ augusto freto ab aphrica diuiditur.sententia est quod latius imperium habebis si animũ a cupiditatibus coercueris:quam si tu coniungeres sub imperio tuo aphricam hispaniæ et uterq; pœnus uel aphricanus et hispaniensis:quia et in hispania chartago est:uel uterq;:id est orientalis et occidentalis. Crescit indul. Ratio quare ditior erit qui animo imperauit:quoniam nisi frenum cupiditatibus imponemus īfinitæ erũt ergo insatiabiles.ergo nunquã diues quia semper deerit aliquid:et probat hydropici exemplo:in quo quoniam infinita sitis excitatur q̃to plus bibit:tanto plus sitit:Hydropisis græcum uerbum latine subcutaneus morbus appellatur:quoniam sub cute aqua sit qua uenter turgescit:sic etiam et ab aqua grecæ denominatur:nam hydor aqua est. Sibi dirus.crudelis sibiipsi.nam potando sibi ipsi mortis causa est.Nec sitim pellit nisi causa morbi fugerit uenis.Nam queadmodum hydropico nunquam cessat sitis potando: nisi pellatur e uenis causa quæ sitim gignit:sic in nobis non satiatur auaritia.nisi pellatur ex animo infinita cupiditas habendi. Langor aquosus.ipse morbus qui aquam inducit unde fit languor in corpore. Albo.pallido:Persius.Turgidus hic epulis:atq; albo uentre lauatur.Langor proprie est defectio uirium et succi naturalis in corpore :hinc languere dicuntur herbæ quæ arescere incipiunt.sed et animi debilitatem defectumq; langorem dicimus. Phrahatẽ.hunc dicunt nonnulli a Marco antonio regno exutum :deinde suis uirtutibus ab Augusto restitutum.Alii referunt a parentibus destitutum et regno a principibus pulsum ad indorum philosophos bragmanas siue gymnosophistas accessisse et cum sapientia et doctrina multum profecisset:tandem a ciuibus qui suarum uirtutum fama moti sunt in patriam reuocatum et regno restitutum magna doctrinæ documenta dedisse.Ergo plus profuit regi uirtus q̃ opes aut diuitiæ.Ordo uero sit: Virtus beatum pro beatorum. Dissidens plebi.id est dissentiens a plebe.nam uirtus quæ recta sunt sentit :plebs autẽ ex īscitia falsa omnino

Eximit uirtus:populumq; falsis
Dedocet uti.

ACRON. Virtus beatoꝶ.i.sapiẽtia q̃ ñ ẽ apđ plebem dissidens numero plebis eximit phrahatem redditũ solio cyri et regnũ et tutũ diadema deferens uni.et propriam laurum dedocet:po-

Vocibus: regnum: & diadema tutum
Deferens uni: propriamq; laurum
Quisquis ingentes oculo irretorto
Spectat aceruos:

pulum uti falsis uocibus: quisquis scilicet spectat ingentes aceruos irretorto oculo. Nam quasi superiora exponēdo hic dicit. Eximit. effert. Dedocet. dedocere cupit: desuescit: aut dissuadet populum beatum dicer eum: qui diuitiis utatur aut certe loqui falsum propter hoc: q̄ factione eiect⁹ phrahates regno sit. Propriamq; laurum. pro laurea hoc est speciali gloria: quæ non uirtuti exercitus sed prudentis continentiæ debetur perpetua. Irretorto. inreflexo a iusticia uel a continentia oculo ad cupiditatem. Aceruos. pecuniæ cumulos. uir. Ac uelut ingentem formicæ farris acernū cū populāt.

POR. Populumq; falsis dedocet uti. dedocet pro dedocere cupit. id est dissuader populo beatum dicere eum qui regnum et diuitias possideat. quia falso hoc dicitur solummodo illum et diuitem & regem & securum esse affirmans qui diuitiis alienis non inuideat: nec eas concupiscat. Propriamq; laurum. laurū pro laurea: per hoc gloriam intelligimus. propriam autem perpetuam. Oculo irretorto. hoc est oculo nō inuidenti.

CHRI. Eximit phrahatē numero. id est e numero scilicet grege quia reddit illum egregium et remotū. A numero. enumerat iter paucos: et dedoce populum. id est ipsam stultam et ignaram plebem uti falsis s Dedocere autem cum remouemus ex homine quod prius didicerat et eum cōtrarium docemus. Falsi uocibus. falsis iudiciis. Deferens uni regnum: et diadema tutum. id est regnum cuius insigne est diadema et refert ad paradosum illud quod est omnes sapientes reges esse et eorum regnum tutum esse. Deferens ergo uni: id est soli sapienti. Nulla enim uis sapienti uirtutes quibus uere regnat eripere potest. Et propriam laurum. propriam uictoriam: et thriumphum. Nam laurum posuit pro laurea qua coronantur triumphantes: et dixit propriam laurum: quia nunquā a sapiente eripi potest huiuscemodi. Semper enim de uitiis tri umphat Vni quisqs. id est soli illi quicunq; is sit qui ingentes aceruos: id est grandes pecuniarum cumulos respicit. Oculo irretorto. id ē n̄ reflexo a iusticia ad cupiditatem. Est ergo sententia uirtutem facere eos reges qui propter cupiditatē auri non dimouentur a iustitia. orationis autē contextus est uirtus deferens regnū et diadema tutum et propriam laurum uni: id est illi soli quisquis spectat aceruos pecuniarum oculo irretorto. non enim uetamur spectare: id est cupere peccunias. utiles enim ad multa sunt. atq; illis multos subleuare possumus: Sed sunt ita spectandæ et cupiendæ: ut non propter illa uirtutes relinquamus. Diadema erat fascia linea: qua reges caput circunligabant. Nam διαδέω græce circunligo significat. Quapropter cum Pompeius propter ictum crus obligasset fascia audiuit a pretereunte plebeo mordax illud dictum: nihil interest qua parte corporis diadema ferat pompeius dummodo regnet: Ast alexander uehemēter suos offendit: cum post uictoriam habitam de persis deposito lineo simpliciq; diademate patrio persicum auro purpuraq; ornatum sumpsit.

Diadema

Ad bdellium. ode. iii.

a Equam memēto rebus in arduis
Seruare mētem nō secus in bonis
Ab insolenti temperatam
Lætitia moriture deli.
Seu mœstus omni tempore uixeris:
Seu te in remoto gramine per dies
Festos reclinatum bearis:
Interiore nota falerni:
Quo pinus ingens: albaq; populus
Vmbram hospitalem consociare amant
Ramis: quo obliquo laborat
Lympha fugax trepidare riuo.
Huc uina: & unguenta: & nimium breuis
Flores amœnæ ferre iube rosæ.
Dum res: & ætas: & sororum
Fila trium patiuntur atra.

ACRON a Equam memento. id est æqualem immutabilem habens semper moderationis ꝓpositum id est in aduersis talis sis: qualis i prosperis. Insolenti. immoderate lætam siue iconsuetam: moriendum enim est: seu tenax seu largus uixeris. Reclinatum. in bibendo resupinum et soluto a curis animo te beatum feceris. Interiore nota. f. in interiore enim uina reseruanda reponuntur quibus ad uetustatis indiciū et tempus conditum ascribitur. Quo pinus ingens. quæ magnitudine sua amœnitatem potantibus præstat. Albaq; populus. interiora enī populi folia alba sunt: ut bicolor cum populus umbra. Vmbram hospitalem. Refugium: ꝑptar æstum generaliter præstātem. Consociare. condensare: et opacam facere. Trepidare. festinare: ut Ne trepidate uiri. Huc. id est ad nemora. et pinus instrumenta conuiuii et uoluptatum parentur. Breuis. genitiuus ē. breuis autem cito transeuntis et temporalis: ut ipse superius. et breue lilium. Dum res. et ætas. patrimonium et iuuenta apta læticiæ. Fila trium. quæ mortem admoneant et minentur: ideo et atra Virgilius Extremaq; fila. laus heroicæ legis.

POR. Aequam memēto rebus ī arduis ſeruare mētē. hæc ode ad Qu. delium ſcripta eſt: de animi æqui tate ſubitis bonis non eē gaudendū nec malis deſperandū. ſed mediū tenorē ſequēdū. Moriture deli: ſeu mœſtus omni tēpore uixeris. Seu te ī remoto gramine p dies feſtos reclinatū bearis. In hoc cauſā oſtēdit cur æquo aīo uiuēdū ſit qm̄. ſ. moriendū ē. Et ſi laſciuus et largus uixeris: ſeu te ī remoto gramine hoc ē ī ſucceſ ſu nemoris. Reclinatum autem id eſt reſupinū recūbentē: ut ſolēt qui ſecutiores et ſoluto animo hoc fa/ ciunt. Interiore nota falerni. hoc eſt uetuſtiore. qm̄ interiores lagenæ ſolent eē quæ pri⁹ ſtipatæ ſūt. Quo obliquo laborat lympha fugax trepidare riuo. ſubaudiendū ſi ea non utimur. et eſt totū aduerbialiter di/ ctū: Huc uina et ungnēta et nimium breues flores ferre iube roſæ . ſ. ubi hoſpitalē conſociant pinus et po puli et ubi lympha fugax obliquo laborat trepidare riuo. Dū res & ætas et ſororꝝ fila nunc patiuntur atra hoc eſt dum eſt et unde et dū per ætatē hæc decet facere. et dum fata permittunt uiuere quæ atra fila mor/ tuoꝝ tractant. Et ſororū fila triū paciuntur atra. dum fila atra ſororum patiuntur inquit pro eo quod eſt dum ipſæ ſorores patiuntur. hoc eſt parcæ quorum fila ſunt atra.

CHRI. Aureum præceptum quo amicum monet ut utrāq; fortunam moderate ferat. Memento ſerua re. i. cōſeruare: mētē æquā: id eſt æqualē et in nullā partem iclinātem. neq; in mœrorem propter res aduer ſas: neq; in profuſam lætitiā propter fœlices. Socraticam igitur illam uultus æqualitatem ſemper ſeruet.

Temperatam. id eſt quod æquam: quia temperatus in nullum extremum labitur. Arduis. difficilibus. arduum enim ſignificat erectum: et quod accliue dicimus: hinc arduam appellamus uiam per quam aſcen ditur: et quia aſcenſus tendit ad alta dicimus arduum altum et erectum. Virgi. Arduus ad ſolem: et linguis micat ore triſulcis. et quia aſcenſus difficilis laborioſuſq; eſt arduum etiam difficile et laborioſum dicimus Ergo hic arduis difficilibus et duris. Qualis eſt orbitas: paupertas: exilium et ſimilia. In bonis. quæ proxi me dictis contraria ſunt. Ab inſolenti lætitia. a nimia lætitia quæ quoniā ex rebus proſperis prouenit nos inſolentes: id eſt ſuperbos reddit: ſed de lætitia: reliquiſq; perturbationibus: in quibus modum excedimus latius diſputabitur ī ſermonibus: atq; epiſtolis. Ergo ab inſolenti. l. i. a geſtienti. nā ut ait Sal. Quippe ſecun dæ res ſapientū animos fatigant: nedū illi corruptis moribus uictoriæ temperarent. Alii legunt īſolēti. i. nō ſolita et cōſueta. q. d. magna: quæ raro mortalibus euenit. Moriture. id eſt cui ſit omnino moriendum: ſi ue mœſtus uixeris ſiue lætus. Seu mœſtus. ſententia ē ſiue in rebus aduerſis ſiue in lætis uixeris moriturus es. proptereaq; indulge genio et a ſententia quā grauiſſime propoſuit paulatim in epicureā mollitiē labit.

Arduus

Seu bearis. pro beaueris: id eſt beatum feceris: et ſecundum epicureorum dogma loquitur: qui beatitudi nem in uoluptate corporis reponunt. Dies feſtos. nam in profeſtis feriis eſt incombēdū: et oſtendit etiam epicureos modum in uoluptatibus habere. Remoto. ſcilicet a frequentia hominum. nam omnibus palā hæc agenda non ſunt: uel dixit remoto ut magis ex arbitrio ſuo remoto arbitroꝝ pudore genio indulgere poſſit. Gramine. pro omni herba: cæterum gramen marti dicatum eſt quia ex humano cruore oriri credi tur et ī cæteris quidē locis illud exilibus foliis exire uidemus. In parnaſo uero: ut ait Plinius: Hederacea ſpe cie eſt floreq; odorato: atq; candido. Reclinatum. quaſi reſupinum ad bibendum et ſi locus iſte diligen/ ter annotetur: inueniemus uitā epicuream: quam ipſe ſectam olim tenuerat ad unguem deſcribi: nam po/ nit uoluptates ſed parabiles et faciles et præſcripto tēpore: quod epicurus fieri multis locis præcipit. Inte/ riore nota. antiqui ita uina in cellis condebant: ut quæ eſſent precioſiora: et ad longius tempus duratu/ ra interius reconderent: reliqua magis ad manus exponerent. præterea dolium notabant titulo quo et tem pus in quo conditum eſſet: et patriam uini deſcribebant. unde alibi: Chio nota ſi commixta falerni: et Iuue nalis: Cras bibet albanis aliquid de montibus: aut de ſetinis: cuius patriam titulumq; ſenectus Deleuit mul ta ueteris fuligine teſtæ. ergo interiore nota id eſt lagena in interiori parte poſita et in qua nota. id eſt titu/ lus ſit. Quo. in qua gramine et prato. Pinus. hæc enim matri deorum conſecrata eſt. Sola pinus cedrus capillata habet folia. Alba. quia frondes ſuæ internæ albæ ſunt. Arborem hanc herculi conſecrauit an tiquitas. Conſociare amant. At qui pinus campos deſiderat et populos fluuios. unde uir. Fraxinus in ſil/ uis: pulcherrima pinus in hortis. Populus in fluuiis abies in montibus altis. Sed et quia in campo pinus: et quia iuxta aquas populus aderat. Hoſpitalē. q̄ nobis gratū prebet hoſpitiū. Fugax. aquæ epitetū ē ſp. n. labitur. Obliquo. quaſi dicat flexuoſo: ut maiorem ſpectanti uoluptatem afferat. differt autem obliquū a tranſuerſo. nam in corpore quadrato obliquum eſt ab angulo ad angulum. Tranſuerſum uero a linea oppoſita ad aliam lineam. Breuis. non ad corpus roſæ: magnus enim flos eſt ſed quod ad tempus breue duret. Dū res. ſcilicet familiares: et ætas ſcilicet iuuenilis: nam ſenectus ineptior ad has uoluptates habe/ tur. poſuit igitur illa duo ſcilicet rem et ætatem: nam et re ueluti inſtrumento opus eſt: et ætate uiridiori quæ uoluptatum capax ſit. Sed quia interuentu mortis etiam hæc non proſunt addidit tertium ipſam mortem

Fila atra. propter mortem dixit atra: aliquando atra fila pro infœlici uita: ut alba pro fœlici ponuntur Iuuenalis: et pelago poſtq̄ parcæ meliora benigna Denſa manu ducūt ilares: et ſtaminis albi lanificæ. quo niam autem uita humana initium habet progreſſum et finem: hæc tria per tres parcas antiqui notauerunt Harum nomina ſunt Clotho: Lacheſis et Atropos. Clotho colum cum penſo geſtat: ut ſit ortus noſter qui materiā uiuēdi præbet. Lacheſis āt filū ex penſo ducit. Id enī eſt tempus illud qd̄ ad uiuēdū ſortiti ſum⁹. unā ipſa ab eo qd̄ ē λαΥχάνω Id eſt ſortior nomē ſumpſit. Tertia uero filum iam a lacheſi ductū obtrūcat: qa

Parcæ

abrumpit uitam:mortemq; affert. Ex quo atropos quasi αρεῦ τροπον. id ē sine cōuersione dicitur: quia imutabilis iflexibilisq; ē mors: nulli eni parcit. Hinc Vir. Ignoscenda quidem scirent si ignoscere manes. Seruius autē dicit ex iis unā loqui: alterā scribere: tertiā fila deducere. additq; dictas parcas p contrariū sermonem: quoniā nemini parcant: Aulus autem Gelius refert tribus fatis tria nomina esse: et primā dici parcam a parendo: secundam nonam: tertiā uero decimā. quoniā aut nono aut decimo mense pariantur homines Cesellius autem uindex parcarum ponit tria nomina: scilicet: nonam: decimam: et mortam: producitq; Liuii poetæ uersum: Quando dies aduenit quam pro fata morta est. Parcas alii dicunt fuisse filias Demogorgonis. alii noctis. alii. quibus assentitur Cicero in libris de natura deorum Herebi & noctis filias dicunt.

Cædes coemptis saltibus: & domo
Villaq;: flauus quam tyberis lauit
Cædes: extructis in altum
Diuitiis potietur hæres
Diues ne prisco natus ab inacho
Nil interest an pauper: & infima
Degente sub diuo moreris
Victima nil miserantis orci.
Omnes eodem cogimur: omnium
Versatur urna serius ocius
Sors exitura: & nos in æternum
Exilium impositura cymbæ

ACRON. Cædes coemptis. s. e. d. omnibus diuitiis. et amœnitate nisi in usu sint carēdū morte dicit: ut Iuue. Dum tamen a figulis munitam intrauerit urbē Sarcophago contentus erit. Et Terrentius. Dum uixit: bene uixit. Extructis. compositis. ut qui forte tapetibus altis extructus. In altum. mare iactis opibus extructis in altum ædificiis potietur. hæc est conclusio sensus: cum diuitiis usus non fueris tuis relictis heredes utentur. Diues ne. p. n. ab inacho. nihil interest post mortem: utrum diues sis et generosus: an pauper et humilis genere. Inachū autem pro nobilitate generis posuit. Rex enim argiuorum Inach[9] nobilissimus fuit a quo et fluuius quia in ipso mortuus est nomē accepit. unde et uir. pro nobilitate

Inachus Et turno si prima domus repetatur origo: Inach[9] acrisiusq; pater. et Iuue. De quocunq; uoles proauum tibi sumito. Sub diuo moreris. supra. n. inter diuitias et domū dixerat iō hic sub diuo posuit pauperis mansionē. Nil miserantis horci. implacabilis. Virgilius: Ignoscenda quidem: scirent si ignoscere manes. Cogimur. cōpellimur ut: Tityre coge pecus. Versat' urna. aut ubi fatū et cōditio uitæ uersatur a ut urna ubi cineres colligebant ut Luca. Numqui plenas plangemus ad urnas. Hic autem poetice eper urnā quasi sorte ad mortem ductos rapi duxit. ut Virgilius. Quæsitor minos urnam mouet. Sors. ideo sortem quia urnam dixerat. ordo est. Sors omnium exitura serius uel ocins et nos impositura cymbæ in æternum exilium uersatur in urna. Impositura cymbæ uidelicet impositura est nos. ut in æternum dirigat exilium. Cymbæ. naui charontis.

POR. Et extructis in altum diuitiis potietur hæres. hoc est quas tu in altum extruxeris ac p hoc magnas amplasq; feceris. Diues ne prisco natus ab inacho. utrum diues inquit et generosus sis an pauper et ignobilis nihil interest. Sub diuo moreris. sub cælo agas ac per hoc uiuas. Omnium uersatur urna. poetice hoc quasi sorte. s. ducti ad mortem. Impositura cymbæ. s. qua charon umbras sepultorum per acherontem. In ulteriora inferorum scilicet transfert et hoc poetice.

CHRI. Saltibus. saltus alii dicūt loca arboribus expedita: quia facile in his saltetur. alii dicunt loca esse

Saltus siluis circundata. alii loca angusta et abscisa inter colles. Vir. Cum pater æneas saltus ingressus apertos. Videnturq; apti uenationi. Vnde nec saltus desunt illis. nec lustra ferarum. enumerat autem hic cuncta quæ diuitē reddere possint. Extructis. cōpositis. uir. Qui forte tapetib[9] altis extructus toto perlabat pectore somnum. Potietur hæres. Ergo non tibi: sed illi laboras. Prisco. sententia est: neq; post mortē proderint tibi accumulatæ pecuniæ: neq; in uita causa erunt ne moriaris: quia mors nobilibus ignobilibusq;: et pauperi ac diuiti cōmunis est. Inachus autē pro nobili ponitur quia huius posteri per multa sæcula durarūt: Inachus ãt oceani et terræ filius in fabulis traditur. Hic argis regnauit quo tempore apud hebreos floruit Isac abrae filius. Pauper. et in. d. duas fortunæ iniurias ponit: quas uulgus maximas putat q & pauper sit et ignobilis.

Victima Hostia Sub diuo. sub aere quasi sine domo. Victima. ueluti uictima: quæ plutoni mactetur. Seruius uictimam ait esse quæ diis pro hostibus deuictis sacrificatur: Hostiā autem quæ sacrificatur cum sit contra hostes eundum. ergo uictima gratias referimus pro beneficio accepto. Hostia ut illud accipiamus precamur. tamen Ouidius ait. Victima quod dextra cecidit uictrice uocatur. Hostibus a domitis hostia nomen habet. Seri[9] urna. poetice quasi dicat sorte ex urna educta moriantur homines: Erat romæ consuetudo propter infinitas pene causas: ut oium litigātiū noia i urnā coniicerēt: et sorte ide educerēt: et qb[9] prio sortes euenirēt illi prius audiebāt: eorumq; lites decidebantur. Iuue. Expectand[9] erit qui lites inchoet annus. hoc ergo et uir. ad inferorū iudicia rettulit: cū dixit: urnam mouet ille silentū. Conciliumq; uocat uitasq; et cria discit. Hoc

nunc ad diuersa moriendi tempora rettulit Horatius. Versatur sors urnæ.id est in urna:id est uersantur et cōmiscentur nomina: ut deinde non electione:sed sorte nomina eorum qui morituri sunt educantur. Cymbæ.qua charon animas acherontē flauiū traducit. Vir. Potentior has horrēdus aquas et flumina ser uat Terribili squalore charon.sed nos in nostris allegoriis in maronē scriptis quid sibi illa omnia uelit si ñ scientissime tamen diligentissime demonstrauimus.ordo ē. Sors exitura et nos impositura cymbæ in æter num exilium uersatur urna aut serius aut citius.

Ad Xanthium de amore ancillæ ode. iiii.

n E sit ancillæ tibi amor pudori
Xanthiæ phoceu: prius insolētem
Serua brisæis niueo colore
Mouit achillem
Mouit aiacem telamone natum
Forma captiuæ dominum tegmessæ.
Arsit atrides medio in triumpho
Virgine rapta:

ACRON

n E sit ancillæ tibi.a.p.asserit hac ode ancillæ amorē dño erubescēdū ñ esse:et ducū ponit exēpla quibus turpitudini datū nō sit in amorē trahi forma captiuaꝝ. Insolentē. fatoꝝ suoꝝ et uictoriæ superbia elatū ut ipse supius ex ercitus insolēs. Serua. bello ancilia:ut olli serua datur opeꝝ haud ignara mineruæ. Niueo colo re.digna amoris pulchritudinem:ut et erat tū dignus amari. Mouit aiacē. Innata .n. uoluptate anim⁹ mouet:& proprie motus libidinis ē. Te lamone.iō telamone natum:quia fuit alius oilei. de quo uir. Et furias aiacis oilei. Forma. speciali ter forma pro pulchritudine ponitur:ut Formæ conscia coniunx. Medio i triūpho.aut ī medio belli tempore aut in medio ipso bello uacuū illi fuisse etiā in periculis amare:quod tamen posuit cū animus spe thriūphi ad aliū amorē incendi non posset. Virgine rapta.ut briseidem dicit aut criseidē sacerdotis filiā.sed magis cassādra intelligitur: quæ habuit sorte agamemnonem dominum.

POR. Ne sit ancillæ tibi amor pudori.ad xanthium phoceum hæc ode dicit de amore phillidis non eē dño ancillæ affectū erubescēdum. Prius insolentē serua bryseis niueo colore mouit Achillem. Insolentē hic superbum:arrogantē accipe. Alioquin insolens crudelis dicitur:superbiæ autē Achillis uir.quoq; meminit cum de pyrrho filio eius loquitur ita. Stirpis achilleæ fastus. Arsit atrides medio in triūpho uirgine rapta.medio in triumpho id est in ipsa uictoria capta troia quæsita. Insolens

CHRI. Ne sit res amatoria et argumētū comicū in quo ꝓbabat exemplo achillis non oporteret pudere Xanthiū amoris ancillaris. Amor ancillæ ne sit tibi pudori.id ē ne pudeat eē uertēdū tibi ad ignominiā Ancilla.serua et teste Seruio dicitur ex an antiqua præpositione ꝙ circum significat et cillo meueo:unde et forcillæ ꝙ illis in area fruges moueantur:et oscilla quod ore cillantur.i.moueantur.sic ancillæ: quia circa dominiū ut illi administrēt crebro moueantur. Festus tamen ancillas dictas uult ab Anco rege:quod is in bello magno fœminaꝝ numerū cœperat:uel ꝙ prisci anculare dicebant ministrare:ex quo dii deæq; co li dicuntur:qbus anculi et anculæ nomina sint. Xāthiæ puto eē potius q̄ xanthia ut non sit nomē phocei sed phillidis quæ dicat phillis xanthia quasi flaua Χάντοσ.enī græce flauus ē. Phoceu.uocariu⁹ græcus a nominatiuo remoto φοκεῦσ φοκεῦ prius insolentē arguit ab auctoritate:qui locus plurimū ualet apud indoctos:q subtilioꝝ rationū capaces nō sūt:et est argumentū a maiori.nā si non puduit achillē tantum uirū ancillā amare:multo minus te pudere oportet.sed de briseide in superioribus dictum est. Niueo colo r̄. pro niuei coloris per anthitosim.sic uir. Bina manu lato crispans hastilia ferro.id est lati ferri:uel uicit achillē niueo colore. Mouit aiacē.t.n.ad differētiā alterius aiacis:q filius oilei fuit:sic et uir.ad differētiā hui⁹ dixit: Et furias aiacis oili. Ex Eaco āt nat⁹ ē thelamō et pele⁹ thelamō aiacē:et peleus achillē genuit:de quib⁹ in superioribus diximus. Pugnauit autem aiax cum Hectore singulari certamine et cum interuentu noctis æquo marte dicessissent mutuis:sed infœlicissimis muneribus se donarunt. Hector enim baltheum accepit quo alligatum deinde illum achilles ter circum mœnia patriæ ut priamo horrendum esset spectaculum traxit. aiax autem ab eo accepit gladium quo seipsum interemit. Tegmessæ.nomen captiuæ quam amauit aiax. Medio ī triūpho. in media uictoria in qua agamennoni ex sorte Cassandra serua euenit: de qua potius quam de Chryseide uidetur intelligendum:qua multo ante expugnatam troiam potitus est. Alii legunt in medio triumpho:id est in medio tempore belli:et tunc de Chryseide recte intelligemus.sed non quadrat hæc sententia cum sequentibus in quibus troiæ captiuitas demonstratur.

Ancilla forcillæ oscilla Anculae

Aiax

Barbaræ postquam cecidere turmæ
Thessalo uictore: & ademptus hector

ACRON

ACRON. Thessalo uictorie .potuit intelligi pyrrho qui excidio iterfuit troiæ.sed quia sub didit ademptus hector achillem significat fuisse. Fessis.scilicet bello longo ueluti morte hectoris troia sit tradita. Leuiora. ībecilliora:ut decimū quos distulit Hector in annum. Beati.beatos

Tradidit fessis leuiora tolli
Pergama grais
Nescias an te generum beati
Phyllidis flaue decorent parentes
Regium certe genus & penates
Mœret iniquos
Crede non illam tibi de scelesta
Plebe dilectam: neq; sic fidelem
Sic lucro aduersam potuisse nasci
Matre pudenda
Brachia & uultum teretesq; suras
Integer laudo: fuge suspicari
Cuius octauum trepidauit ætas
Claudere lustrum:

delectã

Auersã

nobiles dixit.neq;.n.beati esse poterant quorum erat filia captiua. Phyllidis flauæ. phyllis.n.capta fuit. Mœret.q nihil ei profuerit:ut seruitutẽ uitaret.tristis recordatione sui generis:ut Qualis populea mœret philomena sub umbra. Auersã.abhorrentẽ fraudẽ:et pecuniã:ut auersa deæ mens et diua solo fixos oculos auersa tenebat:ut parentum merita ex habitu et moribus colligat ut Vir.Quẽ sese ore ferẽs quã forti pectore et armis. Pudenda.erubescẽda. Integer.castus:et q aut securus pulchritudinẽ laudat corporis. quia animi ante laudauit:aut certe de quo iã etiã ætas nihil obscœnũ faceret suspicari. Cuius octauũ. quadraginta annos dixit. quadragesimũ.n.uoluit significare:ut Vir. Veniet lustris labentibus ætas. Trepidauit.festiauit:ut Ne trepidate uiri.

POR. Barbaræ postq̃ cecidere turmæ Thessalo uictore.poterat accipi Neoptolemus qui interfuit excidio troiæ. Sed cum subiiciat et ademptus Hector ad achillẽ reuocauit omnẽ excidii troiæ casum. Leuiora tolli pergama graiis.leuiora.s.facta pergama id ẽ imbecilliora extincto hectore. Nescias an te generum beati phillidis flauæ decorẽt parentes. posse aũt fieri ait et hæc regii generis sit.unde intelligere debem⁹ phillidẽ captiuam esse.sic eni se habẽt et hæc quæ subiiciuntur. Regium certe genus et penates:Brachia et uultus teretesq; suras.eleganter cum puellæ pulchritudinẽ laudaret ne suspectus haberet in amorẽ eius adiecit. Integer laudo fuge suspicari. Cuius octauũ træpidauit ætas claudere lustrum.Grate quadraginta ætatis annos se excessisse ostendit. Octo enim lustra:octo quinquẽnia quadraginta annos.s. claudunt.Quæ ætas uidetur iam amori esse aliena.

Turma CHRI. Turmæ.pars pro toto posita est.Turma enim ex triginta equitibus fiebat:et qui illi præerat decurio appellabatur. dicitur autẽ turma per onomatopiã a strepitu equinaꝝ ungularum terrã pulsantium:uel a terẽda terra. Thessalo ui.Achillem intelligit qui ex thessaliæ urbe larissa siue phthia fuit.Victorem autem dixit non qui urbem expugnarit:nã iam occisus fuerat:sed qui Hectorem interfecit:quo uiuente nunquam capi potuisset troia aut referas ad pyrrhum Achillis filium.Nam cũ essent fata nisi ex æacidarum genere aliquis interesset nõ posse capi troiã:fuit causa Pyrrhus q caperetur:sed magis quadrat prior sententia: quoniam statim sequitur et ademptus hector quasi dicat ille urbem expugnauit:qui troianis hectorem ademit qm̃ hector sic adẽptus tradidit pgama leuiora tolli.i. faciliora ad tollendũ.nã ab eo quod ẽ ἔχομαι.i.hẽo et defẽdo dict⁹ ẽ hector q̃si defẽsor. Tradidit.i.morte sua hoc euenit icõmodũ. Fessis.decennali bello et grauib⁹ ᵽliis ab hectore editis. Nescias an te.occurrit iis q̃ obicii possint.diceret.n.ille q̃ memoratæ sũt puellæ q̃uis captiuæ essent tamen ex regia stirpe fuerunt.Itaq; addit poeta hanc quoq; nobilem eẽ.Hoc autẽ ñ probat testimonio:quoniam illo caret:sed probat a luctu puellæ et amoribus qui non seruiles:sed ĩgenui regiiq; sint. Beati.nobiles et diuites.nã beati esse non possunt:qui filiã in captiuitatẽ habeant. Regium ge.id est parentes regios. Et penates iniquos.id est deos in quoꝝ custodia erat qui iniqui irritiq; illi sint:qa in seruitutẽ abduci permiserint.Penates autem proprii romanoꝝ dii erãt:sed q sint uaria opinio ẽ.Nigidius eni requirit num sint dii troianorum Apollo et neptunnus:qui mœnia illis condiderũt.et num in italiã illos æneas duxerit.Idemq; affirmat Cornelius labeo:quod exprimere uolens Maro dixit.Taurum neptũno taurũ tibi pulcher apollo.Varro autem refert dardanum ex samothracia in phrygiã et æneã ex phrygia ĩ italiã penates detulisse.Sed q sint ñ exprimit:sed q diligentius quærũt dicũt penates eẽ ꝑ quos penitus spiramus ꝑ quos habemus corp⁹ ꝑ quos aĩ ratiõem possidem⁹ id ẽ mediũ æthera iouẽ.Imũ aera cũ terra iunonẽ et sũmũ ætheris cacumen mineruã.Afferũtq; ei⁹ rei argumẽtũ q Tarqni⁹ priscus mysticis samothracũ sacris ĩbut⁹ sub eodẽ tẽplo eadẽ tria numina haberet.Cassius uero emina dicit eosdẽ eẽ samothracũ deos:et penates romanoꝝ magnosq; deos appellari .hic uir. Cũ sociis natoq; penatib⁹ et magnis diis.uestã ẽt aut de numero penatũ:aut illoꝝ comitẽ eẽ uolũt.Hygin⁹ addit penates uocari deos patrios:hinc Maro:Dii patrii seruate domũ:seruate nepotẽ.Ergo in hoc loco penates iniquos:id ẽ deos iratos: Sed qm̃ penates ꝑ domo scilicet in qua seruit nobili fœminæ: seruilia ĩponat. Crede.cõiectura ẽ ab eo quod solet eẽ. nã q̃ ex plebe sunt ñ solent iis morib⁹ eẽ qb⁹ ẽ phillis. Scelesta.apd quã minor ẽ cura pudicitiæ. Dilectã.amatam uel dilectã.i.electã:ut ostendat q non temere amat seruã mulierẽ:sed eã quam ratione elegit.neq; uerisimile uidetur:q ex matre pudenda.i.ex matre ipudica cuius filiã pudere deberet nata sit illa q̃ fidelis.i. q̃ fidẽ in amore seruet:et aduersa lucro.i.q̃ ñ cædat lucro: neq; pecunia corrũpat. per multi enim referre uidetur q bus quisq; parẽtibus natus sit:et ubi educatus. uñ Iuuena. Scilicet expectas ut tradat mater honestos atq; ali-

Penates

osmores.q̄ quos habet utile porro filiolā turpi uetulæ producere turpē. Teretesq̧ suras. Sura pars posteriorē cruris. Est enim tibia os. Sura caro posterior. Crus uero ex sura et tibia constat: diciturq̧ crus quia illo curramus. Est aūt laus in muliere: ut suræ minime turgescant sed teretes sint. Integer laudo. cum præferat iudicium suū de pulchritudine puellæ cōparat sibi fidē q̄ integer sit neq̧ amore illius corruptus iudicat: ergo ex ratione & nō ex perturbatione & ut ille omnē suspitionē deponat dicit nō esse sibi de se suspicādū: quia cum antea uirtutes laudarit integer pulchritudinē laudat præsertim cum iam quadragenarius sit: in qua ætate cupiditates iam rationi cedunt. Aetas trepidauit. id est properauit: claudere finire octauum lustrū: id est quadragesimū ānū. Erat eni lustrū quīque annorū: nā quinto quoq; āno cēsores cēsū iponebāt & urbē lustrabāt: id est sacris purgabāt: idq̧ erat lustrū cōdere. De hoc. Vir. Veniet lustris labētibus ætas.

Docet non esse properandum ad uirginis osculum. Ode. v.

Nondū subacta ferre iugū ualet
Ceruice: nondū munia comparis
Aequare: nec tauri ruentis
In uenerem tolerare pondus.
Circa uirentis est animus tuæ
Campos iuuencæ: nunc fluuiis grauem
Solantis æstum: nunc in udo
Ludere cum uitulis salicto

Nondum subacta ferre iugum ualet. Incertū est: quem alloquatur hac ode: utrū amicorum aliquē: an seipsum. agit tamē ut reuocet intemperatā mentē a cupiditate & a desiderio uirginis immaturæ. quā cōparat per allegoriam iuuencæ & a translatione incipit dicendo: iugum eā coniunctionis ferre nō posse: nec tauri tolerare pondus ut designatiōe pecudis ihabilem mōstraret uiro: significans eam ita nullo adhuc calore ætatis sollicitari: ut soli esset ludo dedita. Munia. obsequia: lege debita: q̄ uult intelligi de iplēdo uxoris officio. Aequare. pari affectu ferre: ut æquatq̧ sicheus amorē. Circa u. circa ludos tātū non adhuc nubilē cōpēsare sapit ætatē. Solātis. recreātis. ut Vir. Pasiphaen niuei solat amore iuuenci. Ordo est: nunc est animus tuæ iuuencæ solantis grauem æstum fluuiis circa uirentes campos nunc est animus tuæ iuuencæ ludere cum uitulis in udo salicto — ACRON

POR. Nōdum subacta ferre iugum ualet ceruice. hac ode allegoricos cum eo agit: qui ihabilem adhuc uiro puellā persequit: quæ lusus magis q̄ rerum uenerearum cupida sit. Nondum munia comparis æquare. eleganter quia de iugo ferēdo loquitur qđ de cōiugio itelligi uult. Nūc fluuiis grauē solantis æstū. qđ significat refrigerantis. Solari æstū pro refrigerare gratissime dicitur. Nunc in udo ludere cum uitulis. dicendo uitulis intelligi uult cum pueris.

CHRI. Nōdum subacta. Rē turpiusculā allegoria honesta: admonetq̧ sodalem: ne eam quæ adhuc uiripotens non sit tangat per cōparationem iuuencæ quæ nondū taurū ferre queat. Nondū tua iuuenca ualet ferre iugum subacta ceruice. id est domita ceruice. Iugum dicitur quo iumēta iūgūtur. Item sūma mōtium iuga appellarūt. Vir. Dū iuga montis aper fluuios dum piscis amabit. iugū etiam unde lances pēdet. item in uitibus dicimus iuga quibus uites iungūtur. In nauibus quoq̧ iuga sedilia quæ transtra etiā appellant. Virgilius. Inde alias animas quæ per iuga longa sedebāt deturbat. Postremo & apud antiquos sub iugum mittebantur uicti milites. Duabus enim hastis relicto inter se spatio humi affixis tertia superimponebatur: illāq̧ demisso capite uictos subire cogebant. Munia. munera. Munus singularē numerū habet: & significat donū & officium Munia aūt officia solū & maxime quæ publice præstantur. Hinc imunes dicunturq̄ uel ætate uel alio priuilegio p̄stare mūia nō tenētur. Neq̧ singularē habet hoc nomē neq̧ i plurali aliter cadit. Comparis eni cōiugii munus ē cōmisceri ad liberos procreādos. Subacta aūt a subigēdo. Subigere aūt aliquādo est ex subsū antiqua præpositiōe: quæ sursū significat: & tunc est extollere & impellere. Vir. Ipse ratē conto subigit uelisq̧ mīstrat. Aliquando est a sub & significat excolere. Vir. Ante iouem nulli subigebāt arua coloni. Itē acuere. Idē subigūtq; in cote secures. Itē subiugare. Idem. Ternaq̧ transierant rutulis hiberna subactis. Item cogere. Idē. Castigatq̧ auditq̧ dolos subigitq̧ fateri. Et terrā excultā subactā dicimus: similiter ingeniū subactū: id est doctrina excultum appellamus. Aequare. quasi dicat æquā operā reddere. Virgilius. Aequatq̧ sichæus amorē. Circa campos est animus tuæ iuuencæ. Non discedit ab allegoria: ut ponat iuuencā pro puella: & campos quibus delectatur iuuenca pro uoluptate edendi & pro ludo. Vdo. quia salicta prata irrigua & flumini uicina adamāt. Salicto. locū significat salicibus cōsertū. Salices aūt dicūtur a saliendo: quia saliunt. i. breui surgūt & crescunt. Cum autē a quercu dicamus quercetū: a pinu pinetū: ab æsculo æsculetū: sic a salice debet etiam esse salicetum: sed per syncopam salictum proferimus. Cum uitulis. & non cum tauris: quia nōdum uenerem nouit.

Iugum

Munia

Subigere

Prægestientis: tolle cupidinem
Immitis uuæ: iam tibi liuidos

ACRON. Prægestientis. properantis: crescētis. Immitis uuæ. quia omnes uuæ donec sunt liuidæ semper non sunt maturæ: sed autumnus distinguet dum incipient maturescere. Distin-

Distinguet autumnus racemos
Purpureo uarius colore.
Iam te sequetur: curret enim ferox
Aetas: & illi: quos tibi dempserit
Apponet annos. iam proterua
Fronte petet lalage maritum
Dilecta quantum non pholoe fugax
Non cloris: albo sic humero nitens:
Vt pura nocturno renidet
Luna mari: gnidiusq; gyges.
Quem si puellarum insereres choro:
Mire sagaces falleret hospites
Discrimen obscurum solutis
Crinibus ambiguoq; uultu:

guet autumnus. per autumni tẽpus uidemiæ ad colligendum aptæ per tráslatõem maturitatẽ expectãdam demonstrat ætatis. Iam te sequetur. non est longum expectare aptã puellæ ætatẽ ad consentiendum faciliorem. Curret enim ferox ætas. adolescentia autem prona & labilis ẽ i mulieribus: ideo ferox dixit: aut quæ ferre ualet uirum. Apponet annos. p uiribus & ætatis flore dixit annos: quia iam per senium minuerentur: illi augerentur. Pholoe fugax. nomina pro exemplo posuit: quæ dũ ante uiros uitasset: postea obscœnarum uitam elegere mulierũ. Vt pura. habens in sereno integrũ lumen: ut uir. Splẽdet tremulo sub lumine pontus. Gnidiusq; gyges. nomẽ pueri pulchri de gnido insula ueneri dedicata: ut ipse superius. O uenus regina gnidi paphiq;. huius pueri formam laudat in carmine suo. Falleret hospites. aduenas quia sexum ex similitudine non nossent.

POR. Tolle cupidinem ĩmitis uuæ. Trãsit in allegoriã ĩmaturæ uuæ cõparãs uiriditatẽ adhuc puellæ uirginitati. Distĩguet autũnus racemos: hoc ẽ nigrorẽ maturitatis uariabit. uidemus. n. racemos cũ prĩo nigrẽscere incipiunt nõ oẽs simul ac uuas colorari. Curret enim ferox ætas & illi quos tibi dempserit apponet annos. hic pro uiribus ad florẽ ætatis accipe. Sic enim se habet sensus: quantum tibi urgente iam iuuentute uirium decerpserit: tantum nunc illi cura maxima florescenti accedet. Non pholoe fugax. Quæ uiros fugeret. Albo sic humero nitẽs. p candido. Dilecta quantum non pholoe fugax Nõ cloris. dilecta generaliter accipe a quocunq; qui eam uiderit dilecta & utiq; propter pulchritudinem: quam in eo prædicat præferendo Clori di & pholoe quas æque pulcherrimas fuisse intelligendum. Gnidiusq; gyges. de huius pueri pulchritudine etiam Ouidius locutus est. Mire sagaces falleret hospites discrimẽ obscurum solutis crinibus Ambiguoq; uultu. suauiter hic hospites pro ignotis dicit. Hoc est qui ipsum puerum non nossent. Sic enim falli possint obscuro sexus discrimine: Et ambiguo uultu. Sagacis. quãuis sagacis discrimẽ obscurum: solutis crinibus ãbiguoq; uultu. obscurum discrimen sexus. s. obscurabat autem per crines solutos.

CHRI. Prægestientis. uehementer cupientis. Gestire enim est cum rem adeo uehementer cupimus: ut corporis gestus id exprimentes cõtinere non ualeamus. Immitis. acerbæ. mutat allegoriam: sed idem sẽtit: ergo ne uelis uesci uuis acerbis: cum paulopost autumnus distincturus sit racemos purpureo colore: id est incipient in autumno uuæ maturescere. Non ergo properandum ẽ in ea re quæ paulopost uentura sit. Iam te sequetur. quæ nũc acerbitate ætatis te refugit paulopost matura ultro petet te. Curret. fœmininus fœtus ĩ matris utero tardius perficitur: quoniam materia ex qua fit humidior & liquidior ẽ: & ppter hoc serius retinet formam. Cum aũt in lucem est fœmineus partus propter eandem abundantiã humoris citius crescit & celerius ad maturitatem perducitur: efficiturq; uiripotens duodecimo anno cũ masculus non nisi quartodecimo rem patrare possit. Annos quos tibi dempserit. id est constituet illã ĩ eõ flore in quo tu nunc es: qui flos paulatim in te minuetur: ergo addet ætas illi id robur quod tibi demet. Proterua fronte. in fronte dicunt esse pudorem: pudori frontem dedicatã esse uolunt. ergo proterua fronte: id est petulanti: ut ostendat illam iam pudorem abiecisse. Contra de didone. Vir. Tum breuiter dido uultum demissa profatur. Lalage. uel de qua in superioribus dixit uel alia. Albo humero. ut in superioribus. Nube cãdentes humeros amictus. Nitens. resplemdens. Sic restitit æneas: puraq; in luce refulsit. Pholoe. quam Cyrus amabat: sed ab ea spernebatur. Fugax. Sũmam semper copiam uerbale ĩ ax denotat. unde bibax. id est qui copiosissime bibit: sic uerax multo plus est quam uerus. Renidet. resplẽdet. Sic alibi: renidet ĩ æde lacunar. Vt pura. queadmodũ luna pura. id est nulla nube ĩpediat resplendet ĩ mari nocturno. i. ipsa nocturno tẽpore resplẽdet ĩ mari: nã si ĩ aqua limpida trãquillaq; lunã cõspicias splẽdida omnino apparet. Possumus etiam per hypallagẽ proferre: mare renidet luna nocturna: nã ex eius lumine repercussũ uehemẽter splẽdet. Gyges. nomẽ pulcherrimi pueri. Gnidius. ex gnido insula de qua Ouidius. Piscosãq; gnidon grauidãq; amathũta metallis. Quẽ. s. gygem si tu admisceas puellis aut canẽtibus aut saltantibus falleret id est deciperet non nos ciues: qui illum cognoscimus: sed hospites: qui quoniam peregrini sunt non hactenus uiderunt: nunc autem cum tanta illi uirginea facie similitudo cum puellis sit poterit haberi pro puella ab hospite etiam si mire sagax: id est solers & acutus ad inuestigandum sit: Id enim significat sagax quod nomen nonnulli putant esse a saga. Sagas autem ueneficas quæ canti

Sagax

bus herbisq; pollent ad humanas mentes peruertendas:& alia supra naturam facienda appellamus. Ego puto esse uerbum sagire.unde fiat presagire quod significet callide sentire:& ide sagax:unde & canes odorisecos sagaces appellamus. Vel dixit hospites quasi domesticos:ut etiam eos qui eandem domum habitent fallere possit. Discrimen obscurũ.id est nõ intellectum & non cognitum. Est quidem discrimẽ:id est differentia inter puerum & puellam:sed in hoc puero adeo obscurum latensq; erat ut uix cognosci posset: & quia crinibus utebatur longis solitisq; puellæ:& quia erat illi facies adeo ambigua:ut icertum esset puella an puer uideretur. Suntq; hæc educta de achille inter uirgines licomedis latitante.

Ad septimum. Ode.v.

Septimi gades aditure mecum: &
Cãtabrũ idoctũ iuga ferre nrã: &
Barbaras syrtes ubi maura semper
Aestuat unda:

Septimi. Septimium equitem romanũ amicum & cõmilitonẽ suum hac ode alloquitur cui se tanta gratiæ necessitudine fatetur astrictum:ut si uelit ad ultimas mundi nationes ire secum eo promittat posse.hortatur tamen ut loca gratissima sibi eligat tyburis & tarenti:quorum & amœnitatem laudat. Gades.insulæ sũt hispaniæ in ultimam partem oceani. Cantabrũ.cãtabri gẽs hispaniæ:siue galliæ:nec dum a ro. uicta de qua luca. Si tibi durus hiber uel si tibi terga dedisset cantaber:hanc augustus postea superauit. Barbaras. inhospitales propter icertũ maris. Syrtes.loca sunt habitatione remota. Vir.& numidæ infreni cingunt & inhospita syrtis. Vbi maura semper. propter africanam addidit maura.quia utraq; libya dicicitur. ACRON

POR. Septimi Gades aditure mecum. Hac ode septimium equitem romanum commilitonem suum alloquitur:qua testãtur gratissima sibi loca esse tyburi & tarenti. Cantabrũ indoctũ iuga ferre nostra. Aparet cantabros q̃ est gens Galaciæ illo adhuc tẽpore indomitos fuisse. Cum dicit cantabrum indoctũ iuga ferre nostra. Septimi gades aditure mecum.gades oppidũ a pœnis cõditum ut supra ostẽdimus. Vbi maura sẽp æstuat unda.maura hic ꝓ africa απλωσ dicitur.s.q; tã africa q̃ mauritania generaliter libya dr̃.

CHRI. Septimi gades.ad amicũ scribit & agrum suum laudat:ut illi applaudat:Gratissimum enim homini ẽ ut id laudemus quo ipse maxime delectetur. Septimi gades aditure mecum.ostendit quantum a septimo ametur. Et occulte demonstrat qui uerus amicus sit eum nullum laborem nullumq; periculũ amici causa recusaturum:Sed illum & in longinquissima loca ut gades sũt:& in periculossima:ut syrtes prædicant propter naufragia:& in cantabros propter illius gentis crudelitatem iturum. De gadibus autem in ultima hispaniæ insula & de syrtibus dictum est. Cantabri uero populi sunt hispaniæ in mediterraneis per quos fluit hiberus ferocissimi qui nunquam ante augustum populo romano pacati seruierunt. Ipse tandẽ subiugauit. Vnde in sequentibus. Seruit hispanæ uetus hostis oræ Cantaber sera domitus cathena. Indoctum.quoniam nondum sint assueti imperio romano. Maura unda.quia sunt i mari mauritano. Aestuat.quia assidua reuolutione harenarum semper ueluti feruens exaundat.

Tibur argeo positum colono
Sit meæ sedes utinam senectæ
Sit modus lasso maris: & uiarum:
Militiæq;.
Vnde si parcæ prohibent iniquæ:

ACRON. Sit.m.modum finem dixit laborum ut eadem domo & senectam ageret: & uitã finiret. Galesi.galesus fluuius est iuxta tarẽtum ubi ꝓ pasturæ copia uel dulcedine maiores ouibus lanæ sunt:de quo. Vir. Qua niger humectat flauẽtia culta galesus. Vnde. a quo.i. a tibure. Galesus

Regnata.participium est sine uerbi substantia ut Vir. Thraces arant acri quondã regnata Lycurgo. Phalãto. Phalantus lacædemonius fuit eiectus patria hac culpa:qđ absẽtibus lacedemoniis filiæ eorũ ex seruis grauidatæ ædiderãt.postea reuersi patres tali culpa genitos expulerunt:quorum dux phalantus fuit qui tarentinam condidit ciuitatem:ut fertur octauus ab hercule. Ille terrarum.ordo est.ille angulus ridet mihi præter omnes supple angulos terrarum:pro loco autem angulum posuit. Ridet.lætus est:ut Virgilius. Mixtaq; ridenti colocosia fundet acanto & omnia nũc rident. Vbi nõ hymeto. hymetus mons est attice regionis melle habundans.laudat autem apuliam & calabriam prouincias in qua & tarentum situm est. Cuius se amœnitate & delitiis delectari dicit: Nam & melle & oliuetis præcellũt hyemes quoq; apriciores habent. Venaphro. uenaphrum ciuitas samnii. oleis abundans. Et amicus aulon.f. b.m.i.u.hoc est non est impar uuis falernis. Inuidere enim sibimet solent pes in uirtute.hic aulon mons ẽ calabriæ & quia impar nõ est ideo dixit non inuidere. Ille te mecum. eleganter secum septimo in laudatis locis optat uiuere:& eũ habere superstitem.defunctoq; sibi iusta persoluere. Arces. Vir. Aulonisq; arces & nauifragũ sylaceum. Ibi tu.c.ordo est:ibi sparges tu calentem fauillam uatis amici debita lachryma id est naturali:aut debita propter amiciciam. Antiquorum enim mos erat mortuorum cadauera cõcremare.ideo defuncti fauillam dixit:ut est bibulam lauere fauillam. Hymetus Venaphrũ

Dulce pellitis ouibus galesi
Flumen:& regnata petam lacono
Rura phalanto.
Ille terrarum mihi præter omnes
Angulus ridet:ubi non hymeto
Mella decedunt:uiridiq; certat
Baccha uenaphro:
Ver ubi longum:tepidasq; præbet
Iuppiter brumas:& amicus aulon
Fertili baccho minimum falernis
Inuidet uuis
Ille te mecum locus:& beatæ
Postulant arces:ibi tu calentem
Debita sparges lachryma fauillam
Vatis amici.

POR. Tybur argeo positum colono.supra ostendimus Tybur oppidum a tribus fratribus conditum esse Tyburto:catillo:cora:quos genere argiuos esse etiam Virgilius testis:qui ait. Catillusq; acerq; coras argiua iuuentus.ergo argæo pro argiuo ātique dicitur. Sit modus lasso maris & uiarum militiæq;.modum nūc pro fine dixit.Optat ergo sibi post laborem maris & uiarum militiæ in reliqua ætate tyburis secessum. Dulce pellitis ouibus galesi flumen.Galesus fluuius est tarentinorum.pellitas autem oues dixit quod tarentinæ oues pellibus teguntur.De fertilitate autem & amœnitate tarentini agri:& Virgilius.i georg.quarto significat & sic titurius ait. Tarētinorum hortorum qui geris odores.Cum uellet intelligi florum.Et regnata petam laconi rura phalanto.Phalātus lacedæmonius fuit:quo auctore & principe parteniæ spartani tarentum condiderunt.Vbi non hymeto mella decedunt. Hymetos mons est atticæ ubi optimum mel nascitur.Decedunt ergo econtrario cedūt.compositum pro simplici id est cedunt. Sensus autem est ubi mel nascitur quod ab attico non uincatur. Viridique certat baccha uenaphro.Greca figura dictum est illi certat pro cum illo certat. Baccha autem pro oliua dixit.uidetur ergo significare tarētino agro tale oleum nasci quale sit uenaphranum Et amicus aulon fertili baccho.Aulon locus est cōtra tarētina regionem ferax boni uini. Minimum falernis inuidet uuis.pro non inuidet:quia scilicet non fit ibi deterius uinum quā i falerno agro inuidet enī tantum qui inferior est. Vbi tu calentem debita sparges lachryma fauillam uatis amici.legitur etiam horati uatis.

CHRI. Tibur argeo.quod condidit Tiburtus argiuus:de quo iam dictum est. Colono.nam argiuorum colonia fuit.Sed de iure romano differunt coloni & municipes.Municipes enim erant dicti a muneribus capiendis.Mnnera aūt honoraria intelligamus.Capiebant enim munera populi romani nō dāno sa:ut est collatio tributorum & similia:sed quæ ad honorem pertinerēt.Erant ergo donati ciuitate municipes:sed alii erant cum suffragiis.id est ut cum romæ essent una cum ciuibus romanis irent in comicia:& Municipiū suffragia redderent.Aliis autem nō licebat reddere suffragia.erāt preterea īmunes ab omni tributo.unūquemq; eorum fundus populi romani factus est:& nullis erant populi romani legibus astricti:sed suis municipalibus legibus uiuebant.primi autem omnium ciuitate romana donati sunt Cerites pro sacris bello gallico receptis custoditisq;:sed sine suffragii iure.Hinc cerites tabulæ in quibus censores ascribebāt:quos notæ causa suffragiis priuassent.Coloniarum autem alia ratio erat:Nam coloni ciues erāt romani id alī Colonia quam urbem habitandam missi.Hi non propriis institutis:sed populi romani legibus uiuebant.Frāt ergo magis obnoxii:quam municipes:sed tamen quoniam simulachrū quoddā apparebat romanæ reipublicæ præstantiores habebantur coloni quam municipes.Dicūtur præterea coloni agrorum cultores.Vir. Vt quanuis auido parerent arua colono.Columella in libris de agricultura pro eo ponere uidetur:qui nō suum:sed alienum agrum colat:partem tamen fructuum domino daturus. Sedes.proprie uidentur esse domicilia & loca in quibus habitate decernimus.Iuuenalis:Qui sedem figere cumis destinet:atque unum ciuem donare sibyllæ.Virgilius.Tendimus in latiū sedes ubi fata quietas ostendunt.Nam ubi sedemus sæpius sellas & sedilia quam sedes appellamus. Sit modus.sit finis.Iuuenali:sImponitq; modum sapiens & rebus honestis. Lasso.ad corpus refertur:fessum autem potius de animo intelligimus.Virgilius.Quo raptis fessum fabii. Maris.nauigationis. Viarum.terrestris itineris. Et militiæ.nā militiam quoq; exercuit:ut iam demōstratum est. Vnde.a quo si parcæ iniquæ prohibēt id est parcæ quæ essent iniquæ si prohiberēt. Ouibus.a græco nomen est interposita.u.consonante. Laconi Phalanto.Virgilius.Hinc sinus herculei si uera est fama tarēti.De hoc & de partheniatis i superioribus abūde dictum ē. Ridet.dat quod est hominis proprium ianimatæ rei:sed est quædam similitudo.nam cum se offert læta agrorum amœnitas ridere dicimus.Virgilius.Omnia nunc rident:at si formosus alexis Montibus his abeat uideas & flumina sicca. Hymeto.in quo monte propter copiam thymi multum idemq; optimum mel nascitur.Est Hymetus autem mons iste in attica regione.unde etiam marmor quod in precio esset excidebatur.Primus autem crassus orator.lx.columnis hymetiis atrium exornauit:neq; ante illum quisquam externa marmora romæ habuit.Obiit.M.brutus illum uenerem palatinam appellauit.Ferūt & in hoc monte nasci herbam quā

mulieres ut ardentius a uiris appetantur brachiis alligatam gestant. Baccha.in fluctibus arborum est:i oli uis:cerasis:cornis:lauris:myrtis:lentisco:aquifolio:& similibus Præterea uniones bacchas appellant. Virgilius. Colloq; monile bacchatum. Baccha aūt cum aspiratione sacerdotem bacchi nomināt. Acini uero sūt in uuis:hedera:sambuco:ebulo:malo punico:& similibus. Baccha ergo in hoc loco oliua ē. Certat Venaphro. elegantius q̄ si dicat certat cū uenaphro. Sententia est ꝙ oliuæ huius agri æquiperari possunt iis quæ oriunt in uenaphro. Est autē uenaphrum oppidum post minturnas:unde ē optimum oleum. Ver ubi lōgum. Ver non excedit spatium trium mensium:sed dicit longum:quia & in hyeme tale temperamentum aeris est:quale solet esse ī uere:unde addit:tepidas hyemes. Sic & Virgilius. Atq; alienis mensibus æstas. Baccha Acini

Brumas.id est hyemes. nam bruma dicitur quasi brachimera id est breuis dies. Est autem breuissimus cū sol attingit primam partem capricorni:in qua est initium hyemis quæ perdurat usq; ad ingressum solis in arietem: in quo incipit uer. Aulon.mons calabriæ uitibus refertus. Ille locus.ubi hæc omnia sūt Bruma

Arces. montes dicit beatæ fertiles. Ille igitur arces beatæ postulant te mecum. Nam cum amicus sis:& amicorum officium postulet:ut ad loca & longinqua & periculosa amicum prosequantur:tāto magis ad propinquia & fœlicia & tua mecum uenies. Arces.de quibus iam diximus. Fauillam.cinerem extinctū dicimus:scintillam accensam. Calentem.nuper exustam. Debita lachryma. nam tenetur amicus amici funus lachrymis prosequi. Fauilla Scintilla

Ad Pompilium uarum. Ode.vi.

O Sæpe mecum tempus ī ultimum
Deducte bruto militiæ duce:
Quis te redonauit quiritem
Diis patriis:italoq; cælo.
Pompili meorum prime sodalium:
Cum quo morantem sæpe diem mero
Fregi coronatus nitentes
Malobathro syrio capillos.
Tecum philippos:& celerem fugam
Sensi relicta non bene parmula:
Cum fracta uirtus & minaces turmæ.
Turpe solum tetigere mento:
Sed me per hostes mercurius celer
Denso pauentem aere substulit.
Te rursus in bellum resorbens
Vnda fretis tulit æstuosis.
Ergo obligatam redde ioui dapem:
Longaq; fessum militia latus
Depone sub lauro mea:nec
Parce cadis tibi destinatis:

ACRON

S Aepe mecum tempus in ultimum. Ad pōpiliū uarū scribit gaudens eius ī patriam reditum:quem commilitonem sibi in castris bruti & cassii fuisse commemorat & belli ciuilis euasisse pericula augusto uictore:qua gratia liberius se conuiuium exhibere promittit.ordo est:o Pompili prime meorum sodalium sæpe. deducte mecum in ultimum tempus bruto duce militiæ. Quis redonauit quiritem te diis patriis & italo cælo. Redonauit. reddidit:redire fecit in patriam. Quiritem.romanum.notandū tamē quia singularem numerum posuit: cum plurali numero dicatur. Italoque cælo.celū ꝑ itala regione posuit.ut idem alibi:cælum non animum mutant qui trans mare currūt. Morantem. pro longo dixit:hoc est æstiuo.qui quasi cum mora spatium suum decurrat. Mero.datiuus uel ablatiuus accipitur. Fregi.aut consumpsi:aut diuisi ut a sexta hora significat sæpe epulatos. Malobathro sy. Malobathrū genus unguēti ē. Philippos.macedoniæ campos aut ciuitas ubi ab augusto brutus uictus occubuit: unde & lucanus: Video iam phœbe philippos. Parmula.scuto. Nō bene autem quia arma in fugam uersi proiecerant. Et minaces.cassium & brutum significat qui se de uirtute iactare consueuerant: aut certe milites eorum. Turpe solum.aut cruentum:aut quo prostrati turpiter precarentur. Sed me per hostes m.c.iucunde se dixit a mercurio liberatū: uel ꝙ furtim fugisset & celerem ostenderet fugā uel qđ poetæ ad mercuriū ꝑtinere dicūt. Aere nebula:ut nube caua eripiam. per hoc & fugæ latebras tutiores ōndit. Resorbēs.methaphora a charibdi.q̄ eū īpetu quodam significet mentis & furore correptū ad bruti partes reuersū. Ergo obligatā redde ioui dapē.ꝑmissū ac debitū redde conuiuiū.& sciendū dapē singulari numero declinatā. Sub lauro mea.ut est illud Virgilii: Hic tamē hac mecū poteris requiescere nocte.uel certe sub augusti uictoria:aut tanq̄ poeta iuitat amicū sub suo carmine. Nec parce cadis t.d.uasis uinariis ad eius quasi reditū reseruatis:ut uina bon⁹ quæ deide cadis onerarat acestes. Aer

POR. Sæpe mecum tempus in ultimum.deducte bruto militiæ duce.Hanc odam ad Pompilium sodalem scribit qua gratulatur ei ꝙ restitutus sit in patriam & testatur commilitonem sibi fuisse ī castris.M. Bruti. Quis te redonauit quiritem.Quiritem ciuem ro.significat.Attende singulari numero dictum. quod non facile apud ueteres inuenies. Cum quo morātem sæpe mero fregi.Morantem pro longo po

fuit ut quasi cum mora spatium suum decurrat. Fregi autem diē uidetur pro eo quod est diuisi dixisse: ut a sexta hora significet se sæpe epulatos: Mero autem siue datiuo casu siue ablatiuo accipias. habebit suam rationē. Sensus autem ē: illa re fregi diem aut illi rei fregi. Malobathro. Malobathrum unguenti speciem esse scimus. Tecum philippos.. philippi ē oppidum in macedonia. ubi. M. Brutus periit. Cū fracta uirtus. qua uirtute se cassius & brutus præcipue iactabant. Et minaces turpe solum tetigere mento. Turpe solum aut cruore fœdatum. ut sanguine fœdantem quos ipse sacrauerat ignes. Aut nomen est loco aduerbii positum. Turpe solum tetigere. pro turpiter tetigere. Sed me per hostes mercurius celer dēso pauētem sustulit aere. Sæpe ostendit horatius se in Bruti partibus militasse. Iucunde autem a mercurio se sublatum de illa cæde dicit signans clam & quasi furto quodam se inde fugisse. per celerem ergo mercurium celeritatem fugæ: per id quod ait denso aere: latebras ipsius fugæ intelligi uult. Te rursus in bellum resorbens unda fretis tulit æstuosis. allegoricos signat Pompeium post fugam illam impetu quodam mentis petisse rursum partes bruti. Obligatam. promissam ac debitam.

CHRI. Sæpe mecum tempus. Congratulatur Pompilio: qui commilito sibi in castris brutianis fuerit: quod tandem pericula euaserit & ab augusto ueniam sit assecutus. Ordo: o Pompili prime meorum sodalium deducte mecum in ultimum tempus: id est in ipsam mortem quis redonauit te quiritem. In ultimū tempus. ad mortem: quod est ultimum tempus homini. Quis: cum admiratione. q. d. multum ualuit ille amicus. Sic Virgilius. Quis te nate dea per tanta pericula casus īsequitur. Redonauit. optime: nam primo natura te patriæ ciuem fecerat. Deinde hostis iudicatus ciuis esse desieras. Nunc uero restitutus rursus ciuis patriæ donatus es. Diis patriis. qui uarii in uariis locis celebrātur. Quiritē. ciuem romanum: ut iā expressum est. Prime. in ordine: uel prime optime: ut Virgilius. Primisq; iugarat Ominibus. Fregi diem morantem. quasi dicat consumpsi: uel diuisi quasi ad sextam horam. Mero. i. mero id est in cōuiuio. Coronatus. ostendit lautiora conuiuia celebrasse: nam in iis coronati discumbebant. Coronatus capillos. p synedochē. quasi dicat habens capillos coronatos: ut oculos suffusa nitētes. Nitētes. scilicet malobathro id enim unguentum est quod syrii conficiunt. Philippos. prælium in philippicis campis. Hi in thessalia sunt: regio equis amica: unde philippos dictos uolunt. nam φιλοσ amicus est: & hippos equus: uel sic denominati ab eorum antiquo rege. Sūt autem philippi in pharsalia & in his primo a Cæsare & a Pompeio: deinde ab Octauiano Antonioq; atq; Cleopatra: & a Bruto & cassio pugnatum est: Virgilius. Ergo inter sese paribus concurrere telis. Romanas acies iterum uidere philippi. In hac acie cum plagam Brutiani accepissent poeta sibi fuga salutem peperit. Parmula. diminutiuum a parma: hæc autem breue scutum est quo pedites utebantur. Virgilius. Parmaq; inglorius alba. Non bene. indecore & turpiter. Summum enim dedecus erat militi: si illius armis hostes potirentur. Itaq; legitur de thebano Epaminunda cum ī bello aduersus lacedæmonios apud Mantineam gesto uulneratus ex acie in castra relatus esset antea q̄ hasta e corpore educeretur interrogauit an clypeus suus saluus esset: & an hostes fusi fugatiq; essēt: & cum utrunq; ex animi sententia audisset hastam euelli iussit. Fracta uirtus. non adimit uirtutem brutianis: sed ostendit maiorē ī cæsarianis. Minaces. propterea turpe pro turpiter ceciderūt: quia minaces erant. Nam turpe est homini uinci cum minatus fuerit: uel dicamus turpe solum id est cruore fœdatum. Mento. cum mento. Dicitur autem mentum ab eminendo: a gula enim eminet. Tetigere. q. d. oppetiere: nam oppetere ē terram ore petere: quod est uirorum fortium: qui morientes mordicus humū apprehendunt: ne uocem uito indignam emittāt. unde Luc. Qui timuit nequas emittere uoces. Vellet & æternam fletu corrumpe famam. Celer. quia & uelocissimi cursus est Mercurius: nam illum nouem dies ante q̄ sol perficit: & etiam alatus pingitur. Dicit autem se a mercurio adiutum: quia clam & subito auffugit: uel quia poetæ in tutela Mercurii sunt: uel quia in genesi sua aliquo maligno planeta ad iteritum ducebatur nisi ī eo loco situs fuisset mercurius. In quo illius malignitatem frangeret. Nam malorum perniciem boni planetæ tollunt: Hic persius. Saturnumque grauem nostro ioue frangimus una. Potest etiam intelligi quod quemadmodum mercurius deorum nuncius est: sic poeta aliquo amico internuncio in gratiam Cæsaris uenit: quem ipse pro deo colendum putat. Denso aere. id est nube: quæ aere densior est. Sic Virgilius. At uenus obscuro gradientes aere sepsit. Sic Homerus uenerem fingit. quæ ænea nebula septum de manibus achillis eripuerit. Rursus. uel ī eadem acie & prœlio: uel quia ad sextum Pompeium post illam pugnam se contulit. Vnda resorbēs. translatio est ab inundatione maris: quæ cum refluat retrahit & resorbet quæ expulerat: Fretis æstuosis. per freta æstusosa: illis enim comparat bella & forte alludit ad prœlinm sex. Pompei commissum in freto siciliæ. Redde. tanquam debitum. Obligatā. scilicet ex uoto. Dapem. sacrificium: sūt enim deorum dapes. Latus. totum intelligit corpus: sed defatigario maxime ī latere sentitur. Sub lauro mea. sub meo augusto: qui lauro ob uictoriam insignitus est: uel sub meis carminibus: nam & triumphanti & poetæ laurus datur.

Obliuioso læuia massico

ACRON. Obliuioso. hoc est uino: quo curæ pellūt: & labor ī obliuionē uenit. Massico. p cāpano posuit. Ciboria exple. aut alexādrina po

primus

philippi op.

Parma

Epaminund.

Mentu

Oppetere

Ciboria

Ciboria exple: funde capacibus
Vnguenta de conchis: quis udo
Deproperare apio coronas
Curatue myrto: quem uenus arbitrum
Dicet bibendi: non ego sanius
Bacchor edoniis recepto
Dulce mihi est furere amico.

ma quæ habent similia colocasiis folia: in quorum similitudinem facta pocula eodem nomine appellantur: aut certe pro cibo posuit tanquã cibum poculis compensaret. Fũde.c.largius utere odoribus. Conchis.echinis cõcharũ. Quis udo. interrogatiuum ẽ.sed cum exhortatiõe dicitur. Vdo apio.uiridi.uel quod ĩ locis aquosis nascitur. Corona enim apii ebrietatem prohibere dicitur.ut est: floribus atq; apio crines ornatus amaro. Deproperare. festinanter afferre. Quem uenus.archiposian significat.& tesserarum iactu datum in bibendo primatum.ueneris aũt iactus latissimus dicebatur.qui habebat & tricenarium numerum. Edoniis.thracibus bacchis. Futere.aut certe saltare aut ebrium esse.

eius genera existant. Quid ergo risus sit iubet Iulius in eo loco a Democrito peti. Et profecto res est; q̄ nisi ab homine physico non satis recte explicari possit: itaq̃ ut pauca de multis ab ipsis mutuemur risus dupliciter consideratur: aut est quidam mot⁹ pectoris et faciei: et sic uidemus esse accidens quoddam operationis uirtutis motiuæ. Aut est certum quiddā: quod eum motum præcedat. Quapropter iure tunc diffiniri poterit. Risum eē accidens siue passionem uirtutis sēsitiuæ ītrinsecæ sub apprehēsione delectabilis: quæ mouet appetitus ad mouendū tales partes. Et quia nō mouetur appetitus nisi ui uirtutis existimatiuæ cōcurret ēt ad risū actus talis uirtutis. Quāobrē ut excitetur risus concurrit et sensitiua et extimatiua uirtus: quibus citatur appetitus: qui est primū et īmediatū principium huius motus. neq̃ tñ in aliis animantibus commouet appetitus: aut faciem: aut pectus ad ridendū: nam res hominis propria ē. Habes igitur causā efficientē et ꝓpinquā et remotā: Materialis aūt sunt ipsi spiritus cū calore naturali: quoꝝ extensione ad exteriora fit risus Animi enim nostri q̄ primum aliquid aduertūt quod appetēdū sit statim ad id accedere conantur. Quapropter uehemēter diffunduntur ac relaxantur et profusi profundunt atq̃ extendunt spiritus: spiritus autē extensus excedit corpus. contra ex re tristi atq̃ fugienda contrahitur aius: contractusq̃ rursus spiritum contrahit et ille itidem corp⁹. Hinc lachrymæ: nā cū contrahitur atq̃ cōprimitur corpus exprimatur ab eo humor ut ex cōpressa spongia necesse est. sed redeo ad lætitiā: ut ponā quod a magno Alberto in libris de animalibus non omittitur. Est eñi in animali mēbrana quædā satis tenuis sed dura: et in quibusdā sui partibus carnosa in rethis similitudinē: unde uulgo id ei nomē īposuerūt. Græci poetæ illā phrenas appellant cuius nominis rationē alio in loco reddemus. Physici āt eiusdē linguæ ēt diaphragma nuncupant: quoniā ueluti paries quidā cor pulmonēq̃ sæpiat: et a iecore lieneq̃ separet. nam φράττω græce sepio et obstruo significat idē etiam διαφράττω eadē ratione latini septū a sepiendo dixere. Verba sunt cornelii celsi. Sub corde atq̃ pulmone transuersum ex ualida mēbrana septum est. Appellarunt præterea latini quādoq̃ ꝓcordia. quanuis hoc nomine omnia exta sæpe ueniant. hic igitur paries siue septum siue diaphragma appellandum putes ab ea de qua diximus extensione motus concalescit. Calefactusq̃ sensū penitus immutat: et resoluit totum corpus in gaudium. Risus. n. sequitur tacto pariete uel membro uicino parieti: nam cum illo tactu motus sit paries et sic calefactus diffundit spiritus et resoluit et mutatur intellectus. qui continebat corpus: et ridet nimis profuse. hinc est concussio multa et dissolutio neruorum ex calore diffuso in ipsis. Solus āt hō ridet: quia nō pellē hēt sed subtiliorē cutē: qua tacta mouetur paries: maxime si tangatur sub axillis: qui locus uicinior ē septo: Vnde putauerunt q̃ si quis in ea parte uulneretur minime doleat. Quod si q̃s quærat quare ex re ridicula sæpe in profusum risum magis prorumpamus: q̄ ex aliqua subita fœlicitate: reor id esse causæ: quod ī ridiculo nulla re īpediatur animi profusio: in re aūt magna et fœlici quāuis maius gaudium excitatur: inest tamen quædam profundior cogitatio et cura rei quæ prospere euenit. hæc autem animum continet: ne se omnino effūdat. Quod non euenit in ridiculo: nam ibi lætitia diffundit animum nulla reprimēte cogitatione aut cura. hæc omnia subticuit Cicero q̄ de causa efficiente risum dici poterāt: ñ quia illa ignoraret: sed quia tam exquisita physices disputatio personis et rei ñ multū quadrabat. reliqua autem exacte prosecutus est: sed id ī primis quod materia risus et quasi obiectum quoddam et regio quædā uñ risus proueniat sit turpitudo quædā et deformitas: nō tamen turpiter enarrata: nam quod tertio loco q̄rebatur minime dubitādum cōuenire et oratori et urbano uiro risum mouere: nam ēt ipsa ilaritate beniuolētiam nobis excitamus: & admirantur auditores acumē sæpe uno uerbo positum. Significatur postremo ex ipso ioco nos et politos & urbanos & eruditos eē: Et quod nō minimi faciēdum ē grauiorum rerum tristitia ac seueritas ioco facile mitigatur. Habendus tamen est modus in risu mouendo: nam nec insignis improbitas et scelere uincta: Nec rursus miseria insignis agitata ridetur: nam flagitiosi nō ridiculo: sed maiori quadam acrimonia uexandi sunt. Miseri aūt nullo modo illudendi uidentur: nisi se forte iactent. Ergo eos facile ridebimus: qui neq̃ magno odio neq̃ rursus misericordia magna digni sunt. Maximū āt sæpe risum ea mouēt quæ ita auditorem decipiūt ut cum æquiora credantur acerbiora tandem esse deprehēdūtur. Interpretabar olim nostri petrarchæ elegias lyricosq̃ quibus lauram canit. Aderātq̃ aduersarii q̄ lauram mulierem fuisse negarēt: assererētq̃ nō illo noīe puellam a se amatam intelligi. sed aliud allegorice ibi latere. Rogabam quidnam illud esset: ut id me docerent summis precibus contēdebā. illi autem magnum profecto id eē: sed tamē quid sit nescire fatebātur. Hic ego ridiculi occasionē ñ pretermisi: sed ī maxima auditorum frequētia ueluti cōuictus: & pudore cōturbatus. Malo īquam ingenue fatēdo īscitiam meam a uobis accusari q̄ iniq̄ defēdēdo peruicaciam damnari. Duo sunt q̄ aduersarii mei proferunt: Alteꝝ nō fuisse mulierem lauram: quod ego adhuc nō do: Alterum quod ego ita liberaliter eis cōcedo ut etiam si quis illos mendacii in iudicium uocet: uadimoniumq̃ facere cogat uadem me p̄stare decreuerim. atq̃ hic cum ueluti pudore impeditus dubitabundus aliquātulum subsisterem. & illi uictoria gestientes inuicem se intueri: aliosq̃ circumspicien do meæ confessionis testes citare quodam nutu uiderentur atq̃ tota iam schola auribus erectis quid dicturus essem: expectaret. Tunc ego prosequens. aiunt inquam quid sibi poeta in laura uelit se plane nescire: quod ego ita utraq̃ manu do: ut iure me iurando obstringam: ut nisi hoc uerissimum sit nihil sit unquam futurum uerum risit tota schola: cum dictum salsum fuerit: & illi ambiguitate orationis ad contrarium exitum quam putabant decepti ducerentur. Dicuntur autem facetiæ hi ioci: in q̃

bus aliquem aut dictis aut actionibus imitamur:& ut pictores exprimimus. Horũ duo sunt genera:quorum alterum re tractat̃:alterũ dicto. Re cũ aliquid uelut fabellã narramus fingimus ea q̃ naturæ dictis gestibusq; cõueniát.& nos uel uti mimos modeste tamẽ exhibemus:imitamur uocem multũ & os deniq; eius quẽ agimus.In dicto ridiculũ appellamus cũ id quod uerbi aut sniæ acumine mouet̃: fingimus:Hæc dicta appellari docet Ci.in epistolis ad cornelium nepotẽ his uerbis.Itaq; nostri cũ oĩa quæ dixissemus dicta essent q̃ facete & breuiter & acute locuti essemus ea proprio noĩe dicta appellari uoluerunt. Nonius ãt põponius iocos dicteria appellat:In quibus quoniã morsus latet:placuit græcis ea scõmata appellari:nam σκωπτειν mordere est.Sũt & ioci in quibus festiuitas quædã & ilaris iocũditas:& blanditiæ potius quã morsus apparet.Hos nostri lepores græci αιμυλιαν dixerunt a quo dicendi genere nõnulli & æmilios & lepidos uocatos uolũt.Vniuersũ aũt hoc iocorum genus modo neq; scurrile sit neq; iniquũ uehementer nos auditoribus cõmendat:Sed ut in cæteris rebus sic & hic & hoĩum & rerum & tempoꝝ & locorum habenda rõ est.Adhibenda moderatio & raritas.Perstrinxi pauca de multis:nã ĩ numerosa rerũ turba quas scribendas proposuimus nulli patentior locus relictus est:& ĩ ãgustiis plura cõplicari fortasse possũt:explicari aũt nullo mõ possũt. Sacro die.festo die:in quo dianæ sacra agerentur.Est.n.sacrũ q̃cq̃d destinatum diis est.Videtur autem ita a ioco ludoq; illam laudare:ut tamen lasciuiæ castitas nõ desit.Non.n.ueneris sed dianæ sacra cõmemorat.De diebus aũt festis profestisq; alibi scriptũ est.Sed diei initiũ apud atheniẽses erat occasus durabatq; ad alium occasũ.Babylonii aũt ab ortu ad ortũ diem finire putabãt.Vmbri & ethrusci a meridie ad meridiẽ:q̃d magis uidet̃ astronõice rõi quadrare.Verũ Ro.po.a media nocte initium diei.placuitq;.M.uarro.ꝙ qui ex media nocte ad proximã mediam noctem nati essẽt eodẽ die nati uiderentur.Idem oñdit Vir.Hac uice sermonũ roseis aurora quadrigis Iã medium æthereo cursu traiecerat axẽ.& paulo post.Nox ruit ænea nos flendo ducimꝰ horas.Diei igitur prima pars ẽ mediæ noctis iclinatio.Inde galliciniũ Inde cõticinium:cum galli tacent:& homines ẽt tunc quiescũt.Diluculũ aũt est cũ dies ãgnosci cœpit.Mane deinde ꝙ ab inferis locis.i.a manibus ueniat:uel a noĩe ominis. Nã lanubini Manũ bonũ dicũt:Cuius cõtrarium est in manis.Inde meridies quasi medidies.Nã prisci.r.pro.d.sæpe põebãt: ut aruena pro aduena:ab hoc supra cæterũ tempus occiduum dicebat̃.Mox suprema tẽpestas.Hinc i.xii. tabulis solis occasus suprema tempestas esto.Deinde uespera a stella hespero: a quo tempore dicta est uesperna cõuiuiũ:quod non nisi aduentante nocte inibant prisci:cuius rei non ignarus Maro dixit.Nũc eadem labente die cõuiuia quærit.Post uesperam nox concubia erat ac postremo nox intempesta quæ non habet idoneũ tempus quicquã agendi.In has igitur partes distribuebant diem .i.uniuersũ illud spatium quod perficit una cæli reuolutio quodq; constat ex quattuor.& uiginti horis:& lucem tenebrasq; cõtinet. Aliquando ita diem dicimus ut solã lucẽ intelligamus.tenebras uero sub noctis noĩe appellamus.Vir.Noctes atq; dies patet atri ianua ditis.Ponimusq; nõnunquã diẽ pro tẽpore:ut Longa dies homini docuit parere leones.Estq; sententia Marcelli ꝙ cum pro tempore ponitur in fœminino ponatur genere:aliter ĩ masculino:sed contra multis in locis uidemus.Vir.Postera cum primo stellas oriente fugarat Clara dies:& paulo infra:Expectata dies aderat:pro die igitur ĩ utroq; genere ponetur.pro tempore uero in fœminino solum.Prisci latini in aduerbio ponebant die quinti & die quarti.Et quia indifferenter e & i in fine ponebant pronunciabant etiam die quarte & die quinte.Dicebant & die pristine pro pridie.Alii tamen uolũt ut hæc futurum significent.Ponuntq; uerba p̃toris die noni post kalẽ. quintiles compitalia erunt.De præterito uero die nono dicebant.Verum utne hoc quidem relinquam in.xxiiii.horas diuiditur dies.Neq; ille pares erant apud antiquos ut nunc sumt:sed ut lux crescebat decrescebatq;:ita & horæ lucis:nã semper in sex horas lucem:ac in totidem tenebas diuidebant.Quapropter ab equinoctio uerno usq; ad autũnale horæ diurnæ nocturnas superabãt.Contra uero:cum per reliqua sex zodiaci signa quæ austrina appellant sol discurrit.Neq; tamen ratione caret:quod neq; in plures.neq; in pauciores horas reuolutio cæli diuisa sit.In.xii.enim signa distributũ est zodiacum:& quanuis alia aliis longiori spatio aut ascendant ad nostrum hemisperium:aut descendant in aliud tamen si quod in uno loco excedit in alio apponãtur singula:binis horis rem perficiunt.Sed de die hactenus. Achemenes.pro maximis diuitiis posuit.Achemenem persarum regem:quoniam cæteros mortales diuitiis opibusq; superasse persæ uidentur:ut plurimi testantur hystorici:Non tamen proprium nomẽ ẽ regis Achemenes:sed omnes persarum reges a tribu qua oriundi essent hoc nomine appellabantur:ut alexandrini reges omnes a Ptolemæo Lagi filio qui primo alexandriæ regnauit ptolemæi dicti sunt.Sed de persis ita loquitur Herodotus.Sunt autem hi in persia populi holli:artheatæ:pasargadæ:maraphii:mapii:omnibus autem istis pasargadæ meliores sunt.Ex illisq; tribus est achemenida:ex qua persici reges fuerunt. Mygdonias.id est phrygias:nam & ĩ illis maximas opes fuisse cõstat.Fuit autẽ Mygdon rex phrygiæ quo duce ferunt ideos dactilos ad samotheas deuenisse:& ibi excantationes & ueneficia exercentes eos populos in summũ stuporem adduxisse. Arabum plenas d.hoc maxime propter aromata.Nam in arabia fœlici hæc ut plurimum nascuntur.Tus autẽ nusq̃ nisi ĩ arabia.

Dicteria

Scõmata

Lepores

Sacro

Dierum ratio

Gallicinium

Conticinium

Diluculum

Mane

Meridies

Vespera

Concubia

Nox intempesta

Dies

Die quinti

Achemenes

Mygdon

Cum fragrantia detorquet ad oscula

ACRON. Detorquet.flectit:describit fastidium mulieris detorquentis se ab osculis amatoris id est cum flagrantibus osculis tuis ceruicem

detorquet auertens se:ut magis incitet:ut. Et fugit ad salices & se cupit ante uideri:aut illud magis uolens itelligi quod ceruicem uertat ad oscula: designans q aut facile irascatur: aut facile blandiatur. Gaudeat eripi.artem meretriciam designat cũ uelut irata aut negat amatori oscula aut interdum ultro expetit:sic satis faciens idignãti:ut Terent.Nolunt ubi uelis u bi nolis cupiunt ultro.

Ceruicem:aut facili sæuicia negat:
Quæ poscente magis gaudeat eripi
Interdum rapere occupet.

POR. Dum fragrantia detorquet ad oscula ceruicem.Magnifice depinxit fastidium mulieris auertẽtis ab eo qui osculari se uelit,quod ideo facere solent ut irritent amantibus desideriũ sui.fragrãtia ergo oscula maiora intelligamus hoc est ex desiderio mulieris ardentia oscula.quæ oscula.s.uelit sibi a poscente extorqueri. Aut facili sæuicia negat.Quid est facilis sæuicia utrunque facile nascitur:an quæ facile mollitur. Interdum rapere occupet ipsa. Rapere occupet irascenti amatori iam satisfacere cupiens.& totum hoc mira energia expressum est.

CHRI. Fragrantia.optime olentia:uel flagrantia.i.ex amore ardentia. Aut. facili sæuitia.Exprimit id quo uehementer delectatur amator:Nam neq uult eam q̃ nimis lasciue nihil unquã denegat:facietas eni qdam inde oritur:qua omnia uilescunt:& sordent:atq interdum fastidiũ adducit.neq; rursus illam quæ semper pertinax:nunquã se morigeram prebeat.Quod elegãter a Martiale expressum uidemus. Inquit n.nolo nimis facilem:difficilemq nimis. Verũ qđ mediũ ẽ:qđq; inter utrunq probat. Nec uolo quod faciet:nec uolo quod crutiet. Facili sæuicia.negat quidem ut sæua.Quæ res desiderium auget:nã ut ẽ apud Luc.Nitimur inuetitum: semper cupimusq negata:sed non diu negat ne fortasse cruciet: ergo sæuicia facilis est:presertim cum ita neget:ut tamen cupiat extorqueri a poscente quod non accipit.Deniq ut ostẽdat desiderium ex penuria accendere illam uelle:cruciatum autem afferre nolle addit q ipsa occupat rapere.i.puenit ut rapiat quod ille nondum dat.nã teste Teren.Nolunt ubi uelis:ubi nolis cupiũt ultro.hoc si dolo fiat meretricium artificium oñdit.Sin impulsu naturæ ingenium muliebre describit.

ACRON

Ad arborẽ cuiꝰ casu pene perierat. ode.xii

Ile & nephasto te posuit die
Quicũq; primũ:& sacrilega mãu
Produxit arbor in nepotum
Perniciem:opprobriumq; pagi
Illum & parentis crediderim sui
Fregisse ceruicem:& penetralia
Sparsisse nocturno cruore
Hospitis:ille uenena colchica:
Et quicquid usquam concipitur nefas
Tractauit:agro qui statuit meo
Te triste lignum:te caducum
In domini caput immerentis.
Quid quisque uitet:nunquã homini satis
Cautum est in horas:nauita bosphorum
Pœnus perhorrescit:neq; ultra
Cæca timet aliunde fata
Miles sagittam & celerem fugam
Parthi:cathenas parthus:& italum
Robur sed improuisa læti
Vis rapuit:rapietq; gentes

i Lle &.n.Execratur arborem:cuius casu in agro suo sabino pene periclitatus est funestã eã & institutorẽ eius dicens:& ẽ ordo.arbor ille quicunq produxit te primũ i nepotũ perniciẽ & opprobriũ pagi posuit &c. Nephasto.d.&.s. m.i.n.nepotes ꝑ posteris posuit. Obpro.q.p. tãq̃ ad totius pertineret ifamiã :si famosus ager morte dñi fuisset. Fregisse.nouo uerbo execratus ẽ paricidã. Et penetralia.domus secreta i quibus hospes fuisset occisus:& fœdus hospitale uiolatũ tanq̃ minus esset si homicidiũ diceret ꝑpetratũ. Venena.c.specialẽ prouinciam posuit ꝑ generali crimine.Colchos.n. scythiæ ciuitas est:ex qua Medea fuit uenenis & magica arte potens. Quid quisq uitet.Sentẽtia:qua dicit ipro uidas hoium mentes nulla fatis obuiare cautela nec metuere periculũ:nisi cui sit proximũ: & tamẽ multos improuisis opprimi periculis. Nauita bosphorum. aut bosphorũ pro quolibet freto dixit: aut pœnum pro quolibet nauta.multũ n.diuisus est pœnus a bosphoro. Bosphorus.n. ponti sunt fauces ubi propter angustias assidua naufragia fiũt:nomen aũt dicitur accepisse q inde in bouem io mutata transierit:quasi bosphoros. Et celerem fugam.fugientes eni parthi sagittis uæhementiores sũt. Vir.Aut missã parthi post terga sagittã. Vis.uiolentia:iexorabilitas. dũ quisq timet hoc:aut illud rapit sæua morte.

POR. Ille & nephasto te posuit die. Hac ode execratur arborem in sabino agello suo quod super deambulãtem se decidit ac pene oppressit. Nephasto autem nõ fasto & abominando. Et sacrilega.m.p.a. Vocatiuo casu accipe arbos:hoc est o arbos.arbos uel quasi ad illius regionis infamiam arborem suum.s.dominum oppressisse. Et pe.s.n.c. h.hospitis sui penetralia cruoer sparsisse hoc est hospitem in domo sua interfecisse. Ille &.u.c.Colchica

inquit quia media colchis fuit.quā summam ueneficam fuisse hystoriæ græcorum tradunt. In ho.b.P. p.nauita.his & quæ subiecta sunt significat unūquemq; hominum.Non fere periculum timere:nisi cum proximus sit.uerum tamē plærūq; ex improuiso mala inopinata interuenire:atq; opprimere. In horas.n. b.p.p.Bosphorum fauces sunt ponti maris:unde longissima africa sit q̄ ita pœnus nauita eum perhorrescat.Hunc bosphorum pro quolibet freto posuit.Freta autem angusta maria & concitata sunt.omnia aūt freta a feruore dicta existimantur. Freta

CHRI. Ille & nefasto te.Execratur arborem a qua periculum sibi fuit:Nec putat eam seri potuisse:nisi a scelestissimo uiro.Vituperat e satore ueluti a parentibus maioribusq; uituperare quempiam solemus.Postremo rē ridiculam summa grauitate exornat:ostendens nulli mortalium satis esse certū quod caueat:tragiceq; insurgit & exemplis nititur uariis. Posuit.plantauit.Vir.ponere uites. Nefasto.pro atro & infœlici posuit:Atri triduani dicebantur:erant enim in quolibet mense tres postridie kalen.no.& idus mēsis.Caeterū quid sit nefastus dictum ē: & Oui.Ille nephastus erit per quem tria uerba silētur. Fastus erit per quem lege licebit agi. Produxit.quasi progenuit:nam arborum quas serimus ueluti parentes putamur.Producere autem quandoq; in longū protrahere. Vir. Abnegat excisa uitam producere troia.Quandoq; prosequi:ut nec tua funera mater produxi:quandoq; procreare.Terē.Seni animam primum extinguerē ipsi qui illud scelus produxit. Sacrilega manu.i.ipse sacrilegus:quasi nefarius.Sacrilegium autem est furtum rei sacræ:aut uitium sacræ uirgini illatum. Opprobrium.infamiam & dedecus quod proueniat opprobrium.i.propter scelus cōmissum. Pagi.ueluti ad totius regionis īfamiam pertineat.Pagus autem uicus ex pluribus domibus in agro constans dictus a πο Τῆσ πηῆσ.i.a fonte:q̄ ex eodem fonte bibāt omnes qui eiusdem sint uici.Persius aūt semipaganum se appellauit:quia non esset omnino paganus:quoniā nō oīo potaret ex poetico fonte:ergo methaphorice dixit semipoetam.Et christiani paganos eos appellant qui nō sunt nostræ religionis:quasi qui non sint ciues christiane reipub.sed rusticani. Penetralia.loca magis interna:& recondita ab eo q̄ est penitus.i. ualde intus. Nocturno cruore.id est cruore sparso nocturno tempore.Nam qui flagitium cōmissurus est:latebras sibi quærit ad scelus tegendum. Vehementer autem singulis uerbis scelus auget.non enim solum interficit hospitem:quod ex se ingens est scelus:uerum interficit ex insidiis quia nocturno tempore:fuitque iniusta cædis causa.Nam si iusta fuisset:non quæsisset latebras.Interfecit suæ domi:ergo suæ se fidei hospes cōmiserat.Interfecit crudeliter:qa fudit illius cruorē quo penetralia sparsa sūt:quasi repleta.Posuit ergo duo maxima scelera & eius qui parentē:& eius qui hospitē necasset:& necasset crudeliter.Cum horrendū scelus putarent antiqui polluere iura hospitalitatis: quib⁹ iuppiter optimus maximus preesset.unde Vir.Iuppiter hospitibus:nā te dare iura loquuntur. Colchica.colchis urbs est ponti:quæ regio & ueneficis abundauit mulieribus:quod maxime demonstratur per medeam:& herbas producit ueneficiis aptas.Vir.Has herbas:atque hæc ponto mihi lecta uenena.Ipse dedit mœris:nascuntur plurima ponto:ergo colchica dixit quasi uehementissima & reliquis pestilentiora.

Et quicquid.post species transit ad genus:ut nihil prætermittat. Cōcipitur.plus est q̄ si dixisset efficitur: quia maiora possunt homines animo concipere:q̄ re perficere. Tractauit.quasi dicat sæpius ac uehemētissime egit. Triste lignum.infœlix lignum & propterea tristiciā illaturum.Erant aūt apud ātiquos ī iure pontificio notatæ arbores fœlices:atq; infœlices. Fœlices enim erant:ut Veranius ait quercus:æsculus:ilex: suber::fagus:corilus:ficus: alba pirus:malus:uitis:prunus &cornus.Infœlices uero ex sententia Tarquini prisci erant quæ in inferorum tutela sūt:ut ficus atra:acrifolium:pirus siluatica:pruscus:rubus:sētes. Quibus arboribus prodigia mali uiris portēdebant.Afferit igitur poeta hanc esse unam ex infœlicibus arboribus. Caducum.aptum ut caderes:non autem casurū:nam nō staret uersus. In domini .scelus erat in quē cunq; caderet:sed maius in dominum.Maximum in dominum immerentem. Quid quisque.Mira poetæ ingenium ut ex occasione paruæ rei magna innectat:& quæ ad uitam & mores maxime pertinēt leuioribus inserat.Ostēdit.n.quāta sit humana imbecillitas atq; miseria ex ipsa inscitia qua sæpe non timenda timeamus.Contra uero nullus sit metus ab his quæ summa cum pernicie īminent. Quid quisq; uitet.nūquam homini. Satis cautum est.Sententia est color rhetoricus.Est.n.sētentia oratio sumpta de uita q̄ aut quid sit aut quid esset oporteat in uita breuiter ostendit:ut illud Vir.Vna salus uictis nullam sperare salutē Luca. Atq; arma tenenti omnia dat qui iusta negat.Aliquando sententia confirmatur subiectiōe rationis hoc modo.Oēs bene uiuendi rationes in uirtute sunt collocandæ.quoniam sola uirtus ī potestate nostra est.Non nunquam etiam efferuntur snīæ dupliciter aut sine ratione.Sic errant qui in prosperis rebus oēs fortunæ īpetus se fugisse putant.Sapiunt autē qui tpibus secundis casus aduersos reformidant. Aut cum rationibus hoc pacto qui adolescentiū peccatis ignoscendum putāt falluntur.Propterea quod ætas illa nō est impedimento bonis studiis.At sapienter faciunt qui errata illorum castigāt:ut quibus uirtutibus omnē uitā tueri possint eas in ætate maturissima uelint comparare.Dixi latius de hoc colore:quoniam uehementer omne scriptorum genus exornat:& ut ab oratore rarius teste etiam Cice.ponendus est:ne uiuēdi præceptores in dicendo esse uiderentur:Sic contra a poeta sæpius ponendum censeo quandoquidem uitæ præcepta profiteri illum apprime deceat. Cautū.differt cautio a timore:sed hoc cōmodiori loco. Nauita:pro nauta per epenthesim:sic Vir.Nauita tum stellis numeros & nomina fecit. Fit autem epenthesis

Arbores fœlices atq; infœlices

Sententia

quotiẽs in dictione syllabam addimus:ut luue. Qualis tunc epulas ipsum glutisse putamus Induperatorẽ id est imperatorem. Huic contraria syncope est:per quam syllabam dictioni subtrahimus ipsã concidendo:ut cum dicimus deum pro deorum. Bosphorum.quia illac bos portata sit. Dicunt enim Ion in uaccã uersam has angustias transfretasse:Ponti enim fauces sunt:Habet autem bizantium quam hodie constantipolim uocant. Hoc mare propter angustias periculosum est. Pœnus.ut bosphorum pro omni mari:ita pœnum pro omni nauta. Pœni autem.i.carthaginẽses colonia sunt phœnicum qui primi pœne omnium mortalium nauigiis mercaturam exercuerunt. Neq; ultra.s.hæc pericula bosphori timet. Fata.i.perniciem & exitium. Aliunde.i.ab alio loco. Sagittã & celerem fugam.i.sagittam quam interfugiẽdũ emittit.

Quam pœne furuæ regna proserpinæ
Et iudicantem uidimus æacum:
Sedesq; discretas piorum
Aeoliis fidibus querentem
Sapho puellis de popularibus:
Et te sonantem plenius aureo
Alcæe plectro: dura nauis
Dura fugæ mala: dura belli.
Vtrunq; sacro digna silentio:
Mirantur umbræ uere: sed magis
Pugnas: & exactos tyrannos
Densum humeris bibit aure uulgus:
Quid mirum: ubi illis carminibus stupẽs
Demittit atras bellua centipes
Aures: & intorti capillis
Eumenidum recreantur angues.
Quin & prometheus: & pelopis parens
Dulci laborum decipitur sono.

ACRON. Quam.p.f.r.p.ac si diceret paruo ĩterstitio retenti sumus. Furua.mystio nomine dicebatᷣ proserpina:aut furuæ flauæ:ut flaua ceres: alii uolunt furuæ nigræ positum unde & furua putãt dicta quæ cõmittuntur obscuro .Et iu.uidimus æacum.achillis auũ:qui pro iustitiæ bono etiam apud inferos iudicium meruisse perhibetur.unde & luue. Quas torqueat.u.æ. Sædesq;.d.elysias:ut uir.sed amœna piorum concilia elysiũq; colo.ut ostenderet se pene iferos iminente uidisse periculo. Discretas.i. seperatas

Aeoliis fidib⁹ q.s. Sapho poeta ꝺ æolia fuit dialecto in carminibus suis usa quæ chordarum significatione cõmemorat. Querebatur ãt sapho de puellis suis ciuilibus ꝙ non amarent:quem ipsa diligebat:ordo est.& q̃ pene uidimus sapho æoliis fidibus querentẽ de popularibus puellis. Et te.s.p.au.a.p.alceus nomẽ poetæ est lyrici:a quo & metrum alcaicum dictum est.ordo est & pœne uidim⁹ te Alcæe pleni⁹ sonãtẽ plectro aureo dura mala nauis & dura mala fugæ & dura mala belli. Vtrũq;.i.oĩa supradcã. Digna.s.i. & suæ nauigatiõis mala:& fugæ:& belli audiuit eũ plenius sonantẽ. Qui res bellicas & nauigationem suã scripsit: dũ a pithaco Tyrãno ciuitatis suæ pulsus eẽt eo quod mytilenensibus amorẽ libertatis suaderet:quos postea collecto exercitu superauit. Plenius.fortius. Aureo .meliore aut aureo plectro propter celebritatem carminis dixit. Verũq; aut sapho & alceum aut fugam:& pugnas aut certe carmina quæ sic scã sunt ut adyti alicuius putarentur digna. Densum . h.stipatum ad audiendum pugnas compositas:ut heret pede pes densusq; uiro uir.ordo est: sed uulgus densum humeris magis bibit aure pugnas & exactos tyrãnos. Exactos.aut amore libertatis expulsos tyrannos:aut facilitatem alcæi expressit ut ille carmina dulcissima fudisse uideretur. Bibit.auide audit. Bellua.c.cerberum dixit pro multitudine anguium qui in capite eius eminebant. Finitum numerum pro infinito posuit.ut tibi noĩa mille ostendit aũt non immerito populos delectatos dũ cerberus carminis potuerit amœnitate mulceri. Recreãtur angues.delectantur. Nam ẽ aĩal anguis auditus capax mali & boni:ut Frigidus in.p.c.r.a. Quin &.p.prometheus raptor per ferulam ignis diuini:uulturis pastum dum carminis oblectatiõe teneretur oblitus est.Iapetus & tantalus pro criminibus damnati pœnarum requiem apud inferos habuisse carminũ delectatione a poeta firmantur. Vir. Quin ipse stu.do.a.i.loe.tar. Dulci laborũ.d.s.figura dicitur laborũ pro eo:ꝙ est fallitur in laboribus.& sensum laboris amittit:dũ carminibus delectatur.

POR. Quam pœne.f.r.p.furua nigra significat.unde futura putant dicta ꝙ per nigrorem aeris tenebræ maximæ fiãt. Sedesq; discretas piorum.discretas.i.separatas:piorum autem elysios cãpos dicit quos separatos aiũt a cæteris locis inferorum. Aeoliis fidibus querentẽ sapho puellis de popularibus. Aeoliis fidibus inquit quia sapho æolis dialecto in suis carminibus usa est. Queritur autem sapho a puellis ciuibus suis ꝙ oden non ament quam ipsa diligebat amens. Et te.s.p.a.alcæe dura nauis plectro . plenius inquit sonantem quia alceus robustior est id est.bellicas res scripsit.& nauigationem suam cum a tyrannis mitylenensibus pulsus est. Aureo autem plectro.propter dignitatẽ carminis dixit. Vtrunq;.s.d.s.m.u.d. Vtrũq; ad sapho & ad alcæum refert. Densum.h.b.a.u. Multitudinem.s.umbrarum ad audiendum conuenientium. Bibit autem aure.cupidissime audit significat. Quid mirum.u.i.c. Sensus ẽ nõ est mirandum si illum umbræ libenter audiunt cum Cerberus & angues eumenidum stupeant admiratione carminis

illius. Bellua centipes. Cerberum dicit propter multitudinem anguium:qui ex eo emanant: Centipes recte dicitur. Et pelopis parẽs. tantalus.s.laborum decipere sono. Audax figura laborum decipere.uult.n. intelligi audienti illi sensum laboris auferri.

CHRI. Regna furuæ pro.i.infernum cuius illam cum Plutoni nupserit regina est. Furuæ.nigræ:unde furtũ:quod in tenebris peragatur. Iudicãtem æacum.æacus Iouis & æginæ fili⁹ Pelæũ patrem achillis genuit:Regnauit in ænopia isula:quam deinde a matris noie eginam nominauit:& propter excellentem hominis iustitiam inferis post mortem iudicem datum fabulãtur poetæ. Iuuena. Quas torqueat umbras æacus. Sedes discretas.i.diuisas a suppliciis &,a pœnis:& itelligit campos elysios in quibus umbræ piorum placide quiescunt. Elysios autem uocari docet Vir. Quãuis elysios miret̃ græcia campos. Et in.vi. Quisq; suos patimur manes exinde per amplum. Mitimur elysium:& pauci læta arua tenemus. Et in eodem li.locũ describit:Deuenere locos lætos & amœna uireta fortunatoꝝ nemoꝝ sedesq; beatas. Largior hic cãpos æther: & lumine uestit Purpureo :solẽq; suum sua sydera norũt. Secretos ergo a tartaris ubi impii puniuntur. Aeoliis.s.q.põit in campis elysiis Sapho & alceum:de quibus alibi dictum est. Est autem sapho i accusatiuo ut dido in hoc uersu. Et noie dido sæpe uocaturum. æoliis lesbiacis:nam lesbius a quo insula denoiata est æoli filius fuit. De popularib⁹.nõ suis:sed phaõis:querebatur.n.impulsa zelotypia:ne a se amatum phaonem ad se conuerterent. Dixit igitur popularibus nõ suis sed phaõis: & intelligit de siculis:nam phaon relicta lesbo & in ea sapho in siciliam patriam redierat. Hinc illud in elegia. Hinc tibi sicelides ueniunt noua turba puellæ. Quid mihi cum lesbo sicelis esse uolo. Cæterum popularis possessiuum est a populo:ut ipse alibi: Et populares uincentem strepitus & natũ rebus agendis:Sed nõnunquam dicimus popularem.q. plebeum :unde dicimus uestem popularem.i.uilem & plebeam. Ci.in li.offi. Popularibus.n.uerbis ẽ utẽdum & usitatis cum loquimur de opinione populari. dicimus etiã popularem eum uirum qui sibi populi fauorem conciliat. Idq; non simplici uia fit:sed duplici.nam sunt qui populi beniuolentiam acquirunt bene de rep.sentiendo:& ea q̃ ad salutem et dignitatem populi spectant recta cum ratione agẽdo. Cicero in catilinam. Intellectum.n.est quid interesset inter leuitatem cõcitatorum ac animũ uere popularem saluti populi consulentẽ: Sunt itidem populares qui largiendo & adulando & aliis corruptelis populi sibi beniuolentiam captant:cum populus plerunq; magis q̃ placeant q̃ quæ deceãt cõcupiscat. Sed illi bonis artib⁹ ad honores nituntur. Hi uero quoniã bonæ artes desunt : dolo rem aggrediunt̃:tãtũq; inter utrunq; interest quantum inter uerum amicum & adulatorem. Capimus etiã popularem pro eo qui sit eiusdẽ sortis & fortunæ. Vnde Terentianus seruus getã itidem seruũ popularẽ suum appellat. Plenius. altiori stilo. q̃ sapho. Alcæus. a quo alcaicum carmen inuentũ est:his uerbis a Quintiliano describitur. Alcæus in parte opis aureo plectro merito donatur:Quia tyrannos insectatus multũ etiam moribus confert. In eloquendo quoq; breuis & magnificus & diligens plurimũq; Homero similis:Sed i lusus & in amores descẽdit maioribus tamen aptior. Hæc Quintilianus. Scripsit autem res bellicas & nauigationẽ:dum a Pythaco tyranno pulsus est:quod mythilenensibus libertatem suaderet:ac demum collecto exercitu tyrannũ superauit.

Aureo plectro. excellẽti stilo. Fingit autem ꝙ apud inferos cantet. Alcæus dura mala nauis.i.nauigationis: & dura mala fugæ.i.exilii:& dura mala belli:quod non sine summa difficultate gessit aduersus tyrannum. Vtrunq;.sententia est ꝙ umbræ utrunq;.s.sapho & Alcæum mirantur:cũ dicant res quæ sunt audiendæ. Sacro silentio.i.cum religiosa quadam attẽtione:uel eo silẽtio:quod in sacris adhibebãt. unde est illud:animis linguisq; fauẽtes. Ordo aũt sit. Vmbræ mirantur utrũq; dicere digna sacro silentio. Sed uulgus densũ.i.ipsa ad audiendũ constipata turba umbraꝝ magis bibit pugnas & tyrannos.i.pugnas gestas cõtra tyrãnos:& quia fauent poetæ uirtuti in eo bello gerendo:& quia in scribendo stilus grãdior est. Bibit. ita auide bibit:ut q̃ audit intimis sensibus reponat. Sic Properti. Incipe suspẽsis auribus ista bibã. Dẽsum. stipatum ad audiendum. Vulgus. solum ex latinis noibus est quod per us in secunda declinatione neutri sit generis ad similitudinem alterius nominis quod ẽ pelagus:& græcum est. Dicere. cantare:ut dicite quando quidem molli consedimus herba. Et alternis dicetis amant alterna camenæ. Quid mirum. quasi nihil mirum:si umbræ humanæ moueantur:cum monstra moueri uideamus. Bellua centipes. fortasse intelligit briareum:cui fuerunt quinquaginta capita:& centum manus totidemq; pedes:& tunc separabimus a sequentibus. Acron autem intelligit de turba anguium:qui pro capillis assunt furiis. Recreantur. delectentur : Nam uidetur animal capax boni & mali. Vir. Frigidus in pratis.c.r.a. Angues intorti capillis eumenidum recreantur.i.qui sunt pro capillis in capite eumenidum intorquẽtur. Prometheus. de quo dictum est. Pelopis parens. tantalus. Decipitur laborum:dulci sono. id est deceptus a sono obliuiscitur laborum

Nec curat orion leones:
Aut timidas agitare lyncas.

ACRON. Nec curat.o.l. Orion uenator fuisse narratur. huius umbrã dicit uenatiõi carmina pferre uigentẽ ibi apđ inferos studio:ꝙ hũerat i uita:ut Vir. Quæ.c.n.p.e.eadẽ sequitur tellure repostos. Lyncas. id est dãmas:ut quid lynces bacchi uariæ. & genus acre luporum.

Popularis

POR. Nec curat orion. Iam dicit orionem uocari a propriis uenandi uoluptatibus. agitare ergo ac per hoc sequi significat.

CHRI. Nec Orion. I. credunt iisdem rebus apud inferos delectari umbras quibus uiuentes hic delectabantur. Vir. Quæ gratia currum armorumq; fuit uiuis quæ cura nitentes pascere equos eadē sequitur tellurē repostos: Ergo ut apud superos uenatiōibus delectabatur Orion: sic & nunc apud inferos delectatur.

Lynx Lyncas in masculino protulit. Vir. contra. Quid lynces bacchi uariæ & genus acre luporum. Sūt autem lynces quos ceruarios lupos appellant uisu acutissimo: sed nulla memoria. Nam si quanuis in fame mandens forte respexerit tāta subito obliuione inuaditur ut digrediens alium cibum quærat. Sunt tamen qui uelint alium esse lyncem alium ceruarium lupum: & lyncum dicunt urinam humi congelari. Atq; arescere & in gēmas uerti carbunculis similes igneoq; colore rubescere: uocantq; lyncurium lynces nouerunt inuidiaq; motæ urinam terra operiunt: at illa citius solidatur. Est etiam fabella Triptolemum atheniensem a cerere per orbem missum ut mortales fruges serere doceret in thraciā ad regem Lyncū uenisse. Regem autem inuidia motum q triptolemus tanti muneris auctor existeret hominem perdere uoluisse. Cererem autem & illum seruasse & regem in hoc animal mutasse: ipsūq; lyncē de nomine regis appellasse.

Ad posthumū de breuitate uitæ dicolos.

Ode. xiiii.

h Eu heu fugaces posthūe posthūe
Labūtur anni: nec pietas moram
Rugis: & instanti senectæ
Affert: indomitæq; morti.
Non si tricenis quotquot eunt dies
Amice places illachrymabilem
Plutona tauris: qui ter amplum
Geryonem: tityonq; tristi
Compescit unda: scilicet omnibus
Quicunq; terræ munere uescimur
Enauiganda: siue reges:
Siue inopes erimus coloni
Frustra cruento marte carebimus.
Fractisq; rauci fluctibus adriæ
Frustra per autumnos nocentem
Corporibus metuemus austrum.
Visendus ater flumine languido
Cocytus errans: & danai genus
In fame: damnatusq; longi
Sisyphus æolides laboris.

ACRON b Eu fugaces. Præmisso doloris affectu ad posthumum queritur de uitæ breuitate. qd nullus iustitia uel pietate mortem possit euadere nec īminentē horā differre & dicit supuacue timeri quod non potest euitari. Indomitæq; morti. quasi ferocissime a qua nēo exoret indulgentiam: sicut & illachrymabilem subiungit plutonem. Tricenis. per menses singulos. i. quotidie: dixit autē eunt pro mortalitatis dolore quasi fluunt & peunt. Illachrymabilem. durum: iplacabilem qui nulla hostia nec si diurna sit placari possit. dicit tamen psentia pericula magnopere hoīes uitare cupere: cū nulla ratione possit mortem uitare. Qui ter amplum g. hoc est trio corpore monstrosum: quem hercules īteremit. Vir. Geryone extincto tyrithius attigit arua: & tergemini nece geryonis: ordo est: qui compescit ter amplum geryonem & tytion tristi unda. i. inferna oībus enauiganda: quicunq; uescimur munere: siue erimus reges siue erimus inopes coloni.

Enauiganda. moriendum est: ut nauita sed tristis nunc hos nunc accipit illos. Inopes. pauperes: quasi propter opes dicit. Colōi. optime dixit quasi nil proprium habentes sed temporales terræ cultores. Frustra c. hoc est frustra uitamus pugnas & nauigatiōes & pestiferum timemus autūnum: cū necesse sit oibus mori. Fractisq;. tē pestuosis. Vir. Quibus oīs ab alto frangitur inq; sinus scidit sese unda reductos. unde & raucum sonum fracta reddidit unda ī scopulos. Rauci. tempestuosi: sonori: ut Vir. Tum rauca assiduo longe sale saxa sonabant. Metuemus austrum. austro. n. flante morbi generantur autūno: unde & iuuenalis. Iā lætifero autūno cedente pruinis. Visendus ater. i. uidebimus ergo damnatorum umbras: quas uidentes beati ptereūt: aut quibus scelerati iūgunt. Languido. tristi: uel deformi: pigro. ut tristiq; palus inabilis unda. Cocytus errans. flexuosus: ut cocytusq; sinu labens circūuenit atro. Infamē. famosū a crimine: danai. n. filiæ una nocte iussu patris occiderūt maritos. uñ Vir. Sub una nocte iugali cæsa manus iuuenū. unde pro ultiōe crīs apud inferos urnis fractis aquā idefesse perhibētur haurire. Dānatusq; lōgi. s. æ. l. dānatus laboris dixit: ut dānatus capitis uel iniuriarum: hac autem māere pœna apud inferos sisyphum dicitur. ut saxum contra montis uerticem uoluat. quo semper relapso finem nunquam meretur laboris. de quo Vir. Saxum ingens uoluunt alii.

POR. Heu heu fugaces posthume posthume labūt āni. Ad Posthumū hac ode loquit de celeritate currētis uitæ. Indomitæ morti. idomitæ quasi ferocissimæ: qa nemo ab ea beniuolētiā & idulgētiā exorat. Sic & illachrymabilē plutona stati subiicit. Quia ter āpl geryonē. Ter āplū p trimēbri dixit: & accipiendum

hic extrinsecus quanuis:ūt sit quis ter amplū. Quicūq; terræ munere uescimur.pro qcūq; carebimus fru stra cruento marte carebimus:Præsentia pericula magnopere uitare cupimus:cū nulla ratione mortē effu gere possimus. Fractisq; rauci fluctibus adriæ.fractis pro illisis dicitur. Damnatusq; longi Sisyphus æo/ lides laboris.Damnatus laboris sic dicitur ut capitis damnatur.

CHRi. Heu heu fuga.Et pulcherrima simul:& uerissima narrat:atq; illa mira uarietate distiguit & illu/ strat.Demonstrat.n.posthumo uiro ut reor auaro mortem euitari nō posse:breuiq; cuiuscūq; fortunæ fue rimus eē moriēdū:ppterea q; stultissimū eē nō frui iis q̄ nostro tāto labore pepetimus.Incipit aūt ab iterie ctione dolentis:ut statim a principio auditorē cōmouere possit ipso meroris plēo initio.Et nomē cōgemi nat:q̄ cōgeminatio occultā hēt aut cōquestionē aut iurgationē. Sic Ter.O thais thais.Sic Vir.O coridon coridon quæ te demētia cœpit. Fugaces.plus ē q̄ fugitiui:nā huiuscemōi uerbalia & habitū & abundātiā rei cuius ē habitus denotāt.sic dicimus bibacē & edacē cū & habitū & frequentatissimos actus notamus.

Posthume.nomē i hoc loco ppriū ē.cæterū is posthumus appellat̄:qui posthumatū patrē natus sit. Vir. Siluius albanū nomē tua posthuma ples. Labūt̄.ueluti aqua q̄ sine itermissiōe fluit. Vir.Sed fugit iterea fugit irrepabile tēpus. Pietas. est iustitiæ ps:diffinit̄q; iustitia gratū:& diligēs officiū tribuēs ppiquitate nobis cōiūctis patriæq; deuotis.sed hic pōitur p religiōe:q̄ quidē si deos nō exorat:ut mortē a nobis ppul sēt:q̄nā alia res poterit exorare. Rugis.qm̄ i sene deficiūt subtiliores hūores corpus arescit: durescitq;:uñ cutis in rugas cōtrahitur. Instanti .imīnēti quasi q̄ breui uētura sit. Voluit.n.breuitatē humanæ uitæ ostē dere. Indomitæ.iexpugnabili.& seruauit ordinē:ut i breuitate uitæ celeritatē senectæ:& i senectute imīnē tē & necessariā mortē ostēdat. Nō si tricenis.quasi dicat p mēses singulos qui tricēis dieb⁹ cōstāt:ergo pe ne ē ac si dicat quotidie:quotquot: quotcūq;. Places.i.placare & exorare tētes. Plutōa. ad quē ptinēt:nā i tutela plutonis sūt mortui:nec āplius i superorū custodia.Hic Vir.Neciā cæ.ul.debē.Pluto filius saturni Pluto & Iouis Neptūniq; frater:& cui i mūdi diuisione ifera regna euenisse fabulātur.Qui uero ad historiā refe/ rūt oriētales partes dicūt i diuisione Ioui obuenisse:q̄ plaga:quoniā ex ea mortalibus lux datur:superior ap pellat̄.Occidētales aūt Plutoni.& hæ iferiores apparēt. uñ fictū a poetis ē Ioui cælū:Plutoni cui Agesilao cognomē fuit iferos euenisse.Nec ob aliā causā Neptūnus maris deus credit̄:nisi qa isulæ & maritimæ re giones illi obuenerūt.Hæc i sacra hystoria legi.Lactātius auctor ē.Habitauit secus iferum mare ubi postea fuere molossi.Eusebi⁹ illū tēpore Lyncei argiuoꝝ regis fuisse cōmemorat.Diodorus uero siculus Plutonē sepeliēdi funerisq; ac exequiaꝝ iuētorē extitisse scribit:cū hactenus nulla i hac re cura erga defūctos exhibe ret̄:proptereaq; mortuoꝝ deū esse habitū uocat̄ orchus.Var.Plutonē iter deos se lectos posuit: quos.xx. scribit:Ianū:Iouē:Saturnū:Geniū:Mercuriū:Apolinē:Martē:Vulcanū:Neptūnū:Solē:Orchū:Liberū pa trē:Tellurē:Cererē:Iunonē:Lunā:Dianā Mineruā: Venerē:Vestā.Sūt ergo.xii.mares:octo fœminæ.Phy sici aūt Plutonē itelligūt solē:hyemali tēpore remotiorē quādā mūdi partē plustrat.Est aūt dictus diuitiaꝝ deus:q̄ idicat nomē:nam & latine dis pater appellat̄:& ditis etiam in nominatiuo teste Seruio:uñ sūt di tes & diuites & diuitiæ:& græce πλοῦτον diuitias & πλούσιον diuitē dicūt.Est deus diuitiaꝝ:qm̄ & me talla in quibus maxime diuitiæ cōtinētur sub terris sūt:& oēs fructus ex interna terræ ui pueniūt. Geryo/ Geryone nē.hic pegasi alati equi secūdū Hesiodū filius fuit:& ab hercule iterēptus:Huic canis fuit orthus nomie nā tus:ex Echidna & Typhaone:Refert aūt Seruius q̄ in Hispania tres reges fuerūt iter se simillimi:qbus her cules armēta abstulit.hinc fabula exorta Geryonē unū fuisse:sed tria habuisse corpora.Alii dicūt geryonē tribus insulis iperasse:atq; illis oibus ab hercule exutū fuisse.Has ponūt duas baleares maiorē & minorē.Itē ebusā Pli.i erithrea isula celtibæriæ opposita Geryonē habitasse credi ait.hinc Oui.Ecce boues illuc eri/ threidas applicat heros.Addūt herculē i hispania cōtra hūc ferrea olla enauigasse q̄ i re ostendit̄ robur hu ius herois. Ter.āp.trino corpore monstrosū. Sunt qui fabellā ad mores referāt:& Geryonē terræ con/ tentionem interprætentur:quæ insurgit herculem: id est certamen carnis aduersus spiritum:hoc fit cū ap/ petitus isurgit contra rationem:& fit in hispania ratione occidentali:id est in mentis rationisque occasu ac cecitate.hercules igitur.i.ratio ad illū expugnādū per mare uehitur:id est per appetitū uexatū perturbatio nibus:ut mare tēpestatibus:sed uehitur olla ferrea.i.sūma fortitudine & cōstantia. Tityon.dicunt iouem Tityus filiā orcomeni Ellaron cōpressisse:sed mox cū illi irā iunonis timeret sub terris occultasse: atq; inde natū esse Tityō a terra nutritū.Verū cū e terra exisset multi illū terræ filiū crediderūt. Quapropter cū partim natū partim educatū a terra opinaret̄ in re ābigua ambiguūquoq; nomen. Vir.elegit cū dixit. Necnō & tityum terræ omni parentis alūnū.Alumnus.n.utrūq; significat:hunc cū latonā de stupro cōpellasset Apol lo suis sagittis ad inferos detrusit cruciatūq; æternū illi apposuit:ut assiduo iecur suū uultur exesset:iecurq; ut pœne sufficeret assiduo renasceretur.unde Ennius: Vulturis i siluis miserum mandebat homonem:& Vir.Nec nō & tityon terræ omniparētis alumnū.Cernere erat p tota nouem cui iugera corpus Porrigit̄ rostroq; imanis uultur adunco Immortale iecur tondēs fecūdaq; pœnis uiscera rimat̄q; epulis: habitatq; sub alto pectore:nec fibris requies datur ulla renatis.Hūc Leontius uetustaꝝ rerū scrutator scribit apđ boe tios magnū fuisse uirū:atq; suis opibus fretū tentasse Apollinē delphis pellere:sed cōtra euenit:nā ipse ab apolline pulsus:& ad paupertatē redactus assiduo mœrore ex facti pœnitētia maceratus est.Itaq; per uultu rem tormētū cōsciētiæ intelligunt.Lucretius aūt maxime hanc fabellam ad libidinosum amorem refert:

impulsus ni fallor: q̄ iecur libidinis sedes sit: Ait ergo: sed tityus nobis iamq; est in amore iacentem. Quē uolucres lacerant atq; exest anxius angor: aut alia quanuis scindunt turpedine curæ. Quāuis autem fabulosum sit q̄ iecur in tityo renascatur: & uelint per id ostendere poetæ q̄ libido nunquā extiguatur: sed quāto plus exercet plus crescere: non tamen oio a physica discedūt. nam alia exta ut cor: lien: & pulmo putrefacta non renascuntur: iecur uero renascitur. Tristi unda. sic Vir. Tristiq; palus inamabilis unda. Qui. t. m. u. q. d. omnes mortales: nam si ex sola anima costaremus: q̄ celestis est: nō moreremur: sed quia corpus a terra est: & a terra alitur: nam omnia iisdem rebus aluntur ex quibus constant: necesse est ut quandoq; in iteritum cadat. Non tamen terrenum est corpus: sed ex quattuor elementis geometrica proportione cōstat: ita & fructus quibus alimur non simplici ex elemento sunt: sed eadem proportione compositi. Enauiganda. respexit ad fabulam qua Charon animas acherontem transuehit. Frustra cruento. sententia ē q̄uis prælia: q̄uis naufragia q̄uis autūnales morbos fugiam⁹: & cætera huiuscemodi pericula: tñ postremo moriendū erit quia omnia orta occidunt: & omnia composita solui: quando necesse est & i interitum cadere. Rauci. raucū sonū propter tempestatem emittētis & etiam i superioribus i neutro genere pro mari

Raucus usurpauit. Raucum uero aliquando ad optimā uocē referimus. Vir. piscosoue amne padusæ. Dant sonitū rauci per saxa liquentia cigni. Aliquando ad pessimā: ut rauci theseide codri. Cocytus. de fluminibus iferorum alibi expressius dicetur. Languido. expressit crassitudinem & cenolentiam aquarū in fame propter scelus cōmissum. Danai. ex primo ioue epaphū atq; ex epapho priscū belum natum uolunt qui in

Belides superiori ægypto regnauit. Huic duo fuerunt filii Danaus & ægyptus. Danaus quinquaginta habuit filias: ægyptus totidem filios. Cogebat danaus a fratre: ut suas filias sibi nurus præberet. Ille recusabat deterritus oraculo. a quo acceperat fore ut quandoq; a genero interficeret. Propterea naui q̄: ut supra diximus ab eo prima fabricata est: in græciam nauigauit. Insecuti sunt nepotes tandēq; illum obsidendo coegerunt ut filias in uxores daret. Dedit Danaus: sed eas admonuit ut dormientes aggrederentur: atq; interficerētur Itaq; cæteræ omnes iussa paterna adiplerunt. Sola autem hypermestra Lino siue Lynceo uiro pepcit. Quapropter hac pœna apud inferos uexantur hæ puellæ: ut iubeantur uas aqua implere: quod cum undique rimosum sit: implere nunquam possūt. Hanc fabulam per allegoriam Lucretius interpretatur significari illorum animos qui nimia cupiditate eorum bonorum quæ in fortunæ potestate sūt afflammati nulla unquam rerum influentia tantum ardorem extinguere possunt: sed semper plura optantes nunquam explentur. Ille igitur cum plura in hanc sententiam dixerit addit. Nec tamen explentur uita in fluctibus unq̄ hoc opinor id est æuo florente puellas: qđ memorāt laticē pertusū cogere i uas. Quod tamen expleri nulla ratione potest: Hic danaus: ut placet Eusebio regnauit: apud ægyptios anno mundi sextodecimo supra tria milia & septingentos. Longi laboris. quia perpetui: immo æterni: si fabulæ credimus & æternita-

Sisyphus te nihil longius. Sisyphus æolides. horum siue historia siue fabula a deo uaria ambiguaq; traditur: ut difficile sit omnia prosequi. Nā & plures sisyphi & ex pluribus æolis nati uidentur. primum autem sisyphum dicunt fuisse regnante Danao argis: uel saltē Lynceo eius nepote atq; genero qui illi successit. Voluntque ephyram in achaia condidisse: quam deinde Corinthus horestis filius a se corinthū denominauit: & huisse in uxorem septimam Athlātis filiam Meropen: de qua Oui. Septima mortali merope tibi sisyphe nupsit. Fuit & alter sisyphus & hic æoli sed alterius a superiore æoli filius regnāte Aegeo athenis qui ut refert Lactā. in isthmo achaiæ habitans. pretereuntes aut saxo obruebat aut dū ab eo iussi pedes lauarent i mare calce ictos precipitabat. Adduntque suorū archanorum a diis participem factum illa mortalibus prodidisse: & furta Iouis cum Aegina manifestasse. Quo scelere a ioue ea pœna ad inferos detrusum: ut saxum ex ima ualle subuoluens in montis iugo constituere iubeatur. Verum cū iam ad locum deuentum est rursus saxum ad ima ruit. Hinc Oui. Aut petis aut urges ruiturum sisyphe saxum. & Virgilius. subtracto nomine. Saxum ingens uoluūt alii. Et apud quendam tragicum. Tum illud quod sisyphus uersat saxū sudans: nitendo nec proficit hilum. Per quam rem eos arguere poetæ uoluerūt qui perpetuis curis ac laboribus anxii semper circa magna uersantur: & summos magistratus atque imperia per stultissimam ambitionem assequi tentant. Et quoniam maiora suis uiribus expetunt: nunquam quod uolunt assequūtur. Sed omnes eorum cōnatus iefficaces reddūtur. Sapienter ergo & hoc Lucretius: Sisyphus in uita quoque nobis ante oculos est qui petere a populo fasces sæuasque secures. Imbibit & semper uictus tristisque recedit Et paulo infra. Hoc ē aduerso nixantē trudere monte. Saxum quod tandē summo iā uertice rursus Voluitur & plani raptim petit æquora campi. Hunc uolunt ulyxis patrem fuisse quod illi etiam Aiax apud Oui. exprobat & sanguine cretus sisyphio. Nam q̄ a theseo iterfectus sit: ut nonnulli dicunt propter diuersitatē temporum quadrare non uidetur: & fortasse erit tertius sisyphus: sed peotarum licētia cuncta commiscet atq; confundit. Aeolides. æolii filius: uerum de hoc alibi: nam neq; etiam æolus unus fuit.

ACRON. Pro hoc tñ flagitio tali pœna perculsus ē. qa æginā asopi filiā Iuppiter adamauit eāq; custodiæ patris furtim surripuit & factum Sysipho confessus est. Ille humana leuitate quæ

Linquenda tellus & domus: & placens
Vxor: neque harum quas colis arborum

Te præter inuisas cupressos
Vlla breuem dominum sequetur:
Absumet hæres cæcuba dignior
Seruata centum clauibus: & mero
Tinget pauimentum superbo
Pontificum potiore cænis.

renti eá patri prodidit hic tali apud inferos pœna damnatus est. Liquenda. a morientibus. s. quia etiam dulces relinquūt affectus. Neq̧ harū ordo ē: neq̧ ulla arborum harum quas colis: sequtur te breuē dominum id est parui temporis preter inuisas cupressos id est rogis & luctibus consecratas: Vir. Et ferales ante cupressos constituunt. Absumet heres. hæc cum inuectione dicuntur in eos q nimia psimonia conseruant q̄ pdigi hæredes absumunt. Iuue. ut locuples moriat̄ egens.

Tinget. p. solum promptuarii. hoc est perfundet pauimentum negligens hæres uino deorum conuiuiis digno. Superbo. pro ipse superbus: hypallage figura.

POR. Præter. i. c. inquit quia funeribus cupressus adhibetur. Breuem autem dominū id est breuis uitæ: Absumet. h. c. d. s. c. c. hæc cum īuectione dicuntur corripienti eū q̧ ad nimiā psimoniā se cōstrigat ad seruās q̧ hæres pdige sit abusurus. Et mero tīget pauimentū superbo. Effusurum eū passim uina significat q̄ hic magnopere seruauerat reclusa. Superbo autem pauimento pro ipse superbus.

CHRI. Liquenda tellus. id est agri quibus delectaris. Et placens uxor. non temere placens dixit: nam relinquere difficilē: & morosam uxorem pars non minima fœlicitatis uidetur. Hac eadem ratione Iuuenalis scripsit Rogus aspiciendus amatæ cōiugis et fratrum plenæq̧ sororibus urnæ. Inuisas cupressos. Nulla arbor sequetur te preter cupressum: sed nec ea quidem delectaberis: quoniam erit indicium tui rogi. Adhibebatur autem funeribus: quoniam ut mortui non resurgunt: sic ipsa cæsa non pullulat: ergo rogus illa ornabatur. Virgilius: Ingentem struxere pyram cui frondibus atris intexunt latera: & ferales ante cupressos cōstituunt. Sunt etiā qui dicant iccirco cupressum rogis adhiberi quia suo odore cadaueris ustrinam tollat Mos autem apud romanos fuit ut ante domum defuncti ramus e cupresso poneretur indicium pontifici qui si domum funestatam ingressus esset statim polluebatur: in hanc Cato inuehens hiatu morosam fructu super uacuam baccis toruam foliis amaram odore uiolentam: ac ne umbra quidem gratiosam. Diti sacram: & ideo funeri signo appositam dixit. patria fuit chreta. Breuem dominū. qui iam in tantulum cinerem redactus sit: uel breuem ad temporis breuitatem rettulit: breui enim tempore rebus a nobis posessis dominamur. Absumet. summa stultitia ut tu labores: et alter tuo labore partis fruatur. Dignior. uel dixit hironice: cum magis dignum sit qui pariteum partis frui: uel dignior quia sit uti quo tu uti nesciebas. Seruata centum clauibus. summa stultitia ut tanta anxietate parcens ea serues: quæ alter ita dissipabit: ut non modo utatur: sed etiam spargat. Superbo. nobili: excellenti. Ostēdit autem quod usū sæpe euenit: ut quanto maiore auaritia & paramus & partis parcimus tanto maiore prodigalitate hæres spargat. Tīguet. plus dixit q̄ si dixisset sparget: est autem tingo et tinguo. Pauimentum. solum est nobis subiectum quod gradiendo calcamus dictum a pauiendo quod tundere percutereq̧ significat. Ci. de diuinatione: sed quia cum pascuntur necesse est aliquid ex ore cadere et terram pauire terripuuium primo postea tripudium dictum ē. Hinc pauor: quando timor cor pulsat et pausia oliuæ species quæ anteq̄ molæ subiiciatur tunditur. Potiore cænis. i. uino quod datur in cænis pontificum: constat enim apud plures scriptores & maxime apud macrobium pontificum cænas lautissimas luxuriosissimasq̧ fuisse.

Cupressus

Pauimētū

ACRON

Suorum temporum luxus. Ode. xiiii.

IAm pauca aratro iugera regiæ
Moles relinquent: undiq̧ latius
Extenta uisentur lucrino
Stagna lacu platanusq̧ cælebs:
Euincet ulmos tum uiolaria: &
Myrtus & omnis copia narium
Spargent oliuetis odorem:
Fertilibus domino priori.
Tum spissa ramis laurea feruidos
Excludet ictus: non ita romuli
Præscriptum: & intonsi catonis

IAm pauca. antiquorum hic seueritatem & continentiam laudat: et queritur de p̄sentis luxuria sæculi quo tanta ædificandi inuasit libido ut ædificia latius porrigendo uel captando amœnitatis aspectus breui agros dicat a rationibus defuturos. Vndiq̧ latius. non lati⁹ extenta: sed latius uisentur: tanquā nō ī latitudinem: sed in altitudinē potius extenderentur porrigendo fastigia: ut lucrinus: baiarum lac⁹ undiq̧ conspiceretur. Platanusq̧ cælebs euincet. u. plures erunt inquit platani q̄ ulmi quæ sine fructu sunt magis ad amœnitatē deambulatiōis positæ quia ulmi utiles uitibus & necessariæ sūt. hinc notat luxū p̄sentis temporis: uel q̧ myrtus aut uiolaria anteferātur oliuetis plusq̧ odoꝶ copia q̄ fructus curentur. cælebs autem uitibus uidua: ideo oliuetum dixit fertile priori domino: quia præsēti solā posuerat fertilitatē placere. Tū spissa. r. l. īfructuosa ēt laur⁹ aut ad excludēdos umbra sua

solis ardores posita aut certe quia iō in uiridariis instituebatur q̄ feruidis ictibus fulminū credebatur esse contraria. Excludet ictus .contra maiorum laboriosam frugalemq̃ uitam romuli uel catonis dicit luxum p̄sētem. Præscriptū.p̄ceptum:a magistris ludi tractum q̄ p̄scripta dāt:quæ imitentur. Intōsi.autem iō q̄a dicebāt iiuriam naturæ fieri:si q̄ tegmēto capitis datum fuerat amputaretur .unde et Iu. Intōsos rigidam in frontem.d.c.p.e.

POR. Iam pauca aratro iugera.hac ode de luxuria p̄sentis sæculi loquit̄.sēsus ē autem tanta libido est hoc tempore latius porrigendi ædificia:ut breui de futuri sint agri. Vndiq̃ latius uisentur extenta lucrino stagna lacu.nō tātum in altitudinē sed etiā ĩ latitudinē studēt porrigere ædificia.Deniq̃ undiq̃ lacus lucrinus prospicietur ĩ cāpania non autem latius extēta stagna itelligēdū sed latius uisētur. Platanusq̃ celebs euincet ulmos.cælibem platanum ait:elegāter quoniam econtrario maritari arbores dicūtur quibus uites iungūtur.per hoc autē significat nō nisi luxuriæ et ambitiosis uoluptatibus studeri:Platanus autem in ambulacris conseritur:unde fructus nullus est. Copia narium.odorem dixit. Spargent oliuetis.hoc est ubi olиueta fuerūt. Significat āt futuꝝ ut oleæ arbores uertāt ad conseruandas ibi myrtos et uiolas & cætera quæ sunt odori et uoluptati. Non ita Romuli præscriptum et intonsi catonis Auspiciis.ueterumq̃ norma.p̄scriptum & p̄ceptum dicitur a magistris ludi q̄ scripta pueris dant p̄cipiuntq̃ imitari.Intonsum autē Catonem ait quia ueteres propter seueritatem hirsuti erant.

CHRI. Iam pauca aratro.Priscorum seueritatem & parsimoniam laudat:et suoꝝ temporum luxū maxime in ædificando carpit. Moles.regiæ uillæ instar regiorum ædificiorum.Moles autem secundum Pōpeiū pro magnitudine ponitur:sed tamen moliri & molitiones a mouendo dici affirmat. Iugera.si Quītiliano credimus.Iuger a iūgendo boues dicitur.Vultq̃ tantum terræ esse quantum uno die boues iuncti arant.Collumella autē distinctius rem prosequens ait iuger dici a iunctis actibus.Ponit enim sexdecim digitos pedem facere & quinq̃ pedes passū:ducentos & uiginti passus actum: Duos deniq̃ actus simul iunctos asserit iuger facere.Erit ergo iuger quadringentorum quadraginta passuum. Aratro.ad arandum. cum oīs pene ager uillis hortisq̃ occupetur. Stagna.cōqueritur nimium spatium uiuariis ac piscinis occupari:ponit igitur stagna pro uiuariis.Quæ quidem iam uidebantur extendi undiq̃ latius lucrino:id est maiori spatio q̄ lucrinus sit .Lucriuus autem et auernus lucus sunt in baiano sinu contra puteolanam ciuitatē. qui olim ex pisciū copia uectigalia magna p̄stabant: sed cum maris impet⁹ plerūq̃ irrumpēs inde pisces excluderet & redemptores grauia dāna paterētur:idq̃ apud senatum conquererentur missus est.C.Iulius cæsar:qui ductis brachiis exclusit partem maris quæ ante infesta erat atq̃ p auernum breue spatium reliquit qua & piscium copia posset intrare:& fluctus nō essent molesti.hinc Virgi. An memorem portus lucrinoq̃ addita claustra.Atq̃ indignatū magnis clamoribus æquor.Iulia qua ponto longe sonat unda refuso.Tirrhenusq̃ fretis immittitur æstus auernis.Est autem hoc appellatum opus iulium:et ab aliis ocia maris.Queritur ergo poeta q̄ priuatorum uiuaria latiora sint q̄ publici lacus:sed profecto prisci maximos fructus ex uillaticis piscinis capiebant:scribit Amneus in piscinam quæ ĩ uilla pausilippo est piscem a Pollione missum post sexagesimū annum expirasse duobus æqualibus superstitibus.primæ piscinæ ostreis positæ sunt a sergio orata tempore Crassi oratoris. deinde reliquorum piscium uiuaria inuenit:Lu .Murena.Huius exemplum secuti sunt philippus .inde Hortensius orator qui suæ piscinæ Murenam adeo dilexit: ut extinctam fleuisse credatur.Luculus autem exciso etiam monte iuxta neapolim maiore impendio q̄ uillam ædificarat Eurypum & maria admisit: ex quo illum pompeius xersem togatum appellauit: Curius cæsari in suis cœnis triūphalibus murenarum sex milia numero mutua dedit. Platanus.hæc arbor in Diomedis insulam prius inde in siciliam et illinc in italiam inuecta est:hæc nisi amœnā densāmq̃ propter latitudinem foliorum umbram p̄beat inutilis pene est. Est enim sterilis.unde Vir.in bucolicis Et steriles platani malos gessere ualentes:sed potantibus amœnam & uoluptuosam umbram p̄bent.hinc Ouidius.Et platanus genialis acerq̃ coloribus impar.uino eius radices irrigabant:q̄m id ad crescēdum utile cognitum ē.ait Plinius in lycia iuxta fontem et uiæ imminentem platanū eē in formam domicilii concauam & octoginta unius pedum specum facere umbra ita densa:ut etiam imbres arceat :erant et chameplatani minores & ueluti inter homines pumiliones.multa sæcula durare ea ratione credit Plinius q̄ auctores extarent platanum delphicam suis temporibus adhuc uiuentem manu Agamennonis satam esse. Cælebs.per acyrologiam dixit.cælibes enim qui caste degunt appellamus:quia cælo digni sint. Cælebs ergo id ē infructuosa: nam in cælibatu nihil gignitur.uel cælebs quia non maritatur uitibus:ut ulmi:quæ quāuis et ipsæ nullū fructū ferant tñ q̄a uites substinēt fructuosæ uideri possūt.q̄ dolet q̄ platan⁹ ulmos iā uicat.i.q̄ maior sit platanoꝝ quā ulmoꝝ numer⁹ futur⁹:cū ulmi uites substineāt:platani ñ substineāt. Violaria.dānat luxū ĩ hortis quos ultra modū p̄pagabāt:& illis locū ātea oleis arboribus fructuosis datū occupabant:dānat āt eā speciē hortoꝝ q̄ solis florib⁹ cōserūt̄.ordo ē uiolaria & myrt⁹ & oīs copia sparget uariū odorē oliuetis fertilib⁹ id ē q̄ fertilia fuerant domino priori.i.illi q̄ ātea possidebat. Oliuetis.ñ oliuetis sed solo ĩ quo antea oliueta erant.nam iā illis excisis horto datus erat loc⁹: sed notādū uerbū q̄d dupliciter p̄fert̄:nā aliter dicim⁹ Sparge marite nuces :et aliter Spargite humū foliis. Laurea.laurus quā decenter iuxta myrtū nominat nam Vir.Et uos o lauri carpam et te proxima myrte:sic positæ quoniam suaues miscetis odores. Ict⁹.no/

men est uerbale a uerbo prisco ico cis. Lucretius. Nec radio citius uita se tollit & icit. Præscriptum. præceptum. Intonsi. q. d. prisci. nam non nisi post. ccccliiii. urbis annos romæ tonsores fuerunt sed intonsi manebant: Vnde intonsum et barbatum pro uetusto et prisco ponunt. Iuue. Facile est barbato imponere regi Intelligit igitur de Catone censorino portiæ familiæ auctore: cuius tanta in censura sæueritas fuit: ut et collega suus illum timeret. Tria summa habuit. fuit enim optimus dux. optimus orator: et optimus senator Et quod illius propriũ sit nomen sæpi⁹ est accusatus. Quater. n. et quadragies cã sibi dicenda fuit et semꝑ absolutus est quod uerisimilius ẽ. Si uero ad uticensẽ referas dices intonsi: quia ex quo ciuilia bella incepta sunt nunquã tonderi passus est. Luc. Ille nec horriferã sancto dimouit ab ore. Cesariem duroq; admisit gaudia uultu Vt primum tolli feralia uiderat arma Intonsos rigidam i frontem descendere canos passus erat miseramq; genis increscere barbam.

Auspiciis: ueterũq; norma.
Priuatus illis census erat breuis:
Cõmune magnum: nulla decempedis
Metata priuatis opacam
Porticus excipiebat arcton.
Nec fortuitum spernere cespitem
Leges sinebant oppida publico
Sumptu iubentes & deorum
Templa nouo decorare saxo.

ACRON. Normã pro recta uita posuit. Metaphora a fabris qui normam uocant ad quam opus dirigunt. Cõe magnum. cõmunis res omnis erat illis: ut in cõmune bonum. Nulla decẽpedis. decempeda regula est decẽpedũ ad quos ab artificibus fabricæ mensura colligitur. i. nulla priuata domus erat quæ porticum haberet tãtæ magnitudinis ut posset sufficere umbræ sole uicino septentrionali plagæ. tũc enim paruissimæ sunt umbræ. Nam hyemali tempoꝛ latissimas ẽt porticus solis occupat radiis. Excipiebat arctõ. quæ tanta esset porticus: ut septentrionali plagæ sufficeret sui magnitudine. et ad hanc tantũ pateret ꝑ declinatione solis et auræ exemptiõe: ad cæli. n. clima seu porticus ueteres: seu ædificia cõstituebant. unde & Iuue. Decẽbri hyemale. Et algentem rapiat cænatio solem. Metata. mensurata: disposita: nam metari dicebantur castra magna cura ducũ peritiaq; constitui. quod augmẽtũ luxus ædificio priuato dedit. Nec fortuitum spernere cespitẽ. id est non licebat aut neglectũ horrere aut rideri eum qui super hærbam recumberet aut dormiret per quod significat simplicẽ ac sine ãbitu uitam ueteribus romanis fuisse. nec magna cura priuatas opes curare. & dum studium omne publico ornatui impenderetur et templis.

POR. Normã pro regula dixit. Fertilibus domino priori. quæ oli uera sub priore domino. i. sub prioribus temporibus colebãtur et iccirco fertilia erant. Tũ spissa ramis laurea feruidos excludet ictus. & laurea arbos infructuosa est & tantũ uoluptuosis locis apta. Priuatus. i. c. e. b. cõe. m. id est familiarem rem angustã habebant rempublicã magnã. Nulla. d. nemo inquit priuatam domũ ædificans decempedũ porticũ septentrioni obiectã metebatur. Septentrioni ãt obiecta porticus æstate delicatioribus grata est: quia solem non contingit. Nec for. c. l. s. Sensus et ordo est. hic nec sinebant leges spernere cespitem fortuitum id est ñ licebat irridere eum qui super stipulam recũberet aut dormiret. ꝑ quod significat simplicẽ aut sine ãbitione uitam ueteribus romanorum fuisse. Oppida. p. s. i. &. d. t. d. s. hoc ẽ opa templorum in oppidis publico sumptu iubentes ædificari: & ergo hic figura schema quod ἐν διὰ δυοῖν dicimus unum in duos sẽsus diuisit. Oppida enim et deorum templa pro eo quod est oppidorum templa.

CHRI. Auspiciis. imperiis et potestate: Virgilius. paribusq; regamus auspiciis. Romuli quo regnante duo agri iugera satis erant. Norma. instrumentum est quo fabri sua opera dirigunt: Hic per translationẽ pro lege posuit. Decempedis. regula erat decempedum qua fabrice mensuram colligebant. sententia aũt secundum Acronem est: quod nulla esset domus priuata quæ porticum tantæ magnitudinis haberet: ut posset sufficere umbræ solis quũ septẽtrionalis est: tunc enim umbræ minimæ sunt: quoniam pene ad lineam capita nostra ferit: quando autem meridianus est tunc ex transuerso nos petens ad longum spatium ædificia aperta subit et umbras longius iacit. sed erit fortasse alius sensus Antiqui enim habebãt: ut et nos loca ad meridiem exposita in quibus hyemali tempore apricarentur: & in sole discumberent: Habebant itidem quæ ad Arcton et septentrionem spectarent et nullum solem admitterent: in quibus in æstiuis mensibus amœno frigore epularentur. hoc ꝙ nunc poeta exprimit. Sitq; sententia: nulla porticus decempedis id est nulla porticus adeo ampla erat: ut perueniret ad mensuram decempedum. Non enim negat fuisse illis porticum quæ uergeret ad septentrionẽ qua calores arcerent: sed negat illas decempedes fuisse sed breuiores. Metata. quasi magno spatio mensurata. nam metari castra quæ magna sunt dicebantur: quod spatium nunc luxui priuato dari conqueritur. Nec fortuitum. c. sp. q. d. ꝑ non parua uoluptate erat si forte cespitem in umbra inuenissent in quo discumberent: aut recumberent quem leges spernere non sinebant nam ita seuere erant in coercendo luxu: ut cespes pro summa uoluptate haberetur. Oppida. p. s. Senten est ꝙ In publicum diuites essẽt: et illis diuitiis aut oppida ædificabant: aut templa exornabant. Nouo saxo. id est externo & aliunde inuecto propter quod illis nouum erat.

nulla fuit domus q habe[r]et porticu[m] sufficie[n]s ad septe[n]tr[i]one[m] ut estate aliquis uiuere posset
Cespitem herbo[su]m quem forte a patre acceptum ... fuit ... cultus

Norma
Decempeda

ACRON O Cium diuos rogat.hac ode indicat ocium nemini non gratum eẽ atq; optabile:asseritq; a diis stulte homines ocium precari cum ipsi sibi id præstare possint:si cupiditatibus modus ponatur. Nullis præterea diuitiis aut premiis emi posse.ordo est.Grosphe simul atra nubes condidit lunã: neq; sydera fulgent certa nautis præhensus in patenti ægeo rogat diuos ocium non uenale geminis neq; auro neq; purpura. Patenti.lato mari et ubiq; diffuso sine littoris alicuius aspectu.bene ꝓhensus tanq̃ fructũ nauigãs faciat insidiatus sereno:ægeum autem mare ab ægeo thesei patre dictum. Certa sydera.nota:aut certe fidelia:quorum claritudo pernox sit ut merito eis credatur.i. septentrio:unde et Luca. Miseros fallentia nautas Sydera non sequimur:sed quæ nõ mergitur arctos. Ocium.b.optabile etiam bellicosis nationibus ocium dicit. Pharetra decori.quia sagittarum usu et armorum splẽdore decori sunt persæ.ocium naturale ai affirmat bonum quod nullis possit diuitiis cõparari. Gazæ. diuitiæ ut Troia gaza per undas. hoc uero est ꝙ non diuitiæ homines ab inquietudine excusent: sed quies et electa mediocritas.ordo est. non enim gazæ neq; consularis lictor sũmouet miseros tumultus mentis:& curas uolantes circũ laqueata tecta

Ad grosphũ:ociũ ab oibus optari. Ode.

O Cium diuos rogat in patenti
Prehensus ægeo:simul atra nubes
Condidit lunam:neq; certa fulgẽt
Sydera nautis.
Ocium bello furiosa thrace:
Ocium medi pharetra decori
Grosphe non gemmis neq; purpura:ue
Nale neq; auro
Non enim gazæ neque consularis

POR. Ocium.d.r.i.p.æ.hac ode Grosphum equitem romanum alloquitur siciliensem ĩdicãs nemini non ocium gratum esse atq; optabile.

Ocium diuos rogat impatienti prẽsus ægeo.dicit omnes stulte a diis ocium optare cum ipsi illud sibi præstare possint:quippe cũ nullis ꝓmiis ematur.non enim inquit diuitiæ aut honor sunt cuiquam quominus inquietam solicitudinis mentem patiatur & curas laqueata circum tecta.ostendit non alibi grauiores curas esse q̃ ubi maiores opes sunt.

CHRI. Ocium diuos rogat in patenti. ex omnibus quæ hactenus descripta sunt carmina nullum reperies quo seuerius increpet humanæ mentis cecitatẽ:nam cum naturali ĩpulsu omnes ocium cupiant:ldq; sibi modo suas cupiditates intra rõnis terminos cohibeant ꝓstare possint stultitia tñ summa id a diis petũt cum interim auaritia ambitioneq; eos ĩpellẽte assiduis laboribus atq; periculis se crucient.Ergo alius. Prehensus.pro deprehẽsus a tempestate in mari. Rogat diuos ocium.id est cessatiomem et quietem a tempestatibus quam ipse si auaritiæ ĩpulsu mare non intrasset sibi præstare potuisset. Patenti.quia amplioris ẽ tractus. Aegeo.spẽs ẽ ꝓ genere posita.Cæterum ægeum mare a scopulo qui non ꝓcul a tenedo est denominatur.Ille enim spẽm capræ hẽt.Caprã autem αιγά græci nominant.Alii uolunt ab ægeo atheniensiũ rege:qui ex alta specula in id se precipitẽ dedit eẽ ægeum dictum.nam cum ita iubentibus sortibus in cretam enauigasset filius theseus:uelaq; nigra ueluti a minotauro deuorandus detulisset:iussusq; esset si forte incolumis reuerteretur:ut uela mutaret in alba:oblitus est id facere theseus.Quapropter nigra conspicatus ægeus proptereaq; filium perisse ratus se ut dixi precipitauit.Est autem mare latum:& incipit ab hellesponti finibus.Nullumq; olim insulis et uiris illustrib⁹ maiori fama fuit:nostro autem sæculo turpi seruitio premitur:et pleræq; insulæ desertæ iacẽt. Condidit.l.et sic obscurauit cælum.contra alibi: Nec candida cursũ luna negat. Certa.nã abscondit ea sydera q̃ cognita certaq; sunt nautis ut est ursa et reliqua. Thrace.s nominatiuo ẽ et græca declinatio:ut ἡθρακη της θρακης:nos hæc thracia dicimus. Furiosa.sine ratione bellicosa:nã sæpe ebrietate ĩpulsi ĩ ꝓlia descendũt ul' furiosa pp bacchi sacra illic ab orpheo ĩstituta & tũc erit furiosa:furore diuino repleta pp bacchãtes:sed pria ĩterꝓtatio rectior. Ociũ.repetitio est color rhetoricus:quo orõ splẽdidior simul & efficacior reddit'. Medi.ꝓ pthis posuit. Decori.p.qa ut iã demõstratum ẽ multum ualent sagittis:Sententia ẽ ꝙ:& qui nauigando:& qui pugnãdo labores et picula subeũt ea rõe laborant:ut in ocio uiuant stultissimi ꝓfecto q̃ si et auaritia & ambitiõe a se ꝓpulsatis modico contenti uiuere uelit sibi ipsi ociũ ꝓstare possint. Venale.id dicim⁹ quod uendendum proponit':ergo ẽ uenale qd̃ emi põt:ociũ ãt dicit ñ posse emi gẽmis et purpura.i. magnis diuitiis:nã ociũ ꝓuenit ex tranqllitate mentis q̃ tũc deniq; existit:cũ iã rationi obtempãte appetitu oibus ꝑturbationib⁹ uacamus:sed ĩpia et diuitiæ augent perturbationes ñ tollũt g̃ non erit uenale ocium illo ꝓcio:metri cã ãt diuisit uenale qd̃ sepæ facit pyndarus. Gazæ.ãplæ diuitiæ. Cõsulat.l.ꝓ oi magistratu & ĩperio posuit:g̃ nec diuitiæ nec ĩpia remouẽt.

ACRON Lictor.lictorẽ pro dignitate posuit & honore qui ocia denegat. Miseros tumultus mẽtis.nõ alibi grauiores curas:eẽ q̃ ubi maiores sunt opes demõstrat:uolantes autẽ dixit discurrentes. Laqueata.lacunaria.sicut Virgili⁹:Atq; animũ celerẽ nũc huc nunc diuidit illuc.In par

Submouet lictor miseros tumultus
Mentis:& curas laqueata circum
Tecta uolantes.

Viuitur paruo bene: cui paternum
Splendet in mensa tenui salinum.
Nec leues somnos timor: aut cupido
Sordibus aufert.
Quid breui fortes iaculamur æuo
Multa: quid terras alio calentes
Sole mutamus: patriæ quis exul
Se quoq; fugit:
Scandit æratas uitiosa naues
Cura: nec turmas equitum relinquit
Ocior ceruis: & agente nymbos
Ocior euro:
Lætus in præsens animus: quod ultra est:
Oderit curare: & amara lento
Temperet risu: nihil est ab omni
Parte beatum.
Abstulit clarum cita mors achillem.
Longa tithonum minuit senectus.
Et mihi forsan tibi quod negarit:
Porriget hora.
Te greges centum: siculæq; circum

tesq; rapit uarias: perq; omnia uersat. Sicut aquæ tremulum labris ubi lumen ahenis. Omnia per uolitat late loca summiq; ferit laquearia tecti. laquearia autem dicuntur opaca cameræ in lacu collectæ. Vir. Dependent lychni laquearibus aureis. Viuitur.p.b.paupertate sola beate approbat uiuere. Luca. O uitæ tuta facultas pauperis angustiq; lares. Salinum.p quocunq; uase posuit fictili mensæ pauperis: proprie tamen salinum ē patella in qua diis primitiæ cum sale offerebātur Cupido.pro auaritia dictus. unde & timor pro custodia census. Iuue. Misera est magni custodia census. Iaculamur.pro appetimus: & dum breuis uita sit maiora tentamus. Quis exul se quoq; fuigt. a uitiis auaritiæ suæ qs poterit fugere: q derelinquit patriam diuitias autem quærit mutatione terrarum: ut est. Atq; alio patriā quærūt sub sole iacentem. Scādit æratas uitiosa.n.c.ondit neq; mari neq; terra: siue militia posse quenq̄ curas fugere suas uel peccatū. Nec turmas eqtū r. non deserit relictas turmas relinquit enim est deserit: sensus autem hic est. si equo quis uelit curas fugere non potest: qa & ceruis: & ipsis uentis sunt ueloc iores. Lætus in p̄sens. plus p̄senti læticia qua spe futuri animum iuuari dicit id est nō plus lætetur q̄ expedit. Et amara.l.t. philosophicum p̄ceptum pacientiam exhortās: ut aduersa læticia temperentur et non satis prosperis credatur. maxime cum uarietate uitæ nec pro uoluntate ad omnia fœlicitas cōstet: nec sint aduersa cōtinua. Abstulit clarum cita mors achillē. ostendit rerum humanarum duo interesse cōtraria exemplo eorum qui sunt putati fœlices: achilles uero uirtute præcipuus cita morte iuuenis periit. Tithonus maritus auroræ tarde mortuus est per damna deficientis ætatis: uiuendo enim in cicadā conuersus est. & ideo nihil dicit esse homini certum dum illū cita mors punierit. alterum uero senem consumpserit ante uita quā fatū Porriget hora. horam pro tempore posuit id est uariabilis fortuna prosperabitur mihi. Tibi. amaræ: id est forsan tibi mors occurrendo me p̄transibit. Te greges centum. finitum pro infinito usus est: ut Mille meæ siculis errant in montibus agnæ.

POR. Cui paternū splēdet i mensa tenui salinum. in tenui mensa hoc est in paupe. Salinum patella in qua primitiæ diis cum sale dantur. sed nunc p uasculo domestico salis dixit. dicit autem bene uiui in paupertate quia paterna re familiari contentus uictum non abhorreret. Nec leues. s.t.a.c. cupidinem hic non puto pro amore posuisse sed pro cupiditate: quare miror masculino eum genere cupidinem dixisse: cum hac significatione hæc cupiditas dicatur. Terras.a.c.s.m. sic & Vir. Atq; alio quærunt patriam sub sole iacētem. Patriæ.q.e.se.q.q;.f. sensus est quis se quoq; .i. aut uitium auariciæ suæ: aut impatientiam suam potuit fugere qui patriam reliquit. Scandit.æ.u.n.C.p hoc ostendit neq; mari neq; terra posse curas suas effugere. Nec.t.e.r. id est etiam si equo uelis curas effugere sequentur illæ te tamen. sunt enim ceruis et ipsis uentis ueloc iores. Lætus in præsens. præsentibus inquit delectemur ac fruamur futura n̄ quæramus. Et amara.l.t.r. Amaritudinē uitæ ilaritate interposita leniat. Nihil est ab.o.p.b. extrinsecus hic audiendum ē quatenus concessum hominibus non est ut p omnia beati sint. Abstulit.c.c.m.a.l.t. ostendit diuersitatem rerum humanarum. duo inter se contraria posuisse breuem Achillis uitam et tithoni usq; ad ultimam senectutem porrectā. Te greges centū siculæq; circū mugiunt uaccæ. alii ingt diuitias insatiabili aīo cupiunt at mihi paupertatē cū aī æquitate: per qđ ostendit sic ingenia diuersa esse plerūq; hominibus ut fortunas.

CHRI. Tumultus. id est perturbationes mentis neq; curas: et sollicitudines et anxietates animi. Dicitur enim cura quia cor urat quas neq; diuitiæ neque opes sed animus cupiditatibus uacans tollit. dicitur autem tumult⁹ quasi timor multus. Volantes.c.l. nā sēper i maiorib⁹ domibus ubi maioris fortunæ hoīes sunt acriores curaꝝ morsus apparēt. Laqata t. apparēt i tabulatis magnaꝝ domoꝝ loca q̄dam ex trāsuersis tignis i q̄dratā formā redacta q̄ auro uariisq; colorib⁹ atq; sigillis illustrāt. hos lac⁹ noiant: sed ab eo qđ ē iac⁹ fit lacunar: ut ipe alibi: mea renidet i domo lacūar: Et p antistycon laqar. Vir. Pēdēt lichni laquearibus aureis: Inde laqueatū. Tecta. non solū supmū ædificii itegumētū tectū a tegendo antiq dixere: sed oīa eti a

tabulata quibus et triclinia:& cubicula:& reliqua huiuscemodi tegūt ut apud uitruuium apparet ergo tecta laqueata id est contignationes domorum laquearibus distinctas. Viuitur paruo.b.sentētia ē q̄ q neq̄ timore futurorum malorum premuntur:neq̄ nimia bonorum cupiditate iflāmantur.et p̄sentibus tenuiter quidē sed sine sordibus fruuntur:bene uiuunt. Cupido. i masculino deum amoris significat:in fœminino cupiditatē:sed ī eo loco sordibus pro sordida dixit melioris sonitus cā. Salinum.proprie uas est ī quo cū sale diis primitiæ offerebant.sed pōt pro uase poni ī quo sal ī mensa sit:hic pro omni supellectile itellige Paternū.quasi moneat nos oportere acquiescere suppellectili a patre relicta. In tenui.m.mediocribus & non sūptuosis epulis. Nec timor.qui est ex impendentibus malis.Neq̄ cupido que est de futuris bonis nimia cura ita macerat:ut sōnum non capias. Quid.b.f.iaculamur.id est appetimus:secundum Acronē & profecto q missile iaculantur ad certū locum illud dirigunt.q.d. stultum est ī tā breui ætate tam multa cōcupiscere:possumus etiā dicere iaculamur.i.multa sine ratione tentamus. nā iaculatur qui brachio uehemēter hastā contorquet:cui simile ē qui sine ratione multa tentat. Mutamus terras.c.al.s.nā relicta patria petimus longinquas regiones. Alio sole.sol unus est:sed dicimus aliū solē eē orientalem alium occidentalē sic etiā dicimus ī alio orbe id est ī alia parte orbis.sic alibi:Impiger extremos currit mercator ad īdos. Patriæ quis exul se quoq̄ fugit.q.d.nullus: nā q̄uis uoluntario exilio patriā deseramus ituri in alias regiones quæstus causa:tamen nō fugimus nos ipsos id est nostras curas.quoniam illæ una nobiscum ascendunt naues. Vitiosa. optime:nā pōt esse cura cum uirtute:quando mediocres et quatenus ratio patitur curas capimus quæ nō āxios:sed cautos et prouidos nos reddūt & rebus agēdis q̄tū oportet intentos. Aeratas.robustas:ut ē æs.sic Vir. Temonē æreum dixit:uel æratas quasi rostraras. Dicūtur eni rostratæ quæ rostrū proræ ferratū habēt. Turma equitū.quia etiā ī militiā nos sequunt. Ocior.uelocior:cōparatiuū nostrū ē sed eius positiuū græcū. Lætus. i præsens:sapientis ē frui datis et si quid acerbum īciderit cōpēsare cum lætis:neq̄ angi de futuro.Et cogitare uitā humanam semp̄ p̄mi aliqua tristiori re neq̄ uelle recusare quod cum cæteris hominibus sibi cōmune sit:neq̄ esse sperandū ætatem thitoni: neq̄ rursus timendā acerbam Achillis mortem. Et mihi forsā.ut ostendat nemini cuncta prospera euenire:neq̄ rursus oīa aduersa: Ait igitur Grosphon ditiorem esse:sed se forsan diuturniore uita uicturum. Greges. de minoribus intellige ut oues sunt et capræ. Vaccæ.armenta uaccarū.

Mugiunt uaccæ:tibi tollit hintum
Apta quadrigis equa te bis aphro
Murice tinctæ
Vestiunt lanæ:mihi parua rura:&
Spiritum graiæ tenuem camœnæ
Parca non mēdax dedit:& malignum
Spernere uulgus:

ACRON. Bis aphro.p̄ tyrio sicut idū p̄ carthaginensi. Mihi pua rura.dicit ita plærūq̄ diuersa eē īgenia:ut fortunas ī diuersis studiis:ut sicut alii honorib⁹:& diuitiis clari sūt:ita hic carmine illustret mediocritatē. Camœnæ.gtūs singularis. Et spūm graiæ tenuē camœnæ.Dedit mihi tenue īgeniū graiæ musæ.s.ut possē lyra cātarē prio a græcis īuēta.ordo ē:& parca n̄ mēdax dedit mihi tenuē spiritū graiæ camœnæ et spnere malignū uulg⁹. Graiæ camœnæ.i.græce uł qa græci fuerūt poetæ lyrici quos Hora.imitat⁹ est alceus et sapho: uelquia primi græci carmina inuenisse perhibentur. Parca nō mendax. Immutabilis uult enim fataliter sibi hoc ingenium attributum.

POR. Te bis aphro murice tictæ uestiūt lanæ. Aphrum muricē p̄ tyrio dixit uidelicet q̄a tyrii in aphricā trāsierūt .i. carthaginē cōdiderūt:bis tictā āt lanā dibaphā purpurā dicit quā scimus eē p̄ciosissimā. Et spiritū.g.t.c.parca n̄ mēdax dedit.dixit spiritū tenuē.i.subtilē accipe. Camœnæ. graiæ āt ideo dixit q̄d hæc carmina ad imitationē græcorum scribit.graiæ genitiuus singularis est.

CHRI Mugiunt.est enim mugire boū: hinnire uero equorum.uñ dixit hintū p̄ hinnitū. Apta quadrigis.plurimis modis auget diuitias:nā ostēdit illum abundare n̄ solū gregib⁹:sed armētis & illa alii ī sicilia: ubi optima sunt pascua:neq̄ solū habere uaccas:sed equas:& eas natura ita ueloces:ut sint aptæ quadrigis id est certaminibus currilib⁹.nam pyndarus sæpe huiuscemodi equas laudat.Quadrigæ proprie sūt quattuor equi ad currū uincti:ut bigæ duo.Ergo neq̄ currus:neq̄ equi quadrigæ:aut bigæ sūt:sed utrūq̄ simul Bis tinctæ.expressit q̄d græci dibapha dicunt.Purpura aūt conchillis species ē hæc minor maiorq̄ īueniē sed minor buccinū appellatur. Viuunt septem ānis:liquor ille quo uestes inficiebantur ī mediis faucibus ē ī candida uena neq̄ extrahit nisi a uiuētibus.nā illum simul cū uita euomūt:Purpura: ut ait Plinius de naturali historia distiguebat senatores ab ordine equestri lingua purpuræ digitalis:sed tāta īest durities:ut reliqua cōchilia pforet:et sic pascat.aqua dulci necat aliogn capta uiuit sua saliua q̄nquagenis dieb⁹ uariis ī locis capiebāt maxīe circa tyrū:et circa tenarum p̄mōtoriū laconicæ regiōis Varii colores ex uarietate coquēdi:atq̄ ex uariarum rerum admixtiōe fiūt.laudat tyri⁹ q ī colorē sāguinis ɔcreti nigrās aspectu ideq̄ suspectu īfulgens.uñ ab Homero sanguis purpureus uocatur:& Vir.Purpureā uomit ille animā.Cornelius neposq̄ sub Augusto uixit uiolaceam purpurā:tūc ī p̄cio fuisse cōmemorat.fuit et dibapha i.bistincta: fuit et amethyst⁹ a lapilli precio sic colore appellatus.hic color rursus tytio admiscebatur:unde erat tyriamethystus purpu-

Iaculam
Amodū
Bigæ
Purpura
Dibapha

ra itidē cocco admixta colorem suscipiebat, quē byssinū appellant: longior sim si quæ de purpura a Plinio scribuntur in medium proferam. Verum Seruius addit et nigriorem colorem quesitum quem a ferrugine nominăt. Vir. i geor. Cum caput obscura nitidum ferrugine texit: & alibi: Et ferrugine clarus hibera. sed ut ad poetam redeam. Bis t. i. dibaphæ. Murice. pro purpura posuit. Vir.. Tyrioq; ardebat murice lena. nonnūquā significat asperitatē saxi. Idem in quinto: Concussæ cautes acuto in murice remi. Muricē Mutianus ait esse latiorē purpura neq; aspero: neq; rotundo ore: neq; in angulos prodeunte rostro: sed simplici concha utroq; latere sese colligente. Afro. p tyrio: quia inde carthaginēses. Quin & aliæ plures i aphrica erāt phoenicū coloniæ. Spiritum tenuem. stilum depressum. sententia est: tu diues: sed sine musa ego pauper: sed cum musa. uult enim sibi a fato esse hoc ingenium. Non mendax. quasi dicat stabilis: q̄ persistat i sentētia. Spernere u. nā semp inimicus fuit auræ populi: neq; unq̄ ābitiosus. sic alibi. Odi pphanū uulg⁹. Malignū. ifidū & qđ bonis sēp obtrectat. alias sterile. Vir. Difficiles primū terræ collesq; mali.

Muricis

Malignus

Ad mecœnatem.

Cur me querelis exanimas tuis
Nec diis amicū ē: nec mihi: te pri⁹
Obire mecœnas mearum
Grande decus columenq; rerum
Ah te meæ si partem animæ rapit
Maturior uis. quid moror altera.
Nec charus æque nec superstes
Integer: ille dies utranq;
Ducet ruinam non ego perfidum
Dixi sacramentum: ibimus: ibimus
Vt cunq; præcedes: supremum
Carpere iter comites parati
Me nec chimeræ spiritus igneæ:
Nec si resurgat centimanus gigas
Diuellet unquam: sic potenti
Iustitiæ: placitumq; parcis.

ACRON

Cur me querelis exanimas tuis. mecœnatē ægrum uelut assidēs alloquitur querentē de periculo suo & p p̄senti statu optantē mortē pro cuius affectu uel amore dicit se ei esse nolle superstitem sed quasi quodā sacramēto de uictū sociandū morte cui fuerat uita coniunctus ordo est. Mecœnas grāde decus et columē mearum rerum: cur me exanimas tuis querelis: nec diis nec mihi amicum est te prius obire. Ah te meæ. iteriectio dolentis hoc sensu, quo superius dixerat amicoꝝ animā i duobus corporibus cōstitutam & serues animæ dimidium meæ: unde & unanimes dicti. hoc autem dicit sine dubio alteram partē non retinēdam una pereunte. hoc ē se negare superstitem. Nec charus æq. n̄ ero inquit ita alteri futurus: sicut ipsi nec integram uitam habiturus parte animæ iam in illo extincta. Nec superstes integer. quia tu es medietas meæ animæ. Vtranq; ducet. r. i. uni⁹ casu dicit ābos perituros. Non ego perfidū. falsum tanquā nō pfidū de ea re iterposuerit iusiurādū. quod ne ei superuiueret. ordo ē: Ego nō dixi perfidū sacramentū ibimus ibimus parati capere supmū iter utcūq; p̄cedes. Vtcunq;. p̄. seu ætate seu sorte p̄cedere i supremo mortis die comitari se asserit mecœnatē. Me nec chimeræ. nulloꝝ obiectione monstroꝝ societatē disiungi posse quæ nec mortis terrore separatur. Centimanus gigas. briareus de quo Virgilius: Qualis cētum cui brachia dicunt: centenasq; manus. Sic potēti. i. p. ac si diceret fataliter habeo: ut diuelli a te non possim.

POR. Cur me querelis exanimas tuis. hæc dicit mecœnati assidens ægroto grauiter querenti de periculo salutis suæ: negatq; se uelle superstitē ei uiuere mutuæ charitatis pignora cōmēdans. Amicum. hic pro grato posuit. Ah te. m. si. p. a. r. Maturior. q. m. a. Sensus conceptus est ex illa amicitiæ diffinitione quæ dicit amicitiā animā unam esse in duo corpora. ergo ait si te uis fatalis sustulerit amicum: qui pars es altera anime meæ partem quæ apđ me ē n̄ retinebo q̄ significat non se ei superuicturū. Nec charus. æ. nec. s. nec charus iquit alii futurus sicuti sū nec itegrā uitam habiturus parte sicut animæ meæ i te extincta. Non ego pfidū dixi sacramētū. i. nō perfidū iusiurandum de hac re interpositū. Integer ille dies. utrūq; nostrū absumet. Supremum carpere iter comites parati. supremū iter illud dicit: quo quasi ad inferos itur Nec si resurgat centimanus gigas diuellet unq̄. a te. s. a pposito de quo nunc apud te loquor et ante iuraui.

CHRI. Cur me querelis. Quātū in animo bū istituto & beneficiorum memori possit uis amicitiæ hoc carmine manifestat poeta cum querellis tam uehementer moueatur mecœnatis: quem amabat & obseruabat: atq; etiam admirabat̄. ostendit autē uehemēter dolere uerborum mecœnatis. nam cū ægrotaret & uota p ei⁹ salute essēt facta respondebat amicis se satis uixisse. at Hora. negat se uicturum nisi ille uiuat. Exanimas. iterimis: uerbū ē amicitia & affectu plenū: sic & Cice. de milone. Me qdē iudices exanimant et iterimūt. hæ uoces milonis. Querelis. q̄rebat̄ de morbo: et mortē optabat. Nec. d. a. n̄ ē gratū. n̄ placet. Obire prius. q̄ ego obeā. Dec⁹ & columē. idē i pria ode i qua ipsū decus et præsidiū suū appellat. Ergo eodē modo exponendus est hic locus. Mearum rerum. honorum et facultatum. Ah te. sententia est: animam suam ita distributam ut melior pars sit in corpore mecœnatis q̄ in suo: Quod si ille moriturus sit et ablaturus illam animæ partem negat se moraturum diutius cum altera parte: sed pariter moriturum altera parte

qūa uiuit:nam illa neq̨ ſibi æquæ grata eſt:ut pars quæ cum mecœnate eſt. Neq̨ illo mortuo remanet īte ger:cum iam pars quæ in mecœnate ē:perierit. Vis maturior.uiolentia quædam fati uelocior in te quā in me. Non eſt igitur amicum neq̨ diis quoniam tu reipublicæ melior es:neq̨ mihi qui ex te pendeo te obi re prius. Ille dies.utranq̨ ducet ruinam:nam tu quo die obibis ego quoq̨ obibo. Non ego perfidum di xi ſacramētū.ñ ſū ueluti miles q̄ adact⁹ ſacramēto trāſfuga efficit̄ uñ efficitur perfidus .non dixi ſacramē tū quod uelim frangere.Nam hoc modo eſſem perfidus:ſed ſeruabo:proptereaq̨ ibimus.i.ueniemus pa rati et prompti tibi comites. Vt cunq̨.id eſt quomodocunq̨ parati capere ſupremū iter id eſt ultimum iter.nam qui mortem adit ſupremum iter conficit.Quibus uerbis oſtendit eſſe ueri amici officiū utriuſq̨ fortunæ amico ſe comitē prebere. Me nec ch.exempla fabuloſa ponit:ſed per illa nihil eſſe tam horrendū tam laborioſum tam periculoſum:quod ſe a mecœnate diuellere queat:ſed de chimæra dictum eſt. Cen timanus.nū & græci ἑκατογχει ρον appellāt.Cotus Briareus & Gyas fratres fuerūt & filii cæli & terræ ut placet Heſio.Centummanus & quinquaginta capita habuerunt fueruntq̨ oīum fortiſſimi atq̨ pulcherri mi.Vir.Et centum geminus briareus & bellua lernæ.Hi titanes dicti ſunt ac decēnale bellū cū ſaturni filiis geſſerunt & ut ait Heſiodus.illi quidem ab othry:hi ab olympo monte impetū fecerunt. Tandē a diis ui cti in tartara ſunt detruſi. Eſt et apud Homerum huiuſcemodi fabella qua Iuno neptunnus et Pallas Iouē quandoq̨ ligauerunt:neq̨ erat qui auxilium ferret:ſed thetis achillis mater cælum aſcendit:et ſecum bria reū adduxit:a quo eſt a uinculis liberatus.addit præterea ꝙ briareum illum dii uocant:homines autē ægeo nem ὀνΒριάρεον καλεουσι θεοι ἀνδρεσ δετεπαντεσ αἰγαιωνα.Heſiodus preterea addit Neptun nū illū ſibi generū aſciuiſſe opyæ filia ſibi in uxorē data.hinc illū Oui.iter marinos deos refert:ut Balena rumq̨ ꝑmētē Aegeona ſuis īmania terga lacertis .Sic potenti iuſtitiæ placitūq̨ parcis.Reddit duplicem ra tionē tam inſolubilis uinculi amicitiæ .primo enim oſtendit hanc eſſe ueram amicitiam quoniam ſit ex le ctione cum ipſe memor eorum quæ acceperat beneficiorum iudicarit poſcere id iuſtitiam:ut uitam etiā ſi opus eſſet illi impendat. Secundo idem probat ex configuratione ſyderum. nā quāuis animi noſtri libe ri ſint arbitrii:tamen multum credunt poſſe ad amicitias contrahendas ipſa ſydera:Maxime ſi fiat inter du os permutatio ſignorum.Quod ut planius intelligas ut ſūt.xii.ſigna ī zodiaco ita etiam ī duodecim par tes quas domos appellant diuidunt cælum:primaq̨ dicit̄ angulus orientalis ſiue horroſcopus ſiue uita.nā multum ualet quod ſignū et qui planeta ī eo ſigno qua hora naſcimur ab īferiori hemiſperio ad noſtrum ſurgat & oriatur.ſecunda domus ſpes ſiue anaphora appellatur ſiue īferna porta.Tertia dea. Quarta eſt angulus terræ ſiue imū cæli.Quinta bona fortuna.ſexta mala fortuna. ſeptima angulus occidentalis ſiue coniux.Octaua mors:Nona domus fidei:Decima eſt angulus medii cæli:& quoniā hæc cæli pars nobis ex celſiori ī parte ē multum pertinet ad noſtras dignitates et honores:Vndecima bonus demon dicitur .Duo decima malus demon.ſi ergo fiat hæc permutatio:ut quod zodiaci ſignū tibi ſit ī tuo angulo orientali mi hi ſit ī medio cælo:et rurſus quod mihi ē ī medio cælo tibi ſit ī oriētali ſumma amicitia īter nos uigeat:uo lunt ſydera.facit hoc idem permutatio linearum id eſt ſolis et lunæ atq̨ etiam fortunarum.ſ.iouis & uene ris:ergo placitum parcæ.i.fato quod ab ipſis ſtellis prouenit.

ACRON Seu libra.ordo eſt utrunq̨ noſtrū aſtrum conſentit īcredibili modo:ſeu aſpicit me libra:ſeu formidoloſus ſcorpius pars uiolentior horæ natalis.ſeu aſpicit me capricornus tyrann⁹ heſperiæ undæ per geniture cōmemorationem horoſcopos ſuos ſimiles eſſe:& inter ſe aſſerit cō uenire in quibus uitæ finis apparet.unde et dicit ꝙ tempore uno ille ægritudine:hic caſu arboris periclitatus ē. Formidoloſus.timendus qui na turaliter formidandus ſit:ut Saluſtius: Et iam tū potentia.cn.pōpei formidoloſa erat. Violētior. ꝑ omnibus iniquior natalis:infeſtus enim fertur ſcorpius genituræ iuxta matheſim.tractat geni turas amborum dicens ſe ſeu horoſcopum id ē horam ī qua natus ē ī libram habere:ſeu in ſcor pionem qui iuxta librā ē:contrarius illi ſaturnus erat:ſeu in capricorno horam habuit ī illis dia metres ei erat hic quadratus ſicut et mecœnati. quē iuppiter illic poſitus tēperauit. Horæ.dati u⁹ caſus ē. Seu tyrānus heſperiæ ca.ū. heſperiæ unde capricornum tyrannum dixit:ideo quia hyemale ſignum eſt. oritur enim. xiii.kal. iāu.et occidit xvi.kal.febr..& dum ſol in capricornum

Seu libra ſeu me ſcorpius aſpicit
Formidoloſus:pars uiolentior
Natalis horæ:ſeu tyrannus
Heſperiæ capricornus undæ
Vtrunq̨ noſtrum incredibili modo
Conſentit aſtrum:te iouis impio
Tutela ſaturno refulgens
Eripuit:uolucreſq̨ fati
Tardauit alas:cum populus frequens
Lætum theatris ter crepuit ſonum
Me truncus illapſus cerebro
Suſtulerat:niſi faunus ictum
Dextra leuaſſet mercurialium
Cuſtos uirorum:reddere uictimas:
Aedemq̨ uotiuam memento:
Nos humilem feriemus agnam:

uenerit:tunc generat maxime tempestates in italia:aut ideo posuit hesperiæ undæ:quia uoluit intelligi occasum signi huius magis sæuire tem pestatibus q̃ ortum ut hesperiam undam occiduam partem oceani & ex eo occasum eius uoluisset intelligi. Te iouis impio.t.mortem dicit submouisse iouis beneficam stellam: maleficam respicientem saturni.ordo est.te eripuit tutela iouis refulgens impio saturno: & tardauit uolucris alas fati. Cum frequens.p.t.c.lætum sonum in theatris ostendit populum ꝑ gratia plausum dedisse. Cum.populus f.ostēdit populum per gratiam mecœnatis compto ꝙ euasisset ægritudinis periculum in theatro congratulantē saluti eius absenti & adhuc inualido plausum dedisse. Me truncus illapsus.c.ad illud rettulit:q̄d dixit utriusq; astrū certa rōe coniunctum. Faunus.deus agrestium & siluarum Mercurialium.doctorum qui ĩ tutela mercurii sunt.Mercurius.n.deus facundiæ dictus est. Aedēq; uotiuā.m.ut memor esse uoti soluendi hortatur q ædē si euasisset saluti promiserat. Nos humilem.f.a.ñ humilem agnam sed humilium oblationi aptam mecœnatis:uelut potentis uotum fuerat.

POR. Seu libra seu me scorpius aspicit formidolosus.Sensus ē in quocunq; signo horoscopū natiuitatis meæ constitutum habeo.Hoc intelligo tuo horoscopo conuenire ac per hoc unam genesim nos morū æquitate habere. Seu ty.h.c.Tyrannū nūc ideo dixit hoc ꝙ hyemale signū oritur.xvi.Kalē.Ian̄. Occidit aūt.xviii.kalen.februarias.quod tēpus in undas quasi dominatur.id est sæuit hesperiæ undæ:quare nisi forte uult intelligi occasum signi huius magis sæuire tempestatibus q̃ ortum ut hesperiam undā occiduam partem oceani:& ex ea occasum signi huius intelligamus. Te iouis imperio tutela saturno refulgens eripuit.Aiunt saturni stellam infestā esse hominibus.Iouis aūt econtrario saluberrimā:saturni pericula afferre:eaq; tamen euinci superfulgente Iouis stella.per hæc significat periculo aduersæ ualitudinis nuper mecœnatem liberatum cui ob hanc gratulationē populus in theatro plausū edidit eodemq; similiter tempore & se periclitatum repentino arboris ictu de quo supra locutus:ita aūt idē attulit ut illud probaret q̄d supra dixit. Vtrunq; nostrum incredibili modo consentit astrum.

CHRI. Seu libra.ordo est utrunq; nostrum astrū.i.& tuū & meum consentit.i.conuenit incredibili mō seu libra seu scorpius. Formidolosus p.ui.na.ho.Seu cap.tyr.unde h.respicit me.Sententia est:quod cūq; signum zodiaci sit in meo horoscopo.i.deprehendatur ascendisse ad nostrum emisperium qua hora ego in lucē editus sum:siue fuerit in aliqua quacūq; cuspide uel domo cū aliquo aspectu siue bono siue malo: illud consentit cum tuo astro.Quod nihil aliud significat:nisi quod idem erat situs astrorum in tuo horoscopo qui fuit in meo. Libra.septimum ē in zodiaco signum:estq; domicilium ueneris:Sed quia & alibi incident nomina cælestiū signorum ex usu erit ne eodem sæpius reuertendum sit:ut rem uniuersam breuissime percurramus.Circulus est in octaua sphæra:cuius latitudo ē.xii.gaduū.hoc aūt in.xii.signa distinguitur.Eorum signorum noīa sunt aries:taurus gemini:cancer:leo uirgo:libra:scorpio:sagittarius:capricornus:aquarius:& pisces.Quare autem principium in zodiaco sit ab ariete:alii aliam afferunt causā.Sūt n.qui dicant ꝙ discurrente sole per arietem propter naturā eius calidā & humidam incipiat fieri generatio & augmentatio:& quia generatio & augmentum excellentiora sunt corruptione & detrimento iure optimo datum est illi initium.Alioquin circulus neq; principiū habet neq; finem.Alii dicunt ꝙ intrante sole ĩ arietem lux qua hactēus superabatur a tenebris incipit tenebras superare.Et quia tenebris nobilior est & in luce augmētatio nobilior diminutiōe:iccirco sūt ab ariete incipiendū :Alii aūt ocultiora quedā rimati dicunt incipiente eo die qui primus oīum illuxit quo in hunc fulgorem cælum & elementa purgata sunt arietem in medio cælo fuisse:& quia medium cælum quasi mundi uertex est arietem primum esse habitum qui ut mundi caput in exordio lucis apparuit.Et tunc lunam cancer gestabat.Sol autem cum leone oriebatur:cum mercurio uirgo:libra cum uenere:mars scorpionē iuppiter sagittariū tenebat:saturnus postremo capricornum.Quapropter istorum signorum domini dicuntur.Inde cum quinq; superasset signa remotis sole & luna quiq; aliis planetis:ita hæc assignarunt:ut a fine prioris ordinis ordo secūdus inciperet. Fuit enim supremus saturnus in capricorno:ergo aquarius qui capricornum sequitur saturno:pisces ioui aries marti:taurus ueneri:gemini mercurio dati sūt.Ergo sol solum leonem:luna solum cancrum obtinet. Reliqui autem quinq; singuli bina sortiuntur signa siue libra.hæc domicilium martis est:signum ē aqueum & frigidum.Nam quanuis Vir.dixerit Iam brachia cō.a.Scorpio ardorem illum non ad naturam signi:sed ad naturam martis qui signi dominus est respexit.Capricornus signum saturni terreum & frigidum. Tardauit.nam mors penitus tolli non potest sed tardari potest:alius eni alio serius maturiusue moritur:qui & fata etiam tardantur : Vir.Nec fata uetabant Stare.de.a.p.su.per.an. Celeris. uel de propria mecœnatis morte dixit:quæ uelox ex malignitate saturni erat:nisi Iouis benignitas illam fregisset:uel celeris ĩ cōmune dixit.Nam iis etiam qui ad extremum senium deuenere:si æternitatem respicias tempus breuissimum fuit. Populusq; frequens.adeo populo gratus erat mecœnas:ut cum grauiter ægrotasset:& inde ex improuiso se in theatro ostendisset:ex subita lætitia frequentissimus populus uehemēter sibi applauserit:de qua re etiam supra meminit Datus in theatro cū tibi plausus. Ter.q.d.multotiens quia numerus ternarius perfectus est & diuinis attribuitur. Vir.Numero deus ipsa.g. Crepuit.cum crepitu emisit. Sonum.& non uocem:quia strepitu potius & gestu q̃ sermone applaudimus. Faunus.quia in silua erat dixit se a fauno auxilium accepisse:& quia faunus a fando dicitur:iure in mercurii tutela est a' quo deo sermo

Signa zodiaci

manauit:ut supra. Qui feros cultus hominũ recentũ uoce formasti:iureq; custodit uiros mercuriales qua les poetæ sunt. Reddere.i.tanq̃ debitam deo exhibere.Id.n.reddere significat Iuuenalis.Et horrenti tuni cam non reddere seruo. Victimas ædẽq; uotiuã.ostendit opulentos uiros magna & pclara decere imorta li deo reddere:qm eius dono illa affecuti sunt.Tenui aũt etiam pusillum sat esse. Victimas.in p.n.dixit ut plures ostenderet. Aedem.i.templũ. Votiuam.ex uoto promissã.Nã qui uouit & id est cõsecutus: cuius cã uotum conceperat reus ẽ iam uoti factus.Hinc Vir. dãnabis tu:q.u.Alii dicunt reddere esse uerbum sa cerdotum.Tunc.n.dicebantur exta reddi cum probata & elixa aræ iponebantur.Vir.Lancibus & pandis fu.red.exta. Feriemus agnã.Sic Maro.Ipse atri uelleris agnam ense ferit. Humilem.i.quod sacrificiũ hu mile est & paruum:ut mei patrimonii humilitas exigit.

ACRON

Non ebur neq; aureum. Metrũ hippõactiũ & prim⁹ uers⁹ ẽ trochaicus dimeter cathale cticus.una.n.syllaba deest ut sit plenus dimeter. scanditur.n.ita.Nõ e.bur ne.quaureum.Secũ dus iambicus trimeter cathalecticus scandit̃ ita. Mea reni.det in.domo lacu.nar.appellatur autẽ hoc metrum aliter euripidiũ:nõ q; ipse sit inuen tor eius:sed q; frequenter eo sit usus.Throcaicũ aũt metrum recipit pedes nõ iparibus locis tro cheum tribachum & interdum dactylum ipari bus aũt trocheum tribachũ dactylum spondeũ anapestum.hẽt pentimemerĩ & eptimemerĩ: de continẽtia scribit & paupertatẽ suã oĩbus diuitiis prefert:culpans eos qui obliti breuis uitæ cupi ditatibus & diuitiis student. Non e.p deriuati uo eburneum:ordo est.nõ renidet i mea domo eburneum neq; aureũ la. Hymetiæ.i.de hymeto monte marmora excisa quæ thebaica dicuntur. Neq; a.i.ostendere uult romanos nõ iure factos attali hæredes. Clientes.familiares uicinæ.ostẽ dit uotum clientum:quorum uxores cum nobili bus togæ ptextæ fiunt ad speciem magistratuum gerendorum purpuras carpentes iuuent matro nas.unde dicit.dum sibi ista desunt fide se & in genio diuitem. Nec.p.a. Mecœnatẽ significat a quo se dicit maiora non quærere:dum beatũ se factum fatetur.fundo ab eo i sabinis accepto. Truditur.d.d.tanq̃ paruum esset q; dixerat diẽ die excludi:addidit itegri menses transiliũt.Nã p nouas lunas recursus mẽsiũ intelligimus. No uæq;.l.p.in.non desinunt crescere uel potius de fectus pati. Tu.s.ordo est. Tu parum locuples continente ripa;& immemor sepulchri locas se canda marmora sub ipsũ funus & struis domos. & urges sũmouere baiis littora obstrepentis ma ris. Sũmouere.l.effusionem diuitũ culpat:ut sa lustius.Qui diuitias suas profundãt in extruẽdo mari & montibus coæquãdis. Parum locuples. minus diues nisi etiam alienum inuadas elemẽ tum. Pellitur p.i.s.s.d.ordo ẽ.pellitur & uir & uxor ferens i sinu paternos deos. Sordidosq; n. acerbitatẽ facti euidẽter expssit: dũ hoĩes paupe res ac religiosos sedibus suis uiolenter expulsos sacra deorum penatum secũ ferre:cum discedãt & nihil amplius quam filios suos demonstrat:quos sordidos ad grauiorem pellentium inuidiam dixit.

Paupertatẽ suam diuitiis præfert. Ode.

Non ebur:neq; aureum
Mea renidet in domo lacunar.
Non trabes hymetiæ
Premunt columnas ultima recisas
nūc aquas: nūc sydera torrētia agros: nūc iniquas id est nimias & graues hyemes. Arbore. quæ florum ubertatem non perferat ad fructum pomorum: ut Vir. cum de fructifero loquitur. Quotq; ī flore nouo pomis se fertilis arbos: induerat toti dem autumno matura tenebat. Contracta pisces æquora sentiunt. bene dixit pisces non beluas ut augeret breuitatem āgustiati maris: quam exiguitas tanta sentiret. Iactis ī altū molibus. uerbo ipso usus est fabricātiū: iaci. n. ī mare moles dicuntur: quotiēs excluditur aqua. Cemēta. fundamenta: ubi ædificium consistit. Redemptor. fabricæ suceptor: aut certe qui redimat terras cū famulis et easdem fastidit maria struens. ordo est frequēs rēdēptor & dn̄s fastidiosus terræ cū famulis dimittit huc cementa. Sed timor & m. scandūt eodē. ad illa rettulit quæ beatā uitam adimant. ostendens nec mari nec terra quenq̄ posse auaritiæ aut animi sui uitia effugere. Post equitem sedet atra cura. id est quocunq; ierit auarus: siue in mare: siue in aera: siue per terram semper illum sequitur atra cura.

POR. Non auium citharæq; cantus somnum reducet. hoc ideo dixit quoniā quidam regum siculorū p̄ nimias delicias ad citharæ & ad auiū cantū dormiebant. Somn⁹ agrestium. lenis uirorum non humilis domos fastidit. ordo est. non fastidit humiles domos et ideo humiles a non particula subdistinguendum. Nec sæuus arcturi cadentis impetus: aut orientis hædi. econtrario est antitheton cadenti orientē posuit ualet autem arcturum occasu magis sui tempestates concitare. Non uerberatæ grandine uineæ fundusq; mendax. per zeugmā ex superiore: & hic accipiendum. Fundus autē mendax merito dicitur quia plerunq; cultoris sui spem fallit. Non perferens ad maturitatē fructus quos ostenderat. Arbore. n. a. culpante nunc torrentia agros sydera nunc hyemes iniquas. Hic illud ostendit quod dixerat fundusq; mendax. Plerunq; autem sterilitas arboribus euenit per nimias aquas: interdum per siccitates: aliquando per uiolentiā frigoꝝ. Contracta pisces æquora sentiūt. transit ad eos qui per nimiā luxuriam elaborant sibi ædificia in mari ponere. Sed. t. & m. s. e. q. d. redit ad illa quæ beatam uitam adimūt. Neq; d. æ. t. p. e. sed et atra cura: Hic ostē dit neq; terra: neq; mari quenquā posse effugere insita animi uitia. Quod si. d. n. p. l. n. p. s. c. sensus ē. si dolorē corporis atq; nulli diuitiaꝝ apparatus excludere possunt: cur laboremus in acquirenda re.

CHRI. Som. a. u. nam agrestes paruo contenti: atq; ab omni ambitiōe & auaritia procul non afficiuntur iis curis: quibus somnus tollitur. Vmbro. q. r. nam suauiorem somnum in duris stratis & sub umbra recubantes ea capim⁹ q̄ magni principes in lectis purpuratis. Nō zephy. i. somnus agrestiū non fastidit tempe: sed summopere desiderat. Desiderantem. quod satis est. Sententia est q; neq; marina tempestate mouetur quippe quia non sit nauigaturus homo desiderans quod satis est: nec rursus sol incitatur si fructus suorum agroꝝ non copiosi proueniant: quippe qui non multis egeant: cum sibi parua sufficiant. Tumultuosum. nam uidetur tumultus in aquis ita surgere cum fluctus in mari concitantur. Arcturi cadentis. nam in occasu huius signi insurgūt tempestates: ut in ortū hædi: signum enim cæleste est: quam capram appellant. Ferunt enim caprā hanc solis filiam fuisse ait museus: & tam atroci aspectu ut illo territi gigantes tellurem matrem orarint: ut illam intra se abderet. At tellus in. ā cl. a. c. d. sed capra infantem iouem cura amaltea nutriuit: inde cum aduersus titanas inermis pugnaturus esset: eius pellē pro scuto gessit: quo terrorē illos in fugam uertit. Post partam uero uictoriam capram in uitam reduxit aliaq; pelle tectā & immortale damnatam astris ītulit cum eius hædis. Capram ericteus in humero: hædos autem in brachio portat: hoc signū in suo ortu tempestates excitat. Vir. Præterea tā sunt arcturi sydera nobis. Hædorumq; dies seruandi et lucidus anguis. Fundus mendax. quoniam nō correspondet ī fructibus quantū a principio ipso demonstrabat. Arbore nunc. cul. nunc. a. i. pluuias. Et nunc si t. r. calores prouenientes e ui syderum: qui etiam flumina contrahunt: nam aut nimiis pluuiis: aut nimia siccitate fructus ante maturitatem ex arboribus decidunt maxime autem oliuæ. Pisces. eos uituperat qui ædificando in mari illudq; occupando quatiunt: ut pisces sētiāt æquora eē ɔtracta id ē angustiora reddita pp̄ moles iactas ī altū. i. pp̄ fūdamēta iacta qb⁹ moles & magna ædificia substentēt. In altū. i. in profundum mare: neq; enim terra contenti sunt in qua ædificent neq; uadis marinis: sed uolunt in profundo. Frequens redemptor. icertum an multi sint redemptores: q hoc faciant. ut dicimus frequentem senatum id est multos senatores: an ad iterationem referatur: ut sit frequens pro frequenter. Redemptor. ille est qui accepta quam pacti sunt pecunia aliqd faciendū suis sum ptibus suscipit. Cementa. omnis rudior materia qua parietes construuntur: nam ut est apd̄ uitruuium ædificatur aut opere lateritio: aut cemento: aut saxo quadrato. Huc. s. in hoc altū mare. Fastidiosus ter. d. nā nisi terram fastidiret in aquis non ædificaret.

ACRON. Quod si dolentem.superfluum dicit ambitum fabricandi & diuitiarum appetitum dum dolores & mœrorem auferre non possunt. Nec phrgyius lapis.sinnadicus:in sinnada enī phrygiæ ciuitate marmora ipsa cædūtur. Achemeniūq́.c.persicum.Achemeni.n.persæ dicti ab achemene rege.unde costū uenit. Inuidendis.ambitiosis ianuis:ut ē nec uarios ihiant pulchra testudine postes. Sublime. aut altū aut marmoribus ornatum intelligitur. Moliar.extruā:ut Molirique arcē & manibus subuoluere saxa. Cur ualle permutem.si sollicitudine carere non pōt:nec cōmutatiōibus debet augeri diuitiæ. Operosiores. cū magno operē acqsitas ac si diceret laboriosiores.

Quod si dolentem nec phrygius lapis
Nec purpurarum sydere clarior
Delinit usus:nec falernæ
Vites: achemeniumq́ costum:
Cur inuidendis postibus & nouo
Sublime ritu moliar atrium:
Cur ualle permutem sabina
Diuitias operosiores.

POR. Phrygi⁹lapis.marmor ē Sinnadicū.sinnadi enim esse dicuntur phrygiæ iuxta quā hoc marmor colitur. Nec purpurarum sydere clarior sit:Non enim omnem purpuram sydere clariorē itelligi uult. Achemeniūq́ costū. odoramentum est quoddam gratissimum.Achemeni autem persæ dicuntur ab achemene rege qui quōdā totum orbem tenuit. Cur inuidēdis postibus.id est magnificis ac nobilibus. Et nouo sublime ritu moliar atriū.ordo ē ritu nouo sublime atriū cur moliar.Sublimitatē aūt & ad multitudinē referre possumus et magnificentiā. Cur ualle.p.s.d.o.cur inquit relicto sabino agro sub quo securā uitā ago ɔtēt⁹:an petā āplissimas domuū fūdorumq́ possessiones q̄ mihi oneri et molestiæ sunt.

CHRI. Quod si.concludit si timor et cæteræ pturbationes persequuntur nos quocunq́ accedimus:neq́ discedunt a naui:si illam īgrediamur:neq́ ab equo:si illum ascendimus:si etiā nec purpura:nec pulchri lapides:neq́ unguenta: neq́ uina dimouere dolorem a nobis possunt: quid opus est tam ægregiis ædificiis. Achemenium costum. unguētium ex costo quo persæ (quos achemenios iam uocari supra ostendimus) uehementer delectātur. Costum.inter arbores aromaticas ponitur.Radicem habet gustu feruētē odore eximio.in frutice nulla est utilitas.Plinius duo eius genera ponit.sed nigrum melius q̄ candidum eē asserit. Inuidendis.quia ex iis citatur inuidia. Nouo ritu.quia solemus magis laudare ea quæ noua forma ædificantur. Atrium. prima domus pars erat apud priscos in quo: ut ait Cato aperto ostio ut a prætereuntibus conspici possent epulabantur prisci:& duo tantum fercula adhibebant: Quapropter Iuuena. Suorum temporum turpem luxum notans contraria induxit interrogans quis fercula septem secreto cenauit auus in eadem etiam parte domus & pecunias et reliqua præciosiora seruabant:Seruosq́ quibus tāq̄ fidelioribus custodiam earum rerum cōmittebant atrienses appellabant: ut apparet apud Plautum in asinaria. Vir.quoq́ his uersibus ostendit.Dardanio anchisæ armiger ante fuit:fidusq́ ad limina custos id est atriensis seruus cum atrium iuxta limen sit.dicitur autem atrium quasi atrum quia ex fumo culinæ nigrescere t. Cum ualle sabina.cum uilla mea quæ modica et frugi in ualle sabina est. Operosiores.id est maiori artificio paratas:opera enim labor et oīa q̄ maiori artificio parāt̄ elaborata dicūtur. Vir. Arte laborate. Atrium

a NGustam. difficilē:arduā:hāc odē generaliter ad amicos scribit cōmonēs beatiorē uitā facilioremq́ pauperi suadens ita adolescentes institui debere ut paupertatem et exercitio ad militiam firmentur. ACRON

Ad amicos. Ode tricolos.

a NGustam amice pauperiem pati
Robustus acri militia puer
Condiscat: & parthos feroces
Vexet eques metuendus hasta.
Vitamq́ sub diuo: & trepidis agat
In rebus. illum ex mœnibus hosticis
Matrona bellantis tyranni
Prospiciens: & adulta uirgo
Suspiret heu: ne rudis agminum
Sponsus lacessat regius asperum
Tactu leonem: quem cruenta
Per medias rapit ira cædes.
Dulce & decorum est pro patria mori:

Parthos.species pro genere. Sub diuo.ī cāpo ut cum pater ī ripa gelidique sub ætheris axe. Et trepidis.aut in bellis:ī quib⁹ sēper trepidat̄:aut ī periculosis laborib⁹.sic educatū īquit adolescētē ita clarum esse debere gloria bellicarum rerum:ut etiam mulierib⁹ et puellis hostiū notus sit ipsa assiduitate bellandi. Suspiret.cum illum prospexerit timore suspiret ne aut maritus eius aut sponsus militem romanum prouocans nescius: bellicæ artis intereat.ordo est.Prospiciens illum ex hosticis mœnibus matrona bellantis tyranni: et adulta uirgo suspiret. Heu heu ne regius sponsus rudis agminum lacessat leonem asperum tactu quem rapit cruenta ira per medias cædes: seruauit metaphoram: ut quia romanum militem leoni comparauit adderet impetum. Mors et fugacem persequitur uirum. contra tela furit & fugacem qui fugat agentis est et non pacientis. Ostendit eos magis periclitari qui fugiunt. Iuuentæ. Genitiuus est ab eo enim quod est

Mors & fugacem persequitur uirum.
Nec parcit imbellis iuuentæ
Poplitibus timidoue tergo.

iuuenta iuuentæ declinatur. Timidoue tergo. hoc est fugientium: ut est Et in tergum fugientibus ingerit hastas. tergum autem pro quibuscunq; membris posuit posterioribus: quæ uulnerari solent his qui in prœlio fugiunt.

POR. Angustam amice pauperiem pati. suadet breuiorem uiã faciliorem q; esse pauperi ad beatã uitã si ita instituatur ut in subiectis ostendet. Robustus acri militia puer. hoc est cũ ita robustus est ac per hoc cũ adolescens est. Acri militia. aut in acri militia accipe aut per acrẽ militiã. Et parthos feroces. parthos pro quibuslibet hostib⁹ accipe. Illũ ex mœnibus hosticis. tã clarus sit inquit in gloria bellicarum rerũ adolescens ut uulgo etiam mulieribus & puellis hostium notis sit quæ utiq; nisi frequentes ĩ bello conspiciũt. Asperum tactu leonẽ. hoc est qui asper est ut leo: asperũ tactu aũt qui si tactus est. i. leuis asperatur. Mors & fugacem persequitur uirũ. hic ostendit eos maxime pericl tari qui fugiunt

CHRI. Angustam amice pauperiẽ pati. iam in principio huius tertii libri proposuit se ea cantaturum q̃ & si a uulgo abhorrerẽt utilissima tñ essent ad teneram ætatẽ bonis morib⁹ ĩformandã. admonet ergo pueritiam: ut a prima ætate ĩ laborib⁹ atq; parsimonia uiuere assuescat: ut idem fortitudinẽ aĩ & temperantiã sibi comparet. Optima enim uirtus ẽ temperantia: & q̃ iure optimo prudentiæ custos appellari possit. Quapropter græci hanc uirtutẽ sophrosinẽ. i. prudentiæ custodẽ dixerũt. Angustã. cuius contrariũ ẽ copiosũ ergo difficilẽ. hinc Seneca. Facilius est laudare paupertatẽ q̃ ferre. Robustus puer. q. d. q etiã in tenera ætate & molliuscula duriora ferre poterit: si assuescat ægestati & labori militari. Adeo in teneris assuescere magnũ ẽ: ut est apud Macronẽ. Quin & lygurũ fortitudinẽ & robur hinc probat cũ dicit: Assuetumq; malo lygurẽ. Condiscat. quasi unã et disciplinã militarem et difficultates pati addiscat. Quod maiores factitasse Salu. scribit. Iuuentus simul ac belli patiẽs erat in castris per laborẽ usu militiam discebat. Sub diuo. extra tectum. Trepidus. propter propiquitatẽ hostiũ. Illum ex. m. locus artificiosus ẽ: nam cũ sæueriora huiuscemodi pcepta sint: conatur illa uarietate quadã: & iocũditate mitigare atq; exornare. Præcipit igitur: ut sẽper adeo iter primos pugnet: ut etiam suis ægregiis facinoribus coniugii et liberis inimici regis et cognitus & formidabilis sit: ita ut & matrona id ẽ coniunx tyranni: & uirgo adulta: id est filia suspiret propter timorem. Timet enim illa genero hæc sponso ne forte ille ignorãs uirtutes huius romani militis et rudis agminum id est rei militaris inscius lacessat illum quem comparat leoni: qui ira percitus feratur per medias cædes. Rudis agminũ. ignarus militiæ: ergo prœstat a prima ætate ĩbui disciplina militari: sine qua nec hostem superare: nec se tutari poterit. Dulce &. d. confutatio duplex ẽ. nam cum ostendisset assuescendũ eẽ militiæ confutat eos: qui contraria sentirẽt: qm̃ sæpe cædes ex bello proueniunt. Confutat ergo dupliciter primo quoniã suaue sit propter immortalem gloriam pro patria mori. deinde quod stultum sit talem gloriam propter metum mortis refugere: qñquidem nihilominus paulo post moriendum sit. Poplitibus. poplites ligamenta genu: quæ qm̃ nerui sunt et robur et imbecillitatem pro eorum qualitate afferunt.

ACRON. Intaminatis. icorruptis: aut sine macula repulsæ. Secures. pro fascibus posuit aut pro potestate: ut sæuum pro securi aspice torquatum hic itaq; talis dũ ĩ se haberet honorem: nec ex populi potestatẽ sumit nec ab alio dignat accipere.

Virtus repulsæ nescia sordidæ
Intaminatis fulget honoribus.
Nec sumit aut ponit secures
Arbitrio popularis auræ.
Virtus recludens immeritis mori
Cælum negata tentat iter uia.
Cœtusq; uulgares & udam
Spernit humum fugiente penna.
Est & fideli tuta silentio
Merces: uetabo qui cereris sacrum
Vulgarit arcanæ: sub iisdem
Sit trabibus: fragilemq; mecum
Soluat phaselum: sæpe diespiter
Neglectus incesto addidit integrum.

Arbitrio popularis auræ. populi fauore: ut Luca. Popularib⁹ auris ĩpelli pulsuq; sui: ut Vir. Nũc quoq; iã nimiũ. g. p. a. Recludens cælũ. apiẽs ẽt cælũ: ut Ardens euexit ad æthera uirt⁹. Negata uia. ut Vir. Insuetũ p iter. Cœtusq; uulgares. uiliũ hominũ consortia. Sperint humũ. ut Vir. Terreniq; hebetant art⁹. & alibi Qua me quoq; possũ tollere humo. Virtus. uirtutẽ p se clarã ornare honores non ornari dicit ab honoribus: repulsã uero habuisse dicebãtur qui honorem petentes repudiati fuissẽt. Quod cũ uenisset catoni claro uirtutis suæ cõsci⁹ corruptũ populi iudiciũ cõtempsit: et hoc tñ iuxta stoicoꝝ sectã qui dicũt uirtutẽ solã sufficeẽ ad beatã uitã. mõ uero generaliter ẽpulsa accipiẽda uirtutẽ ĩfamẽ ac sordidã nũq̃ eẽ posse.

Fugiẽte. p. tãq̃ ipsi⁹ uirtutis fama terras fugiens cælũ petat. Est et. f. t. s. m. oñdit uirtutẽ ẽt secreti tenacem. Vetabo. ordo est. uetabo sit mecum sub eisdem trabibus et soluat mecum fragilem phaselum: q uulgauit sacrũ cereris. Sacra cereris

Raro antecedentem scelestum
Deseruit pede pœna claudo.

mystica erant:nec uulgari licebat propter hoc q occulte cõsiliis usa est donec filiam suam reperi ret.unde et Vir. Et fida silentia sacris: et dicit se cum sacrilego:nec nauigarẽ:nec manere uelle:ne inuoluatur illis periculis. Soluat.soluere dixit in pelagus dimittere:Soluite uela citi. Phaselum.phasel⁹ uelox & oblõga nauis ẽ:ut Vir.Et circum pictis uehitur sua rura phaselis. Neglect⁹.ad suppliciũ icesti id ẽ noxii. Integrum.innocentẽ:ut Integer uitæ scelerisq̧ purus. Antecedentẽ.præeuntẽ tanq̃ raro pœna deserat scelestũ:& q̃uis tarde tñ puniat meritũ nec ab eo possit euadi nec effugi. Vir.Distulit i serã.c.p.m.

POR. Virtus.r.n.s.hæc de stoicorum secta sunt qui dicunt uirtutem solam sufficere ad uitam beatã.Repulsam autem generaliter accipit pro infamia ac turpitudine.Hoc enim ait uirtus ifamis ac sordida nunq̃ eẽ potest. Nec.s.aut.p.s.a.i.hec potestate propria coronatur quia non alius illi auferre potest q in ipsa positum est. Et fideli tuta silentio merces.iter uirtutes.s. Vetabo q cereris sacrum uulgarit arcanæ.absit inquit:ut sub eodẽ tecto mecum sint:& cum his nauigẽ qui linguam suam usq̧ ad proditionẽ misteriorum cereris producunt. Negata.t.i.u.negata.s.omnibus. His autem intelligi uult per uirtutem acquirere posse homines imortalitatẽ qui mortali conditione sũt. Raro antecedentem scelestũ deseruit pede pœna claudo.hoc proximum est illi q dicitur deos iratos pedes lanatos habere quia non nũq̃ tarde ueniunt nocentibus.secundum hæc ergo pœna pede claudo dicta est qua raro deseruisse antecedẽtem scelestium ait significat difficile nõ esse persequi eum cui ob meritum aliquod pœna debetur.

CHRI. Virtus.sententia ex media phĩa:nã uirtus semper magistratus honoresq̧ oẽs meret̃.Vñ est:nescia repulsæ:nã q̃uis hoĩes illã non honorent:tñ semper digna ẽ honoribus.Quapp cõcludũt in suis paradoxis stoici oẽs sapiẽtes eẽ reges eẽ dictatores:eẽ cõsules:ẽt si populus tales honores illis non demãdet:non igitur patitur repulsã:qđ Cato ille uticensis aĩaduertens etiam si magistratum quẽ petierat nõ eẽt assecutus:tñ se illo dignũ exhibuerat: nullam se repulsam passum existimauit:asserebatq̧ amicis eẽ illã rem ignominiosam ppl̃o:qui non recte iudicasset:non ãt sibi q recte petisset. Sordidæ.ignominiosæ:ñ uirtuti sed illis q repulsã iuste sũt passi. Intaminatis.icorruptis.Dictũ ãt ẽ q sit cõtaminare. Nec su. putat uulg⁹ q q magistratus petũt eos accipiãt aut deponant:ut ẽ illis:aut maior:aut minor fauor i populo.at phũs solos sapiẽtes eos censet accipere:ẽt si denegentur a ppl̃o:stultos ãt nũq̃ accipere ẽt si a populo cõferãt̃.Indoctũ.n.uulgus honorem:q uirtutis pmium ẽ:imerenti tradere non põt:sed isignia honoris dare põt:q̃ psæpe ad idignos transferũtur. Auræ. fauoris.Vir.Nunc quoq̧ iã nimiũ ga.p.a. Secures.cõsulatus: aut dictaturas: aut ptu ras quaq̧ insignia sunt secures et fasces. Virtus.r.i.aperiens cælum. Immeritis m.i.illis quorum fama nõ sit moritura:nam istis tribuuntur ab hominibus diuini honores:& ut dii coluntur quemadmodum de libero patre & de hercule decretũ ẽ. Tẽtat ire uia.neggata scilicet homini quia aggredit̃ ea quæ aut supra humanas uires sũt aut uehementer ardua homini. Et spernit cœtus.u.q.d.quæ cõmunia & uulgata sunt. Humũ.res terrenas.quia quærit diuina & immortalia. Fugiente.uelocissime labente. Est et fide.t.s.laudauit uirtutem id est fortitudinem:nam et si omnes rectos animi habitus uirtutes appellamus tñ proprie uirtus est fortitudo:Nam a uiro uirtus dicitur.Virum autem hominẽ prestãti excellẽtiq̧ animo nuncupam⁹.Dicitur ẽt uirtus uis illa qua res cuius ẽ uirt⁹ perfecta redditur.Cice.i q̃nto de fi.bo.et ma.At q in sensibus est sua cuiq̧ uirtus.Laudauerat ergo fortitudinẽ:nũc laudat iustitiam et fidem:quæ totius iustitiæ fundamentum est. Qui cereris sa.ponit hæc sacra pro omni arcano: nam eleusina sacra nephas erat non initiatis prodere. Sub iisdẽ t.sub eodẽ tecto.sententia est neq̧ mecum habitabit:neq̧ una nauigabit:nam persæpe euertit aut domũ aut nauigiũ deus:ut puniat scelestum qui ibi sit.unde necesse ẽ q & qui boni sunt cũ illo pereant. Trabibus.pro tecto posuit. Phaselũ.fluuiale nauigiũ ẽ:uñ & circũpictis uehit̃ sua rura phaselis. Incesto.scelerato:posuit ãt spẽm uitii p omni uitio.Incestũ ãt omnẽ inconcessũ cõcubitũ appellarũt.Dicunt enim ceston cingulum eẽ:quo uenus concessas nuptias adiẽs utitur. Integrũ.inocentẽ:sic supra integer uitæ.s.q.p. Raro.q̃uis pœna non statim sceleri paretur:non tamen propter morã tollit̃.Ipsa eni claudo pede sequitur scelestos:sed tñ non deserit donec consequatur.

ACRON

Vstũ et tenacẽ.In secta stoica hoc dr̃ iustũ uiq̧ honestiq̧ pposĩti ñ terreri ciuiũ opinionib⁹ uel minis exigẽdũ ut aliq̃d forte rõi cõtrariũ fiat. ordo est.Iustum uirũ solida mẽte et tenacẽ propositi non quatit ardor ciuiũ iubẽtium parua. Ardor.p.i.seditio iniqua sperantium. Vultus.sæueritas.Immi nentis tyranni:terrentis. Mente solida.dicit iusti & constantis uiri qui minis non quatitur tyranni:aut certe mentẽ pro consilio intelligi uoluit:ut Virgilius:Hic patris aeneæ suspensam blanda uicissim gaudia. Pertentant mẽtẽ:Et qua facere id possis nostram nunc accipe mentem.& hoc auget per ecbasin:& graditur a populo ad regem:a rge ad elemẽtũ:ab elemẽto ad deũ:a deo ad mũdum labitur.

Ad musas de augusto stoice iustitiã laudat

Vstum et tenacẽ propositi uirum
Non ciuiũ ardor:praua iubentiũ
Non uultus instantis tyranni
Mente quatit solida:neq̧ auster

POR. Iustum ac tenacem propositi uirum. Insecta stoica et hoc dicitur iustum uirum & honesti propo/siti non terreri ciuium opinionibus exigentium: ut aliquid contra rationem faciat.

CHRI. Iustum et tenacem propositi uirum. ostendit qui fructus: & quæ pmia proueniant ex eo uitæ ge/nere i quod hactenus pcepta dederit: & eos qui huiuscemodi uitæ assueti habitū contraxerint nullo terrore ad uitia impelli posse. Refertq; multos uiros his uirtutibus ad cælum assumptos esse. Laudauerat iustitiā & fortitudinem: nunc quid ex illis assequamur ostendit. Tenacem. id est fortem & constantem: & in pro posito perseuerantem. Nam fortitudinis partes sunt: Constantia: Confidentia: Magnanimitas: Perseuerā tia: Pacientia: Magnificentia: & Seueritas. Verum magnanimitatis partes sunt. Dignitas: & Liberalitas. Ma gnificentiæ uero: Gloria: Amplitudo: Studium: & exercitium: ergo tenacem propositi intelligit perseuerā tem. Est uatem perseuerantia quam fortitudinis partē esse posuit in re bene considerata stabilis ac perpe/tua mansio. Est autem ordo. quod neq; ardor ciuium. i. p. nec uultus instantis tyranni quatit a mente sua so lida uirum. i. &. t. p. Ardor. ardentissima quædam cupiditas: qua etiam bonos ad turpia impellere uolūt. Nec uultus. quasi sæuitia quam in uultu ostendit. Quatit. q. d. nedum deiiciat: sed ne quatit quidē. Mē/te solida. i. a bene constabilito instituto.

Dux inquieti turbidus adriæ
Nec fulminantis magna manus iouis.
Si fractus illabatur orbis:
Impauidum ferient ruinæ.
Hac arte pollux: & uagus hercules
Innixus arces attigit igneas:
Quos inter augustus recumbens
Purpureo bibit ore nectar.
Hac te merentem bacche pater tuæ
Vexere tigres indocili iugum
Collo trahentes: hac quirinus
Martis equis acheronta fugit.
Gratum elocuta consiliantibus
Iunone diuis: ilion ilion
Fatalis incestusq; iudex
Et mulier peregrina uertit
In puluerem: ex quo destituit deos
Mercede pacta laomedon: mihi
Castæq; damnatum mineruæ
Cum populo: & duce fraudulento:
Iam nec lacenæ splendet adulteræ

ACRON. Inquieti. s. austro duce unum pen det ex altero. Adriæ. masculini generis est: cui⁹ commotionem mare sequatur. Si fractus illaba tur orbis. ad ecbasim animi constantis rettulit: ut Luca. Sic cū ruit ardu⁹ æther. Hac arte. p. & ua gus: qui per omnem terram peragrauit: ut Vir. Nec uero alcides tantum telluris obiuit. Inuixus. incumbes semidei dicebantur q̄ ob merita deo/rum adhibebantur conuiuiis qd̄ horatius mō au gusto dedit: ut Virgi. Tu das epulis accūbere di/uum. Purpureo. pulchro: ut ē Roseoq; hæc in/super addidit ore. Bibit. ut cunq; ad hoc meri tum peruenerit uirtutis uia. Nectar. potus nu/minum hac quasi militanttem collo trahi poten tiæ numinis dedit. Collo trahentes. potentiæ numinis dedit iugo feras subdere: ideo quātum ad mortales īdociles quātum potentiam dyoni sii ex more doctas. Hac uirtute animi Quirinū siue Romulum in honorē augusti laudat et ipsū martis filium deum pro uirtute factum ache/rontem mortuis deputatum uitasse confirmat. equos uero martis pro pugnandi insigni posuit. Consiliantib⁹ diis. cōsilium habentibus diis de recipiēdo Romulo in numerū deoꝝ. Ilion iliō. repetitio nominis interdum iracundiam: inter dum laudem significat: ut Ah corydon corydō quæ te dementia cœpit: & ex illo corydon cory don ē tempore nobis. ordo ē. fatalis et incestus iu dex et peregrina mulier uertit in cinerem ilion ut in puluerem ilion dānatum mihi et castæ mi neruæ cum populo & fraudulento duce ex quo laomedon destituit deos pacta mercede. Fatalis. alexander per quem deleretur ilion: ut cum fatalis equus saltu super ardua uenit. Et mulier. p. peregrina dixit ad exaggerationem: ut Vir. Fœmina quæ nostris er/rans in finibus urbem. Ex quo destituit deos laomedon. pro murorum troiæ. perfectione non soluerat uo tum numinibus permissum: ut Vir. Nec dum laomedonteæ sentis periuria gentis. Damnatum. destinatū ad perdendū. Vir. Hic iuuo scæas sæuissima portas pria tenet. bn̄ āt castæ: quia icestus iudex dixerat. Lace næ. adulteræ helenæ menelai uxoris quam alexander pulchritudine sua et ornatu persuasam rapuit: Vir. At non sic phrygius penetrat lacedemona pastor: ledeamq; helenam troianas uexit ad urbes.

POR. Non uultus. i. t. m. q. s. i. eum quem iustum et tenacem propositi ait. ergo sensus est sapientem ui/rum non quatit: id est non conturbat minax uultus tyranni: ideo scilicet quia solida mente est id est firma et constanti. Hac arte. p. hac. u. Et. u. h. uagus dictus est quia orbem terrarum peragrauit. Arces igneas. i. sydereas ac p hoc cælestes. Quos. i. a. r. bene quia et ipse uirtutis cultor ē. Purpureo bibit ore nectar. pur pureo ore claro et splendido: ut Vir. Lumenq; iuuentæ purpureum. Hac te. m. b. p. hac uirtute scilicet me rentem Merentem quomodo accipimus Vtrum simpliciter dignum: an ut mereri stipendia milites dici/

mus: Indocili.i.c.t.alioquin indocili.Non utiq; etiã sub libero qui eas docuerit iugum suũ trahere. Gratum.e.c.i.d.c.nunc in consilio agentibus.intelligendum est autem sensus Iunone: elocuta quæ erat cum diis apud quos consilio loquebatur gratum elocuta consiliãtibus.Non est alia hæc oda q̃ superior: Sed illi adhæret quare fallũt qui eas separant: quippe cũ manifeste hæreat hoc mõ. Hac quirinus .m.e.a.f. Gratum elocuta consiliantibus Iunõe diuis: significat hac Romulum ĩ cælum receptum Iunone mitigata romanis quibus aliq̃diu propter iram quam in troianos habuit irata fuit. Fatalis.i.q.i.hæc iam Iunonis uerba sũt in consilio. Mihi casteq;.d.m.pro a me damnatum illũ.s. Iã nec.l.s.a. famosus hospes. eleganter hæc dicuntur quasi ostẽdit iuno ad satisfactionem usq; ultionem percepisse de troianis.

CHRI. Iouis ful.sed de iouis fulminibus diximus suo loco.Sententia est:nihil unq̃ futurũ tam horrendum:quod illum a uita recte instituta dimoueat:neq; si mũdus ruat expauescet illius ruina. Hac arte p. ostendit exemplis homines uirtute & iustitia inter deos esse relatos:nam de poluce historia:ut iam de mõstrauimus habet quia mare piratis ĩfestum pacarit diuinos homines meruisse. Et uagus h.hunc & si thebanũ ex alcmena Iouis filium fingant:tamen illi omnia tribuunt q̃ ægiptius hercules factitauit. Vagus. conueniens sibi epithetũ:nam iubente Eurystheo diu latiusq; ad uaria monstra domanda uagatus est:sic Vir.Nec uero al.tã.te. Innixus.uehementer nixus. Igneas.sideribus micãtes. Purpureo. pulchro & quasi diuino. Nectar.potatio diuina est. Recũbens.discumbens:nam uoluit antiquitas duplici uia homines reddi deos lecti.s.aut mensæ participatione:de mensa apparet apud æolum uirgilianum:Tu das epulis accumbere diuum . De utroq; in Bucolicis:Nec deus hunc mensa:dea nec dignata cubili est. De baccho uero eadem repete:q̃ iam dicta sunt. Indocili.indomabili:nam brutum indocile dicimus quando imperio humano non paret:ergo indocili suaptæ natura:sed iussui dei tamen paret. Hac.repetio ẽ: hãc n.dictionem ter in initio clausulæ ponit.Dant aũt poetæ tygres baccho:uel ad ostendendam herois uirtutem qua etiam efferatissima & natura indomabilia dõuerit:uel ut his feris notetur efferitas ebriorũ. Quirinus.magni artificii:sed nec minoris cõsilii poeta Augustum Romulumq;:a quo augustus originem ducit:non solum laudat:uerum ita laudat ut adulationis suspitionẽ dimoueat.nam per quandam insinuationem simulat se in cõmune uirtutem laudandam suscepisse:ac mox ideo exemplis nititur demonstrare se coactum esse:ut illos heroibus ascribat:ut casu potius q̃ electione hoc agi uideri possit:nam quanto magis adulandi suspitio amouetur:tanto magis laus crescit. Quirinus.romulus:hoc autem totum figmentum & nouum est:& a poeta excogitatum.Nam cum miro artificio ꝓcedat in his q̃ ad historiam ꝑtinẽt non tamen se poetã esse obliuisci oportuit.Fingit tñ q̃ ab aliis figmentis nõ abhorreãt Romulum ẽẽ ad cælos euectũ iam placata Iunone:q̃ troianis:& his qui a troianis fluxerãt:hactenus inimica fuerat. Martis e.non immerito:& quia martis filius fuerat:& quia rebus bellicis claruerat. Fugit ac.fugit infernum: quia inter deos relatus est:quod ut docet Liuius etiam post mortem suam uulgo creditum ẽ . Possumus etiam dicere q; ex platonicorum sententia locutus sit poeta:qui uolunt aĩos eorũ qui pie casteq; uixerint & bene de mortali genere meriti sint:seque puros conseruauerit nullo scelere infecti quãprimũ ex corporibus excesserint ad cælum in suam originẽ reuerti.Qui autẽ his sceleribus infecti sunt quæ tamẽ purgari possint:eos pòstquã tempore debito ꝑ oĩa inferorum flumina longo circuitu sæpius deuoluti fuerint: tunc demũ inde liberari.Qui aũt tam magna tanq; tetra commiserunt flagitia :ut nullo piaculo purgari possint:eos in æterno supplicio apud inferos detineri scribunt. Gratum.rem gratã:nã pergratum diuis fuit:cũ in eorum senatu in cõsulationem uenissẽt:esset ne recipiendus romulus:Quoniam iuno hactenus aduersa troianis nunc recõciliata se beneuolente id agi demonstret. Iudex.s.paris:& quasi hironice protulit cum nõ uideatur dignus uocari iudex:qui ita inique iudicauerit. Fatalis.exitialis patri patriæq; suæ.

Et mulier peregrina.& hoc cum summo stomacho pronunciauit.Ostendit enim solum Paridem propter raptam helenam causã exitii troiani fuisse:& simul nominatur ignominia ex nobilitate eorum qui uicerũt:non dicit a mille nauibus & a nobilissimis ducibus fuisse euersã troiã :sed ab uno ciue & a muliercula peregrina:quasi parum pudica.Nam ignominie datur:mulieri quæ mutat patriam.Quapropter & Terentianus ille Parmẽo cum Thais dixisset matrem suam samiam fuisse & rhodi habitasse ꝓpter eam quam dixi causam tacere se posse respondit. Vertit.funditus eruit. Ilion ilion.sic enim nominabatur urbs:quæ in troia regione phrygiæ fuit.Congeminauit autem ex ingenti lætitia:Nam ut cum stomacho paridem iniquum in se iudicem pronunciauit ;sic urbis exitium non sine uoluptate meminit. Ex quo destituit d.fabulantur enim dirutis mœnibus troianis ab Hercule :pactum fuisse Laumedontem se ingẽs auri pondus:Neptũno Apolliniq; daturũ:si illi mœnia restaurarent :hac deinde opere absoluto pacta mercede deos defraudasse.Quod nõ nulli ad historiã referũt.Dñt .n.cum deesset pecũia ad reparãdos muros regẽ eã quæ in tẽplo Apollinis & Neptũni sacra erat assũpsisse:diis pollicitũ breui ipsã repositurũ :nec tñ reposuisse .quod piuriũ ita deos cõmouit:ut accedẽtibus deĩde nouis iniuriis in Iunonẽ: Mineruã quæ ĩniq̃tate iudicii a Paride illatis illi urbẽ iunoni Mineruæque dãnarit.Ordo ẽ iudex fatalis & ĩcestus.i.pollutus:Helenæ adulterio &.m.p.uertit ĩ puluerẽ.i.i cinerẽ Ilion.il.dã mihi &.c.mi.ex quo laom.destituit.d.m p. Iã nec.q. d. remitto inimicicias q a troia originẽ ducũt q̃a iã abũde ulta sũ paridẽ:& exultãter atq; amare.Iam nõ splẽdet:ut demõstret hoiem luxuriosum culturæ corporis:& nõ uirtutibus operã impendisse.

ACRON. Famosus hospes. infamis qui fidem uiolarit hospitii:hospitis cõiugem rapiẽdo. Nec priami domus. domũ ꝓ genere posuit:Paris eni priami filius fuit. Virgili⁹. Da propriã tymbræe domum: da mœnia fessis. Hectoreis opibus. decimũ ut quos distulit hector in annum. opes aũt pro auxiliis ponũtur Tanq̃ sint auxilio uitæ:ut terẽtius:iuno lucina fer opem. Nostrisq; ductum seditionibus. i. bellũ:qđ tãtũ fuerat:ut eoꝝ seditiõibus:hoc est discordiis & dissensionibus per decennium traheretur. Resed:t.f.nitũ ẽ: ut oĩsq; repente resedit flatus. Protinus. dehinc. ut Vir. Mos erat hesperio in latio quẽ protinus urbes albane coluere sacrum. Et inuisũ nepotem. odio sum sibi romulũ dixit. nepos. n. iunonis fuit per martẽ:quem iouis & iunonis filiũ homerus affirmat:per genus autem romuli carthago deleta ẽ. Troica. pro troiana. Ilia. n. troiana genere fuit ut Vir. Donec regina sacerdos marte grauis geminã partu dabit ilia prolẽ. Marti redonabo. quanuis sit de troiano genere patri suo romulũ regnare concedã. Inire sedes. ædificare. ꝑmittã inquit uel indigetẽ fieri. Discere. propinare potare. i. deorũ conuiuiis ẽt iteresse ꝑmittã. Quietis. philosophi. n. hanc beatitudinẽ diis dederunt qua eos ociosos esse & nihil curare nec alicuius rei sollicitudine teneri dicant semel mũdo lege disposito. unde Vir. Scilicet is superis labor ẽ. ea cura quietos sollicitat. Dum lõgus inter. s. Tolerabilibus se ferre confirmat. ut lõgo spatio maris interiecto Romæ regnẽt potius romanorum nepotes q̃ ut illo fruat imperio Insultet a. libere superuagetur:conculcet:ut insultare solo & gressus glomerare superbos. Inultæ. illesæ:securæ Siluosis. n. & desertis locis feræ catulos tuto celãt ut siluas & lustra ferarum. Triumphatisq;. spẽs participii est:ut quõdam regnata licurgo & bacchatãq; iugis naxon & triũphata coryntho. Da re rura. m. Medos hic pro oĩbus gentibus posuit ac si diceret per triumphum subditis hostibus leges impõat. Qua medius liquor. Gaditanũ mare dicit:Inde. n. ĩcipit europa secerni a libya. Ab afro. ab africa:synecdochicos. i. per quæ loca diuiduntur europa & africa duæ ꝑtes mundi. Aurum irrepertum. aurũ etiã roma cõtẽnet. quod multo utilius est omnibus hominibus:cum latet adhuc sub terra:minus. n. cãs auaritiæ præstat. fortiorem ergo dicit romam contemnendo aurum fore q̃ in usus cogendo:ut paruoq; potentem fabricium.

Famosus hospes:nec priami domus
Per iura pugnaces achiuos
Hectoreis opibus refringit.
Nostrisq; ductum seditionibus
Bellum resedit:protinus & grauis
Iras:& inuisum nepotem:
Troica quem peperit sacerdos:
Marti redonabo. illum ego lucidas
Inire sedes:discere nectaris
Succos:& ascribi quietis
Ordinibus patiar deorum.
Dum longus intersæuiat ilion:
Romamque pontus. qualibet exules
In parte regnanto beati:
Dum priami paridisque busto
Insultet armentum:& catulos feræ
Celent inultæ. stet capitolium
Fulgens: triumphatisque possit
Roma ferox dare iura medis.
Horrenda late nomen in ultimas
Extendat oras qua medius liquor
Secernit europem ab afro.
Qua tumidus rigat arua nilus.
Aurum irrepertum:& sic melius situm

POR. Discere nectaris succos. i. assuescere saporibus nectaris:Dum longe sit ĩquit ab ilio Roma in qualibet parte orbis romani quantũ in me est regnẽt. Eleganter hic ꝑuicacia iratæ i Troianos deæ exprimitur. Regnanto. b. regnanto pro regnẽt. Secunda ꝑ tertia persona est:ut est illud Virgilianũ: Tertius argolica galea contentus abito. Dum. p. p. busto Insultet armentũ. hoc est pascendo supergrediatur. Et. c. f. c. i. perite quasi desertã esse uelit Troiam. Horrenda. l. n. i. u. Non perpetuum epitheton horrendam romã dicit sed barbaris horrendam. Qua. l. m. s. europẽ ab afro. Gaditanũ mare fretum significat. Inde n. incipiunt descerni Europa a libya. Qua tumidus rigat arua. Nilus nõ semp tumidus:sed tumidus cum rigat. Aurum. i. &. s. m. s. c. t. c. s. f. bene auꝝ utilius ait esse priusquã de metallis offodiat. quoniã effossum cãm præstat auariciæ ac sceleribus:populũ autem ro. ait constantissimum aurum contẽnere merito quoniam apud ueteres paupertas magis in honore erat q̃ diuitiæ.

CHRI. Famosus hospes. q. d. infamis apud oẽs gentes propter uiolatũ hospitiũ quo liberaliter a Menelao susceptus erat. Famosus. n. plurimum Laumedon rex troianus qntus fuit a Dardano: Fuit enim filius Trois:& ille Ericthonii:quẽ Dardan⁹ ex cãdauia genuit. Hic deos ut dixi:mercede pacta defraudauit propteraq; apud Maronẽ scriptũ ẽ:Laomedentæ luimus piuria gẽtis. Nec. p. d. p. q. d. ipa peritura periit:neq; potuit ab Hectore defendi. Ductũ. i plures ãnos ꝓlatũ. q. d. quicqd ipis durauit bellũ troianũ:id oẽ adscribendũ est nõ uirtuti illoꝝ:sed nostris seditõibus:nã parti deorum etiã troianis fauit. ut est apud

Homerum & Vir.qui si omnes in pœna scelerum eorum consensissent.stati actum fuisset de troia.Quapp ego iam ulta non ulterius prosequar iniurias:sed redonabo romulum nepotem troianorum exilia:quáuis illum oderi marti filio meo & patri suo.Dicimus autem redonare & cõdonare aliquẽ alicui:cũ ei a quo siue suppliciũ siue ultionẽ sumpturi sumus illius cã iiurias remittimus:nã eã pœnã q̃ nobis debebat eius gratia remittimus:ergo donamus. Adscribi.ãnumerari:trãslatio a ciuibus q i coloniã aliquã mittũt.ii.n.adscribi dicũtur. Quietis.ex ꝓfunda theologia promptũ.Nã solius diuinitatis qes ẽ: creaturaꝝ autẽ motus Optime ergo Boetius de Deo.Stabilisq; manẽs das cũcta moueri. Dũ lõgus p.Modo magnũ maris spatiũ itercedat iter romã & Ilió pmittã eos regnare. Dũ priami p.q.b.mõ ita desertũ sit Iliõ ut fere i diruto sepulchro audeãt sua cubilia põere & ipune.i.nemine ꝓhibẽte nõ ꝓhibebo romã imperiũ p uniuersum orbem ꝓpagare.Locus autẽ sumptus ẽ ex Ennio:Ille.n.describit i secũdo bello pu.Iunonẽ recõciliatã romãis carthaginẽ deserere. Regnãto.tãquã legẽ cõstituat tẽpore & modo legũ latoꝝ usa ẽ. Priami p.nam neminem magis oderat quã Paridem.& qui illum produxerat Priamum. Busto.bustum proprie locus est: in quo defunctus est combustus & sepultus.diciturque bustum quasi bene ustum . Vbi autem combustus solum est:& alibi sepultus:is locus ab urendo ustrina uocatur.Sed modo busta sepulchra uocamus. Triũphatis.usurpauit participium passiuum a uerbo non passiuo.Non enim dicimus triumpho medos:sed triumpho de medis.Idem fecit & Vir.Ille triumphata capitolia ad alta co. Europen.actũs græcus. Liquor. mare quod ab occiduo oceano irrumpens europam ab africa diuidit. Nilus.de cuius origine multa fabulosa referuntur. Tumido:quia diebus canicularibus contra reliquorum fluminum morem ita turgescit: ut ægyptum exundet. Rigat arua.unde alibi & uiridem ægyptum nigra fœcundat harena.

ACRON. Ordo:est fortior spernere aurũ irrepertũ.& sic melius sitũ:cũ terra celat q̃ cogere in usus humanos dextera rapiente omne sacrũ. Sacra.n.oĩum gentiũ rapuere romani nõ modo aurũ dextrã autẽ aut ꝓ auaritia:aut pro bello posuit.ut Vir.Quid nõ mortalia.p.c.a.s.f.luue .atq; oĩ ex crie lucrũ quæsitũ.

Termin⁹.finis naturæ quo mũdi spatia terminant̃:ad quẽ adh ucarmis dicit ꝑueniri ambitu gloriæ.siue auri cupidine. Qua parte debacchent̃ ignes.Ceraumenẽ dixit ihitabilẽ.ut Vir.Semp sole r.&.t.s.ab. i.In qua incendiũ ut furor bacchãtibus dominetur.iõq; dicit debacchentur. Qua nebulæ pluuiiq; rores.

Cum terra cælat: spernere fortior
Quam cogere humanos in usus
Omne sacrum rapiente dextra:
Quicunque mundo terminus obstitit
Hunc tanget armis: uisere gestiens
Qua parte debacchentur ignes:
Qua nebulæ: pluuiiq; rores.
Sed bellicosis fata quiritibus.
Hac lege dico.ne nimium pii
Rebusque fidentes: auitæ
Tecta uelint reparare troiæ:
Troiæ renascens alite lugubri
Fortuna tristi clade iterabitur
Ducente uictrices cateruas
Coniuge me iouis & sorore.
Ter si resurgat murus æneus
Auctora phœbo: ter pereat meis
Excisus argiuis: ter uxor
Capta uirum puerosque ploret.
Non hoc iocosæ conuenit lyræ.
Quo musa tendis: desine peruicax
Referre sermones deorum: &
Magna modis tenuare paruis.

Septẽtriona ẽ significat cardinẽ hoc est niualẽ. ut itẽ Vir.Cerulea glacie cõcretæ atq; imbribus atris. Sed bellicosis fata quiritibus. Hac lege dico.cõstituto: santio Romãis hoc ius fatoꝝ.ut pniciosũ habeãt p se reparare troiã. Ne nimium pii.qui uelint ꝑstare parentibus cõtra uoluntatẽ deoꝝ. Tristi clade.i.hoc iõ quidã dictũ uolũt q; fimbria legatus Ciæ isliũ tpibus syllanis oppugnauerit ac diruerit.qui mox seditione militum peremptus est.ordo.fortuna troiæ renascẽs lugubri alite iterabitur tristi clade me cõiuge & sorore iouis ducẽte uictrices cateruas. Cõiuge.&.s.sic uir. Ast ego quæ diuũ icedo regina iouisq;. Et soror & coniũx. Ter si resurgat murus æneus.hic aũt quotiẽs reparata fuerit:diruendã dicit ut finitũ ꝓ ifinito põat:aut tertio troiã significat piisse semel ab hercule.secundo ab grecis ꝓ helena.tertio a fimbria. Ter uxor.qui andromachẽ intelligi uolunt ꝓpter hectorẽ & astianactã. Nõ hoc iocosæ cõuenit lyræ.i.nõ talia cõueniũt nostræ ꝓpositioni:a Iunonis uerbis in se poeta conuertit. Peruicax.licensiosa uel repræhensibilis.

Modis.modulationibus metrorum

POR. Omne sacrum rapiente dextra : nec romanoꝝ.s.dextera sed deoꝝ qui cogunt aurũ in usus romanos.Extrinsecus autẽ hic accipienda uox est . & ut sit etiã sacrũ rapiente dextra uisere gestiens qua uel parte debacchẽt ignes. Australẽ cardinẽ significat qui ẽ torrẽtissimus . Troiæ renascẽs alite lugubri fortuna tristi clade iterabitur.ordo & sensus ẽ fortunæ troiæ alite lugubri. i.malo auspicio renascenti iterata excidio cadet hic autem sensus inde conceptus est q; flauius

fimbria legat⁹ cinæ iliũ tpibus sillanis oppugnauit ac diruit quẽ mox seditio militũ occidit. Nõ hoc.i.c. l.quo musa tendis. Nũc his uerbis poeta ad se cõuersus ait:nõ se recte facere q̃ lyrico carmini cui iocosa cõueniãt seueriora loquat̃ Desine. p.r.s.d. peruicax.nũc ꝓ licẽtiore dicitur. Et magna modis tenuare paruis. Sẽsus ẽ:desine magnas res q̃ hæroico magis carmĩ cõueniũt extenuare humilitate lyrici carminis.

CHRI. Fortior.hæc in ore iunonis uera sonãt. Nam prisci romani his moribus fuerunt. Fortior ergo i.cõstãtior spernere aurũ. Irrepertũ.q.d.quãuis illis offerat̃ quicquid auri inter terrã latet:q̃ multo plus ẽ quã q̃ apparet. Et est ex snia Curii qui sãnitibus respõdit nolle aurꝝ romanos:sed iperare possidẽtibus aurũ. Vaticinat̃ igit̃ priscã illã seueritatẽ quæ adhuc futura erat. Omne sacꝝ.snia ẽ quod melius sit spernere aurũ q̃ cogere.i.cõgregare ĩ usus humanos. Quoniã qui cõgregãt:rapiũt ẽt sacra. Nã nõ cõgregãt nisi auari:& auari nulli rei parcũt. Debacchẽt ignes.iuxta torridã zonã. Vir. Quaꝝ quæ media ẽ ñ ẽ habitabilis æstu. Qua nebulæ.plagã septẽtrionalẽ intelligit. Dico.quasi cõfirmo & sãtio .& posuit hoc poeta ad excusationẽ romanoꝝ:qui antiquã patriã cõtẽpsisse uidebãt̃. Nimiũ pii.nã nimia fuisset pietas:si illis esset nocitura. Fidẽtes rebus.i freti potẽtissimo iperio. Auitæ.quæ uestroꝝ auorum urbs fuit. Troiæ.dicit meliores fortuna renatũ iri troiam q̃ olim fuerit.ergo fortuna troiæ.q.d.mala fortuna. Sic Virg. hac troiana tenus fuerit fortũa secuta. Lugubri al.infœlici augurio. Reiterabit̃.iterꝝ surget:hoc aũt fiet me duce. Me cõiuge.iterpretatio ẽ color rethoricus. Fit aũt quotiẽs exprimimus quã ui ꝓnomẽ antecedẽs & quod põdus habeat. Sic Vir. Ast ego quæ diuũ incedo regina iouisq̃ & soror & cõiunx. Ter si r. finitũ numerũ ꝓ infinito ponit. Aeneus .fortis:ĩfrãgibilis. Auctore.phe.q.d.nõ proderit neq̃ si a deo fiat:neq̃ si ex infrangibili materia. Meis argiuis.nã argis colebat̃.unde supra plurius in iunonis honorẽ aptum dicet equis argos:& Vir. Prima quod ad troiã pro caris gesserat argis. Virũ &.p.maritum & filios aut cæsos aut ĩ captiuitatem abductos. Non hoc iocosæ.professionem fecerat minorum rerum:& quæ iocis magis q̃ seueritate cõmendarentur. Quapp cũ animaduertat se ad altiora ascendisse admonet musã ut desinat sermões deorum referre. Et magna modis t.p.modestissime de se loquitur. Nam qui magna paruo stilo canit:non modo non auget illa:sed potius extenuat.

AD MVSAS.

d Escende cælo:& dic age tibia
Regina longum calliope melos:
Seu uoce mauis nunc acuta:
Seu fidibus cytharaue phœbi.

ACRON d Escende cælo. id est desine loqui de diis: propterea dixit descende cælo: tanquam iam uelit musam transire a uerbis iunonis: quæ eam uelut in cælo habuisse ostenderet ordo est. tibia descende cælo: & calliope regina age dic longum melos. Melos.autem specialiter dici uolunt cantum pastoralem:est autem indeclinabile neutri generis. Acuta.sonora.liquida conueniente melodiis

POR. Descende cælo dic age tibia. Inuocat musam ut se iuuet ĩ carminibus.sed q̃ ait descende cælo.ad illud pertinet q̃ uelit iam transire a iunonis sermonibus quos ĩ cælo habuisse eam ostenderat.

CHRI. Descende cælo.& dic age tibia. Videt̃ ad supiora cõtinuari:uel illis adnecti:nã cælestia cernere tẽtasset:hortat̃ musã ut iã desinat:& ꝓdigia q̃ puero sibi euenerit canat. Deinde cũ se exauditũ putet q̃m illaꝝ cantũ audiat.narrat a colũbis se oli lauro mirtoq̃ tectũ atq; ex apulia in sabinos adductũ. q̃ illũ lyricoꝝ poetã futuꝝ & amatoria sciptur ũ indicant. Afferitq̃ illis ducibus nihil sibi esse timẽdũ. Ostẽdit illas octauianũ bellis fessũ ĩ suo antro recreare. Descende c.q.d.res cælestes relique. Calliope.hãc cũ iuocat cæteras omnes inuocare intelliges:si quæ de musis dicta sunt:repetes.sic & Virgilius.& uos o Cali.p̃. as.c.eademq̃ ratione reginam dici cognosces.

Auditis:an me ludit amalis
Insania:audire & uideor pios
Errare per lucos amœnæ
Quos & aquæ subeunt:& auræ.
Me fabulosæ uulture in apullo
Nutricis extra limen apuliæ
Ludo fatigatumque somno
Fronde noua puerum palumbes
Texere:mirum quod foret omnibus
Quicunque cælsæ nidum acherontiæ

ACRON. Auditis.dum ad solam calliopen loqueretur dixit auditis: ut uos o calliope precor aspirate canenti:& quasi deæ presentiam se sentire ait:tanq̃ uenerit inuocata:quod appellat̃ enthusiasmos. An me ludit. uelut interrogans sodales suos posuit.i.an dum spero me audiri a re & non audior.i.decipior dulci amore poetico ordo est:uideor audiri & uideor errare per pios lucos.i.uidetur mihi audire.s.cantus uestros. Tã q̃ diceret uere audio cantus uestros: & lucis intersum aut errore mẽtis imaginor quem studio cõcepi poetico:aut certe per amœnos lucos elysii uere uideo musas errare. Vulture. uult̃ mõs apuliæ:fabulosam uero nutricẽ appellauit: quod hæ fere alumnis suis narrare fabulas solẽt. ordo est.me puerum fatigatum somno & ludo texere

Saltusque bāthinos: & aruum
Pingue tenent humilis ferenti.
Vt tuto ab atris corpore uiperis
Dormirem & ursis: ut premeret sacra
Lauroque: collataque myrto.
Non sine diis animosus infans.
Vester camenæ: uester in arduos

palūbes noua fronde in uulture appulo extra limē fabulosæ appuliæ meæ nutricis nomē puin ciæ pro nutricis posuit: quia inde horatius fuit. Frōde noua. uiridi: nō antiqua nec arida: quæ odore & umbra somnos nutriret. Sic. Vir. Floribus & dulci aspirās cōplectitur umbra. Acherōtiæ. acherontia ciuitas est appuliæ cōtermina lucaniæ quā ob hoc nidum appellauit: quia parua ē: & in mōtis cōstituta summitate: sicut nidi auium in sūmis arboribus. Saltusque banthinos banthia ciuitas est appuliæ contermīa uenusinæ ciuitati huius territoriū pascuis amœnat: cui cāpi subiecti sieuicini sunt: q matini appellāt nunc abusiue. Humilis fereti. ferentū oppidū est appuliæ uenusinæ ciuitati uicinū: quod humile appellauit: qa ī ualle situm est: sed nūc sine habitatore ē. Premerer. tegerer: defensarer. Sacra. autē ait n̄ pp solū apollinē: sed ēt pp se eo q̄ paruus extra limē apuliæ expositus lauro & myrto colūbis deferētib⁹ tectus sit ī omen futuri poetæ: laurus. n. dicata apollini est: & myrtos ueneri: quæ lyræ erat & luxurioso futura dum lyrico carmine res uenereas describeret. Nō sine diis animosus. īpauidus. ut luxuriatq; thoris animosum pectus honesti spadices ordo. Camœnæ. ego uester īfans animosus non sine diis uester tollor in arduos sabinos &c. Prodigiū aūt fauore diuinitatis & securitatis suæ fuisse cōfirmat: tanq̄ si numē sibi īesse uelit ītelligi. ubicūq; sum inquit uester sum o musæ: cuius īfantiā uos custodisse manifestū ē: significās quod ubiq; nil aliud q̄ studia scribendo carmina musarum colat. ut est. Me uero primum dulces ante omnia musæ. Quarum sacra fero ingenti percussus amore accipiant.

POR. Auditis. hic distīguēdū & pnūciādū īterrogatiua figura. dicit aūt audire uocē musæ cāt⁹ aut nūquid hoc imaginor errore mētis quē nimio poetico studio cōcepi. Audire & uideor pios. hic pios dixit p diis & hoc p musis dictū ē. Me fabulosæ uulture ī apullo. nutricis extra limē apuliæ. Vult mōs ī apulia ubi dicit se poeta educatū quā fabulosam appellauit qđ nutrices alūnis suis fere fabulas narrare soleant. Ludo fatigatū. ordo ē. me puer fatigatū somno texere palūbes noua frōde ī uulture appulo. extra limen apuliæ fabulosæ nutricis. Prouīciæ nomē p nutricis posuit. Quicūq; celsæ nidū acherontiæ. acherōtia oppidum ē lucaniæ quā nidū appellat qđ parua ē & ī sūmo mōte cōstituta sicut nidi auiū ī sūmis arborib⁹ solēt eē. Saltusq; bāthinos. bātina oppidū ē ī apulia. Et aruū pīgue tenent humilis ferenti. ferentū oppidū ē & ipsum ī lucania: quod ideo humile appellauit quod ī ualle est positū. Vt premerer sacra lauroq; collataq; myrto. sacram laur nō ideo tantū dixit quod sit ī tutela apollinis. sed etiam quod uelit se diuinitus ea coopertū a colūbis ītelligi. Nō. s. d. a. i. ideo q̄a solitudinē nemoris nō expauerat cū esset & solus & īfans quod ipsum pdigiū dicit diuinitatis cuiusdam quā in se esse intelligi uult. Vester camœnæ. uester in arduos tollor sabinos. ubicunq; inquit sum uester sum o musæ cuius infantiam manifestum est uos custodisse. per hoc autem significat se ubicunq; fuerit nihil aliud quam studia musica colere.

CHRI. Diis te.m.q.g.im.uerissima sententia.Nā ꝓpterea bona cōsequimur qa grati ī deos ea ab illis recognoscimus.Est autē gerere se minorem diis nil aliud:q̄ recognoscere nō nostris uiribus:sed diuino munere fœcilitatē cōsequi.Cōtraria faciūt supbi q suæ prudentiæ & robori omnia arrogant. Hinc omne p. nam & Romulus primus romanæ urbis auctor multas cerimonias īstituit & multa sacrificia.Huic successit Numa quē nemo i sacrificiis adæquauit:tantaq; fuit ex religione huic regi auctoritas ut nullus: ex finitimis populis quāuis a Romulo irritatus qui illo regnāte romanos fines irrūpere ausus sit. Ptopterea refert diuus Augustinus deū misertū esse populi romani ob ipsius circa deos sinceritatē: q̄uis falsa esset religio. Voluisseq; ut præmia quæ i futura uita suscepturi nō essent:i præsenti susciperent. Huc ex. depone negligentiam in deorum cultu:qua i calamitates multas icidisti:& referri ad illud initium:unde tot prouenerūt bona. Dii neglecti.probat exemplis quantum nocuerit neglecta religio.Nam Crassus quoniam templū hierosolymitanum diripuisset:a parthis cum omni exercitu cæsus est. Iam bis.propter Crassum. Secūdo propter Labiænum.A.legatum:qui in Syria a parthis cum omni exercitu deletus est.Monesis & Pacorus reges parthorum fuerunt. Non auspicatos.propterea contudit quia non bonis auspiciis bellū gesserunt. Nam contra auspicia rem gesserant.Dicimus rem auspicatam quæ auspiciis probata est.Vnde datur uitio Mancino qui cum a littore solueret iturus contra numantiam non obtemperauit uoci: qui fuit maucine mane. Torquibus e.torques appellabant aurea siue argentea ornamenta:quæ circa collū gerebant milites. Torquem autem tam masculinum q̄ fœmininum proferunt.Hic apud romanos dictus est Torquatus manlius ille:qui deuicto a se Gallo torquem detraxit:refert ergo poeta parthos ipsos qui prius exiguos torques haberent:effecisse illos maiores adiiciendo illis prædam idest aurum ex præda direptum.Manus ergo pachori renidet adiecisse prædam torquibus idest resplendet propter fulgorem torquium: Qui ampliores facti sunt ex præda q̄ illis adiecerunt. Pœne.dacus & ethyops intelligit exercitum.M.A.quem ex gentibus occidentalibus aduersus Octauianum instruxit de quo pœne augusti uicit. Hoc autem bellum propter illorum seditiones euenit:quod autem multos populos in hoc bellum traxisset.A.his Vir.uersib⁹ apparet.Hic ope barbarica:uariisq; Antonius armis Victor ab auroræ populis: & littoræ rubro Aegyptū uiresq; orientis:atq; ultima bactra secum uehit.Hæc autem bella propter discordias ciuiles orta sunt: quæ dicuntur seditiones.Est enim seditio quasi seorsum itio:cum ciuis in diuersas factiones abeunt. Daci. cū A.ueuerunt a Scythia & ab Octauiano:de quis in uictoria Octauiani meminit Virgilius.Indomitique daci & pontem indignatus araxes. Aegyptum.qui ægypto conterminus est.Isti autem Cleopatram secuti ab Augusto uicti sunt:Virgilius.Desuper omnis eo terrore ægyptus:& indi.Omnis arabs: omnes uerterunt terga sabæi. Hic classe.forte de Augusto intelligit:qui classe preualebat.A.autem terrestribus copiis.Sed tamen ut Cleopatræ obtemperaret quæ naues suas mirifice exornauerat:proptereaque cōspici uolebat bello nauali cōtendit.Vel hic.s.æthyops quem pro ægypto ponit:quoniā ut dixi:classem instruxerat Cleopatra. Ille dacus.s.melior fortior uel doctior:Nā bonū pro docto capi demonstrat Vir. his uersibus Cur nō mopse boni:quoniā cōuenimus ambo Tu calamos iflare leues:Ego dicere uersus. Primū inquinauere.nā etiā i sæculo argenteo adulteria fuisse dicūt.Iuue. Viderūt argētea sæcula mœchos. Nuptias.q̄ sacræ sunt & i tutela iunonis quas uiolare cōtenere ē deos. Inquinauere.cōmaculauere & ifecere. Sentētia ē q̄ populus natus ex adulterio primo familias deide patriā iquinauit. Hoc fonte.hoc pricipio. Deriuata māsit i trāslatiōe.Nā deriuare ē aquā e fontib⁹ p riuos deducere. Clades.nā sūma pernicies est luxuria ciuitatibus.Iuue.Sæuior armis luxuria icubuit. Victumq; ulciscitur orbem. Et alibi. Nullū crimen abest fa

cinusq; libidinis ex quo paupertas romana perit. Fluxit: & hic quoq; mansit in translatiōne. nā aquarum est fluere. In patriā. nā non solū priuatim: uerū etiā publice obest libido. Nā illa eneruati homines & animos cōsiliis inutiles & corpora bello imbecilla gerūt. Motus ionicos. saltationes lasciuas: quas turpe erat romanas mulieres addiscere. Permittebāt quidē antiqui aliquam mulieribus saltationem: sed incompositam: & nulla arte emendatam. quapropter Salustius dixit. Psallere & psaltare plusq̄ probepar est. Ionicos. autem id est non graues. Nam apud græcos triplex erat musice genus: Doricum graue & modestum. Corynthium leue & lasciuum. ionicum medium inter hæc. Sed fere in omnibus tribus sic se res habeat apud græcos. Ergo & in edificando: ut placet Vitruuio: constituebantur templa corynthio genere. Veneri flore & Proserpinæ & reliquis lasciuioribus & numinibus. Ionico aūt genere Iunoni Dianæ & similibus dorico: demū Ioui & Marti: & qui illis similes sunt. Matura. nubilis. Vir. Iam matura uiro: iā plenis nubilis annis. Meditatur. exercet. Incestos. illicitos & lasciuos. De tenero ungui. a primis annis.

Inter mariti uina: neq; eligit
Cui donet impermissa raptim
Gaudia luminibus remotis.
Sed iussa coram non sine conscio
Surgit marito: seu uocat institor
Seu nauis hispanæ magister:
Dedecorum preciosus emptor.
Non his iuuentus orta parentibus
Infecit æquor sanguine punico.
Pyrrumq; & ingentem cecidit
Antiochum: hannibalemque durum.
Sed rusticorum mascula militum
Proles sabellis docta ligonibus
Versare glebas. & seueræ
Matris ad arbitrium recisos
Portare fustes: sol ubi montium
Mutaret umbras: & iuga demere
Bobus fatigatis: amicum
Tempus agens abeunte curru.
Damnosa quid non imminuit dies.
Aetas parentum peior auis tulit
Nos nequiores: mox daturos
Progeniem uitiosiorem

ACRON. Inter mariti uina. aut in ipsis nuptiis aut iter domestica cōuiuia. Impermissa. iterlassata. Gaudia. uoluptates stupri. hic ipatientia icestus ostendit. Luminibus remotis. tædis faculis ad admittendū crimē obscuritate ꝓcurata. hoc est remotis lucernis. Sed iussa corā. aut a libidīe aut a corruptore. ut Iuuenalis. Doctus spectare lacunar doctus & ad calicē uigilāti stertere naso. Institor. mercator. Dedecorū ē. incestuū. Non. h. i. orta pa. Tanquā ñ legitimis cōtenti nuptiis fuerint: nec ex huiusmōi nati hominibus illi romāi: qui oēs uicerūt. Infecit æquor sanguine punico. luctatiū significat qui nauali bello apud siciliā cū hānibale multa cæde pœnorū fugauit. Pyrrhūq;. pyrrhus epirotarū rex antiochū auxiliis adiuuās uictus ē a romanis cū ipso antiocho rege syrie a quo & ciuitas nomē accepit ātiochia. Hānibalēq; durū. aut crudelē aut pugnacē: q ab africano ad ultimū uict⁹ ē. Sabellis. aut sabinis aut marsis: ut dentesq; sabellicus exacuit sus. Mascula. fortis: robusta. Versare gle. arare. ut Vir. Ante supinatas aquloni o. g. Et seuere matris ad arbitriū re. bene & moraliter simplicitatē & patientiā laboris i iuuenibus per hāc cōmemoratiōem ostēdit: eo ꝙ ita se subdant imperiis matrum aut ad earum operentur arbitriū: uel quia hæc rusticis ē consuetudo ut post laborē cū lignis ad suos reuertāt. Seueræ. castæ. Sol ubi mōtiū: ut uirg. & sol crescētes decedens duplicat umbras. Bobus fatigatis. ut Vir. Aspice aratra i. r. s. iuuenci. Amicū. gratū laborātibus. s. ob capescendā quietē. Dānosa quid nō. ac si diceret cūcta i peius ruunt. eo ꝙ nihil æternū sit: sed processu tpoꝝ oīa i peius labūtur. unde dictum est: nihil est. n. ope & manu factum qđ nō conficiat consūmatq; uetustas. Tulit ños. peiores nequiciam parentum dicit augusti in posteros. Mox. d. nos scilicet allaturos peiores filios.

POR. Neq; eligit cui donet ipmissa raptim. Sēsus ē: neq; ex occasione extīcti subito i cōuiuio luminis ꝑperat adulter post interuallū occultari scilicet facere nō ꝑmittēte tantū marito sed ēt iubēte. Dedecoꝝ preciosus emptor. Qui dedecora id est adulteria magno ꝑcio emit. Nō his iuuētus orta parētib⁹ infecit æquor sanguine. Melioribus inquit fuit orta parētibus iuuentus illa apud antiquos nostros quæ bella punica pro patria & naualibus prælis gessit. Sed rusticoꝝ mascula militū proles. hodie quæ ex rusticis milites lecti meliores habent. Seueræ matris ad arbitrium recisos portare fustes. Mire simplicitatem & pacientiam laboris in iuuenibus per id ostendit ꝙ etiam matrum potestati se subiicerent cum & ad arbitrium earum operarētur. Amicum tempus agens. amicum laborantibus. s. etiam amicum ob capescendā quietē. Damnosa quid nō iminuit dies: hoc ideo dicit quoniam uidentur omnia per processum temporum in deterius labi.. Aetas parentum peior auis tulit. Nos nequiores mox daturos. prolem uitiosiorē damnosam rem mira facilitate & breuitate successu temporum deterius labi.

CHRI. Inter uina.duo peccata & uini & libidiuis:ut ſecundum a primo ſit.Nam ſine cerere & libero friget genus.deinde mouet idignationem i ſecundo prius ab ætate.nam a teneris ãnis icipit. deide a modo ꝙ palam & ſine pudore. Neqꝫ eligit.oſtendit.n.ꝙ nullius amore capta ſit:quem deide iter reliquos eligat nam ſi amore coacta peccaret:eſſet aliquo modo minus idigne ferendum:ſed q̃rit cum quocunqꝫ:non ergo eligit:ſed obuium rapit quo utatur. Impermiſſa.iconceſſa:quia nõ eſt coniugium. Raptim.celeriter ne per moram dep̃hendatur. Cõſcio m.qui ſpe lucri hæc permittit de quo iuue.doctus & ad calycem uigilanti ſtertere naſo. Sed i.omnibus uitiis hanc mulierem accumulat.hactenus.n.oſtenderat illam libidie ferri.nunc auaritia quoqꝫ rapi demonſtrat.nam mercatori qui ſe ſine precio quippiam daturũ negat morigera efficitur. Iuſſa.ut oſtendat qui pecunia ualet poſſe illis iperare. uel iuſſa.i.rogata. Inſtitor. non is eſt qui egregie mercaturam exercet:quã etiam Cicero i libro de officiis laudat ſed is q a mercatore emit:ut diuiſim deide merces emptas uendat.Iuue.Inſtitor hybernæ tegetis:niueiqꝫ cadurci. Magiſter. ꝓprie gubernator eſt nauis qui ad temonem ſedet.uir.excutitur pronuſqꝫ magiſter uoluitur i caput. ſed hic ponitur ꝓ nauiculatore.i.ꝓ eo qui naui merces iportat atqꝫ exportat. Precioſus em.d.q.multo præcio emit adulterium:qđ ſummum eſt dedecus. Non his.non talibus.puto itelligere de claſſe.C.duilli:qui primus de pœnis nauali prælio triumphauit.Sententia eſt:ꝙ iuuentus quæ nauali bello ſuperauit pœnos:& illorum ſanguine mare ifecit:non eſt orta ex tam libidinoſis parentibus.nam circa urbis primordia ſumma erat caſtitas & pudicitia in mulieribus.Laboribus.n.maceratæ & paupertate oppreſſæ libidinem cuius ocia & delitiæ parentes ſunt:non ſentiebant.Iuue.præſtabat caſtas humilis fortuna latinas:Quõdam:nec uitiis contingi parua ſinebat.tecta labor:ſomniq; breues & uellere tuſco uexatæ duræqꝫ manus. Pyrrhum.regem epyrotarum intelligit ex nobiliſſimo: æacidarum genere uirum quidem nimis regnandi cupidum:ſed magnificentia & humanitate ægregium:& in quo neqꝫ crudelitatis neq; auaritiæ ueſtigium uſq̃ apparuit qui non tantum armis quantum munificentia romanos ſuperare conatus eſt.uenit igitur in italiã præ ſe ferẽs auxilium tarẽtinis ferre.ſed cupidus romanum imperium iuadere: Prima pugna cum romanis fuit apud lyrim campaniæ fluuium:i qua tanto ardore pugnatum eſt:ut ex utroqꝫ exercitu quiſqꝫ fortiſſimus aut occubuerit in acie:aut uulneratus diſceſſerit: Pugnatũ eſt iterum apud eſculũ apuliæ ciuitatem curio & Fab. conſulibus.i quo prælio magnopere ſuas copias attritas ſentit & ipſe i humero uulnus accepit.Pugnatũ & tertio in lucania:unde uictus diſceſſit.Vir.profecto bello acer:& cui in caſtris ponendis palma omnino cõcedatur. Ingentem antiochum.hic magnæ aſiæ parti imperauit.Hannibal autem carthagine exul illum aduerſus romanos irritauit. non tamen obtinuit:ut uellet in italiam traiicere copias: quanuis efficacibus argumentationibus oſtenderet nuſq̃ niſi in italia romanos uinci poſſe.parauit igitur exercitũ numero militum maximum: Auro argentoqꝫ decorum:& multis opibus refertum:cæterum militum robore infirmũ. atqꝫ hãnibali eum oſtendens interrogabat an ſatis romanis eſſe poſſet:cui ſubridens reſpondit Hãnibal.ſatis quidem puto etiam ſi auariſſimi ſit romani:quibus uerbis ſignificauit non illos quidem in pugna pares fore romanis.ſed ingentem ſe prædam præſtaturos.uictus eſt tandem a romanis & omni parte regni:quæ cis taurum montem eſſet exutus.Quo quidem tempore cum tranquilliorem in paruo regno uitam degeret:ſe ingentes ro.po.gratias agere dicebat ꝙ magna & nimis anxia gubernandi cura p illos liberatus eſſet.

Inſtitor

Pyrrhus

Antiochus

Maſcula.uirilis & non effœminata:ut tunc. Ruſticorum.nam omne tempus aut in agro colendo:aut in militia exercẽda cũ maximo labore terebant.hoc oſtẽdit Iuue.en habitũ quo te leges ac iura ferentẽ uulneribꝰ crudis populꝰ mõ uictor: & illud mõtanum poſitis audiret uulgus aratris:& uir.at patiẽs operꝝ paruoqꝫ aſſueta iuuẽtus. Sabellis.nã & iſti robuſtiſſimi fuerunt.unde uir.pubẽqꝫ ſabellã. Ligonibꝰ. ferramentum ruſticanũ ẽ ſed poſuit ſpẽm ꝓ genere. Verſare.excolere:Vir.quo ſidere terrã uertere mœcenas. Seueræ matris:nã tãtæ erãt uenerãtõis mulieres ꝑꝑ pudicitiã & laborioſã uitã:ut eas ñ minꝰ q̃ patres reuererẽt filii. Ergo ñ ſolũ maiora iperabat:ueꝝ & hæc minora:ut fuſtes ad ignẽ alẽdũ arbitrio mr̃is reciderẽt. Sol ubi. totũ diẽi agro fodẽdo terebãt:& aductãte nocte lignis onuſti domũ redibãt:ut ne minimo qđẽ tpis pũcto ab ope ceſſarẽt. Mutaret u.nã cũ a nr̃o hemiſpio ad iferiꝰ deſcẽdit mutat umbras.nã q̃ apud illos fuerant ad nos redeũt. Amicũ t.nã qeti cõcedit nocturnũ tp̃s. Agẽs.iducẽs qa iducit noctẽ:i q̃ reqeſcimꝰ. Abeũte c.i.ipo cũ curru ſuo abeũte. Dãnoſa.q̃ dãnũ affert ergo actiue põit. Per. ſcire erat i uotis dãnoſa cãicula q̃tũ. Aetas p.mira & lepida & minime obſcura breuitas:ut tribꝰ uerſiculis multos agnatõis gradꝰ cõplectat.ergo ætas parẽtũ q̃ fuit peior auis nr̃is ergo & auia ꝓauis degenerarũt tulit nos nequiores: ſed nos inq̃ daturos ꝓ.d.poſuit igit ꝓauos:auos parẽtes:filios & nepotes.

AD ASTERIEM.

Qvid fles aſterie quem tibi candidi
Primo reſtituent uere fauonii
Thynna merce beatum
Conſtanti iuuenem fide

ACRON

Qvid fles aſterie.ad aſteriem amici ſui coniugem ſcribit:& eã ſolatur gygis mariti ſui amore mœſtam monens ut cuſtodiat caſtitatem nec alterius adoleſcentis blandiciis aut ſpe capiatur dum maritum ſperare debet primo uere rediturum.ordo eſt aſterie quid fles gygen iuuenem conſtãtis fidei:quẽ reſtituẽt tibi prio uere cãdidi fauõii thynna merce beatũ. Quẽ t.c.ferẽi:ꝓſp̃i.

Gygen. ille notis actus ad oricum
Post insana capræ sydera frigidas
Noctes non sine multis
Insomnis lachrymis agit.
Atqui sollicite nuncius hopitæ
Suspirare chloen & miseram tuis
Dicens ignibus uri
Tentat mille uafer modis:
Vt præthum mulier perfida credulum
Falsis impulerit criminibus nimis
Casto bellorophonti
Maturare necem refert:
Narrat pœne datum pelea tartaro
Magnessam hypoliten dũ fugit abstinens.

ipse.n.uent⁹ uerno tẽpore frequẽti⁹ flat. Thynna.bithyna. Quidã.n.uolũt tynnã ciuitatẽ uicinã bithyniæ dictã ponto cõfinẽ. quidã tynnũ piscẽ magis intelligẽdũ suadent. Ille notis. notos pro uẽtis posuit. Ad oricũ.ciuitas ciliciæ:ut aut oritia terebintho. Post isana capræ sydera. Hædos uidetur significare: quorũ ortus & occasus concitat tempestates.de quibus uir. Pluuialibus hædis.& alibi. Aedorũq; dies seruãdi. Frigidas noctes.duplici modo accipi debet:uel ꝓpter hyemẽ: quæ peregrinãtibus acerbior semp uidet̃: uel ꝓpter solitudinem:quia sine suis erat & uelut abstinens frigebat. Insana.tẽpestuosa. Insomnis.uelut uxoris amore nõ dormiẽs:ut nec unq̃ soluitur insõnos. Atqui sollicitæ nũcius hospitæ..gygem a cloe hospita sua dicit adamatũ quã contemni dicit ꝓ dilectione uel desiderio uxoris absentis quem etiam per internuncios terret: ita eũ pro castitate moriturũ: sicut hi quoꝶ inferius exempla cõmemorat.ordo ẽ:atqui uafer nũcius sollicitæ hospitæ tentat illum mille modis dicens suspirare miserã cloem & uri tuis ignib⁹.& refert ut perfida mulier impulerit præthũ credulũ falsis criminibus maturare necẽ nimis casto. Bellorophonti. Tuis ignibus.quia etiã tu ureris.i. tui mariti amoris. Vafer.ad suadendũ callidus:& astutus siue malignus:qui nitebat̃ continentiã superare. Vt queadmodũ mulier pfida Stẽobea siue antia uxor ṗthi: quã cõmemorat amore bellorophõtis hospitis iflãmatã dũ uo luptati eius cõsẽtire noluisset in adulterii crimẽ uocatus ẽ:quod exẽplũ ad acquiescẽdi tetrorẽ significat a suadente propositũ:ne eadẽ cõtinẽtia etiã ipse piclitaret̃. Narrat pœne datum pelea. peleus adamatus est ab hypolita acasti uxore:q̃ dũ despiceret̃ ab eo questa marito est se stupri cõpellatã. Indignatus acastus peleũ duxit iuitatũ gratia uenãdi in pelion ibiq; eũ inermẽ reliquit a centauris perimendũ q seruatus achirone collecto exercitu euertit acasti regnũ.& hypolitã supplicio: merito satis affecit. ordo est. & narrat pelea pœne datũ tartaro.dũ abstinẽs fugit magnessã hipolyten & fallax frustra monet historias docentes peccare. Magnessam hipolyten.Magnes thessaliæ ciuitas est.quã pro discretione hipolytes caucasiæ commemorat amazonie uxoris thesæi.

POR. Quid fles asterie.Hac ode cõsolat̃ puellã desiderio cõiugis sui mœstã & simul mõet ne alicuius adolescẽtis blanditiis aut spe ipsa capiatur.& ẽ ordo:quid fles asterie gygẽ quẽ tibi r̃stituẽt fauonii primo uere thynna merce beatũ.Bythini iuncti sũt thinis:utraq; aũt gẽs põto cõfinis est. Ille.n.a.a. notis ꝓ quibuslibet uẽtis positũ ẽ. Post.i.c s. hædos uidet̃ significare quoꝶ ortus & occasus cõcitant tẽpestates. horꝶ et Vir meminit dicẽs. Quãtus ab occasu ueniens pluuialibus hædis uerberat imber humũ. Frigidas.duplici modo accipe:& ꝓpter hyemẽ qua pegrini retinentur.& pp solitudinẽ. A t q.s.n.h. dicit gygẽ ab hospita cloe amari & ab ea nũciũ amoris ad eũ mitti. Et miserã.t.d.i.u.tuis ignibus qbus ipsa tu ureris.i.mariti tui amore. Tentat.m.u.m. Vafer nuncius.i.callidus ad suadendũ. Vt.p.m.p.c.Stenobeã significat Prœthi uxorem quæ bellorophõtẽ hospitem amauit & non consentientẽ sibi adulterium criminata est. Maturare necem refert.nuncius gygi historiam qua Bellorophontes periclitatus ostendit ꝙ hospitæ in amorem non consentiret per exemplum eum terret.Ne idem & ipse patiatur. Magnessam hipoliten dum fugit abstinens.hæc est quæ nupta fuisse euryphilo traditur.

CHRI. Quid fles asterie quẽ tibi cãdidi.cõsolatur Asteriẽ lugentẽ absentẽ uirũ ꝓponẽs illi optimam reditus illius spem.Ergo o asterie quid fles Gygen maritũ tuũ. Candidi.nã serenitatẽ & cæli uernã clementiã inducũt.Vel prosperi & boni queadmodũ nigrũ malũ & infelix dicit̃.Iuuena. Qui nigrum in cãdida uertunt. Primo Vere.nã singulas quattuor anni partes trifariã diuidimus.ut sit primũ uer. Adultũ uer.Et preceps uer.Ideq; dicas de æstate autũno & hyeme. Beatũ.diuitẽ.occupat aũt oẽs locos ad solandum mulierẽ efficaces.nã redibit cito:& in parte anni tranquilla in qua nõ sint timẽda pericula:& redibit diues. Thynna.quidã uolũt athynna deriuatũ:quæ bithyniæ urbs est ponto uicina.Alii dicunt thynnũ piscẽ.De quo persius:cauda natat thynni.Hic sale conditus ad plurimũ tẽpus durat.Istoꝶ captura præcipua est apud bizantium i bosphoro:quo ꝓpontis euxino iungit̃.ergo uel thynna merce quia salitos thynnos emisset uel sit dictũ a thynna urbe. Oricum.epyri urbs iuxta quã abũdat therebitus: Acron i cylicia esse putat. Frigidas.q̃a solus cubet.Ostendit autẽ nõ minus esse in illo asteries desideriũ:q̃ in asteria illius ꝓpterea ꝙ & solus cubet & insomnis & lachrymabundus:& ꝙ sollicitãti mulieri nõ cõcedat. Atqui.est ordo.Nũcius chloes hospitæ sollicitæ dicẽs suspirare chloen & uti miserã tuis ignib⁹ tẽtat uafer mille mo

dis.s.ipsum adolescentē. Insomnis.uigilans.nā cura'& amor absentis priuat amantē somno. Vir.at non infœlix animi phœnissa nec unquā. Soluit insōnis. Tuis ignib⁹.i.quibus tu etiā ureris. Nā quæ flāmæ sollicitāt chloen ēt te sollicitāt. Nā quia ambæ eūdē amatis ardetis eodē igne:possunt ēt esse uerba nuncii ad Gygen:& tunc tuis. Gyge.probat ergo illū eē cōstāti iuuenē fide:cū neq; precibus neq; minis flecti in hospitæ amorē possit. Vt pthū. fabula iā narrata ē credulū.nā si circūspectior fuisset ñ ita facile psuaderi poterat. Narrat.ponit nūcius aliud exēplū:quo in amorē chloes trahat Gygē. Sed fabulā ut tibi nota sit accipe.peleus Aeaci filius & Achillis pater cū apud acastū thessaliæ regē hospitē suū degeret:adamatus est ab Hypolite uxore acasti:& ab eadē de adulterio interpellatus. Sed refugit tale scelus adolescēs:neq; illi ē assēsus.illa aūt ira & odio præceps hoiem apud acastū tanq̄ ab illo interpellata esset:accusauit. Acastus uero in peliū mōtē iuuenē sub specie uenationis eduxit.Ibiq; inermē cētauris obiecit. Fuisset aūt ex illis laniatus:nisi eū Chyron seruasset. Qua iniuria irritatus peleus collecto exercitu & acastū regno spoliauit & Hypolitē iusto supplicio affecit. Magnessā.sic ab urbe thessaliæ noiatam.posuit āt ad differētiā alterius Hypolites amazonū reginæ ab hercule supatæ:& Thæseo ī uxorem datæ:ex q̄ natus est Hypolitus. Peleus

Et peccare docentes
Fallax historias monet
Frustra:nam scopulis surdior icari
Voces audit adhuc integer:at tibi
Ne uicinus enipheus
Plus iusto placeat:caue.
Quanuis non alius flectere equum sciens
Aeque conspicitur gramine martio
Nec quisquam citus æque
Tusco denatat alueo.
Prima nocte domum claude:neq; inuias
Sub cantu querulæ despice tibiæ.
Et te sæpe uocanti
Duram:difficilis mane

ACRON. Et peccare docentes.& alias subaudit quia & hæ quas supra dixit:reliquerāt exēpla peccādi. Surdior.metaphora a nauigātib⁹ q ita amātis nō audiret preces: queādmodū si ā piclitātibus rogent scopuli:ut est. Sed nullis ille mouet fletibus:aut uoces ullas tractabilis audit. Adhuc integer.adhuc cōtēnens eā:quasi eū demōstret trahi posse in posterū si diutius imoret. Enipheus.nomē uicini petulantis. Plus iusto. plus æquo:uel ñ p forma:sed pro libidine. Nec plus placeat quā debet uicinus.q prius cōmemorādo mariti honesta ē suadet ut illud. Seruataq; serues troia fidem. Quanuis nō alius. ordo est: q̄uis nō alius æque cōspicit flectere equū in martio gramine:nec quisq̄ æque citus denatat tusco alueo. Gramine.m.in cāpo martio bellicis artibus exerceri cōsueuerat romana iuuētus quibus ita enipheū cæteros præire dicit.ut merito amari possit: si pudiciciæ custodia nō resisteret. Despice.deorsum aspicias. hoc est nec ad uoluptuosos cātus nec amantis preces pmota despicias.

POR. Et peccare docētes fallax historias monet.subaudiēdū & alias qa hæ quas supra rettulit docēt peccare. Scopulis surdior Icari.Icari scopuli p icarii maris scopulis.sed hos pro quibusq; posuit:Surdi āt scopuli pclitātibus dici solēt q quasi pces eoꝝ nō exaudiāt. Quāuis nō alius flectere equū sciens. & reliqui. Notum ē iuuētutē romanā apud ueteres & exercitatā ī cāpo martio:& post hoc exercitiū natare solitā fuisse in tyberi qa pitia nādi rebus militaribus sit necessaria:Dicit ergo enipeū nō debere puellæ huic placere. licet gloriose in exercitio īter æquales uerset. Prima nocte domū claude neq; despice uias sub cātu quærulæ tibiæ tpe. Ne cū ille quasi gyges uespertino cātu ad fenestrā asteries tibiciniū adhibere soleat:illa cupiditate audiēdi per fenestram despiceret atq; ita cupida uidendi sui ac sollicitata diem daret.

CHRI. Monet.admemoriā reducit. Frustra.quia nō psuadet. Surdior audit.i.surdior ē ad audiēdū. Scopulis.qui nullis fletibus mouēt:sic & Gyges nullis pcibus nullisq; minis flectit. Icari.pro icarii.s.maris:& posuit speciē p genere. Aniphæ⁹.q illam amabat. Flectere equū.Nā in primis sei hoc exercebat romana iuuentus ut uti equo bene sciret:quo deinde in bello cōmodius uterentur. Hoc in iuuentute latia significauit Vir. Ante urbem pueri & primeuo flore iuuentus exercentur equis. Tusco alueo. s. tyberino qui ex exthuria ē. Prima no.prima parte noctis querulæ.nam amatores q̄rulū cantū tibia exprimere conant deniq; o asterie mane difficilis.i.pseuera in sentētia & prebe te īexorabilē eniphæo uocanti te durā.

AD mecœnatē .ODE. VIII. dicolos
m Artiis cælebs quid agam Calendis
Quid uelint flores:& acerra thuris
Plena miraris:positusque carbo in
Cespite uiuo.
Docte sermonis utriusque linguæ

ACRON m Artiis cælebs.ut uiduæ sine uiris ita cælibes sine uxoribus dicebantur. Calendis martiis.matronalia dicebantur.eo q mariti pro conseruatione coniugii supplicabant.& erat dies p prie festus matronis.ad mecœnatem ergo scribit horatius non eum debere mirari quod calendis martiis dum sit sine uxore sacrificet. Hac.n. die se casu arboris cōmemorat liberatū & seruatæ salutis festiua.: ordo est. Mecœnas docte ser- Matronalia

uater ... ...
... apud ... ...

monis utriusq; linguæ idem græce & latinæ lingue miraris quid cælebs agā martiis cal. quid uelint flores & acerra plena turis & carbo positus in uino cespite: Acerra turibulū dicebatur ministerialis patiæ fictilis.

POR. Martiis celebs quid agā calē. hæc ode ad mecœnatem scripta est: qua testatur se diem festū martiarum calen. gerere. q̄ hac luce maximum periculum effugerit arbore fracta pene elisus: calendæ autem martie hodie quoq; matronarum dies festus est. ait enim non debere irasci mecœnatē q̄ diem calen. martiarum celebret: quāuis matronam .i. uxorem nō habeat. Docte sermonis utriusq; linguæ. hoc ad mecœnatē ānectēdū: nā sic ordiatū ē. Mecœnas docte utriusq; liguæ & itelligendū utiq; græcæ & latiæ chartæ.

CHRI. Martiis cælebs quid agam calendis. quoniam de calendis martiis dicendum est: non solum postulat. sed etiam flagitat causa: ut de anno quoq; breui q̄ necessaria ad hanc cognitionem sunt: pstrigā. Anni igit̄ certus modus apud solos ægyptios semp fuit. Aliæ uero gētes dispari numero pari errore titubabāt

Anni ratio archades triū mēsiū ānū habuere. Arcananes. vi. Reliq̄ græci trecētorū qnquaginta q̄ttuor dierū. Romulus autē ānū apud romanos istituit decē mēsiū cōfectū ex trecētis & quattuor dieb⁹: primū aūt mensem a patre martiū denominauit. Secūdū dixit haprilē quasi haphrodilē a uenere matre Aeneæ: q̄ græce haphrodite appellat̄ qm̄ ex haphro .i. spuma orta sit. nam ab his duobus diis origo romanorū maxime existit: Vnde martē patrē: & uenerē genitricē i sacris nomināt. Alii dicūt n̄ haphrilē sed haprilē dici ab aperiendo q̄ tūc terra apiri & germiare credat̄. tertiū uero & quartū appellauit hūc maiū a maioribus: illū iuniū a iunioribus: qa Romulus urbē bifariā diuisit i maiores: q cōsiliis p̄essent: & iuniores q armis remp. tutarent̄. Alii dicūt eē maiū trāslatū a tusculanis: apud quos maius dicit̄ iuppiter a magnitudie. Cītius putat a maia uulcani matre nomē mēsi iditū: pptereaq; affirmat flaminē uulcanalē calēdis maii huic deæ sacra facere. Alii a maia mercurii matre mēsem nomē sumpsisse uolūt: qm̄ mercatores i hoc mēse & mercurio & maiæ pariter sacrificāt. Iuniū āt dictū uolūt p syncopē: qm̄ p̄nestini illū iunoniū a iunone dixerūt. Nam ædes iunonis monetæ. Calen. iuniis dedicata est. Reliqui deniq; mēses dicti sūt a numero quintilis: sextilis. septēber. october. nouēber. decēber. Institutū fuit igit̄: ut matronæ seruis cœnas his. Calēdis. apponerēt queadmodum dn̄i in saturnalibus quæ erāt in ultimo mēse. Illæ ut principio anni ad pmptū obsequiū seruos honore iuitarent: Hi ut gratias p̄fecti oneris redderēt. Pōpeius aūt dicit iccirco Calen. mattiis matronas sacra celebrasse. quia eo die Iunonis æde celebrari cœpta sit: & ea sacra matronalia appellāt. Verū quacūq; cā id sit cōstat istis Calendis matronas sacra celebrasse. Posset ergo aliquis mirari cur poeta: cui non eēt uxor matronalia celebraret. Quapp ostēdit nō sacrificare Calēdis martiis: ut matronalia celebret: sed facere priuatū sacrificiū q̄ ab arboris ictu incolumis euaserit. Cælebs sine uxore: Sed de uocabulo diximus i superioribus.

Calendæ Calendis. Calēdas primū mēsis diē dixerūt hac ratione, Datū .n. erat negociū pōtifici minori ut aspectū nouæ lunæ obseruaret: uisaq; regi sacrificulo nūciaret a quibus ambobus facto sacrificio inde pōtifex calata .i. uocata i capitolio plebe iuxta curiā calabrā quot dies a Calendis ad nonas superessēt pnūciabat: Et quintanas q̄dē repetito quingies hoc uerbū καλῶ. Septimanas repetito septies idicabat καλεῖν autem græce uocare est. Ergo primum mensis diem qui primus ex iis qui calarentur esset Calendas uocauere: & curiam ad quam uocabantur calabram dixere. Ordo ergo sit o mecœnas docte. s. u. l. tu miraris quid ego cælebs agā in martiis Calendis: cū sacra illa ad matronas: & non ad uiros spectēt. Flores. ad sa-

Acerra crificū parati p̄sertim in martio: in quo iam esse incipiunt. Acerra. ut placet. Festo ara erat q̄ ante mortuū poni & in ea odores incendi solebant. Alii dicunt arculam esse thurariam .i. in qua thus poneret.

Voueram dulces epulas & album
Libero caprum prope funeratus
Arboris ictu:
Hic dies anno redeunte festus
Corticem astrictum pice dimouebit
Amphoræ fumum bibere institutæ
Consule tullo.
Summe mecœnas cyathos amici
Sospitis centum: & uigiles lucernas
Perfer in lucem. procul omnis esto
Clamor: & ira.
Mitte ciuiles super urbe curas.
Occidit daci cotisonis agmen.
Medus infestus sibi luctuosis

ACRON. Voueram. d. e. Modo reddit: cur faciat hoc illo die se uouisse dicit: quo est periculo arboris ereptus. Et albū libero caprū. superi⁹ aptior erat alba uictima: nā diis ifernalibus semper nigra offerri debēt ut hic: te casta Sybilla nigrarū multo pecudū te sanguine ducet. Prope funeratus. extinctus siue sepultus. Hic dies ordo est. hic dies festus redeunte anno dimouebit corticē amphoræ astrictum pice institutæ bibere fumū consulē tullo. Dimouebit. arripiet in usum couiuii uinū: q̄d fumo iueterabat̄. Cōsule pro uetustate posuit. Cyatos. mēsuras dixit: quas p sexta parte sextarii dicebant. Cētū. uerbosus est conuiuarū centū cyathos: siue finitū pro infinito posuit: ut tibi nomia mille. Et u. l. uigilātes i offō luminis. Procul ois. ita innocuū uinū se exhibiturū pmittit. ut nec oneret nec p ebrietatē lites puocet. ut Timor ois abesto. Occidit daci. cotison nomē regis dacorum: quo uicto suadet aliquatenus a curis publicis recedi debere & priua

Anni ... Haprilis Maius Iunius

subaug

bibere ... exponebat ... fumo ut ... ...

Dissidet armis:
Seruit hyspanæ uetus ostis oræ,
Cantaber sera domitus cathena:
Iam scithæ laxo meditantur arcu
Cedere campis:
Negligens nequa populus laboret
Parte priuatus nimium cauere: &
Dona presentis cape lætus oræ: ac
Linque seuera:

to se exercere côuiuio Mecœnatẽ. Dissidet.dissẽtit:discordat: eo ꝙ ciuilia inter se medi bella gererẽt nec eis ꝑ discordiã rebellare romanis uacaret.

Cãtaber.gẽs hispãiæ. Sera.d.c.tarda ꝗa diu bellũ cũ his gestũ ẽ.& cũ difficltate ab augusto supati sũt.& iõ eos romãis seruire dicit uictos & sub ditos. Iã.s.l.m.a. ut eos distẽtis arcubus uictos & fugiẽtes oñderet:ut laxos hũeris referũt lãguẽtibꝰ arcꝰ. Negligẽs.supple esto.qđ ꝓ securitate posuit ꝗa nõ timeret. Neq.neq̃ pte laboraret:ut ecõtrario uir. Secuꝝ ꝓ negligẽte posuit securꝰ amoꝝ germanæ. Nimium.c.curare uel sollicitus esse

POR. Corticẽ a.p.d.a.f.b.i.dicit se hoc calendaꝝ die ãphorã ad sacrificiũ & côuiuiũ aptuꝝ q̃ cortice picato opuerit & i fumatio posuerit cõsule tullo. Sũme m.c.c.sẽsus ẽ licet cẽtũ cyathos bibas inocui erũt. Procul o.e.c.&.i.esto ꝑ erit:dicit adeo ãt inocuũ eẽ uinũ:ꝙ exhibiturꝰ sit ut potantes nec oneret nec ꝑ ebrietatẽ ad lites icitet. Corticẽ astrictũ pice dimouebit ãphoræ fumũ.corticẽ ꝓ cortici.i.accusatiuũ casũ ꝓ datiuo posuisse uꝛ ut sit sensus:& cortici fumũ.dimouebit pice astrictũ & fumũ utiq̃ ꝓ fauilla fumi dixit q sidere solet ad coopimentũ ãphoræ. Mitte.c.i.u.c.noli igt sollicitꝰ eẽ de salute urbis cũ sit tuta oĩa & solue aĩum ad læticiã i côuiuio meo. Medꝰ.i.s.l.d.a.mædos significat iter se seditiõibus occupatos esse

Seruit hispanæ uẽtus hostis oræ.ore genitius casus & hispanæ eiusdẽ casus ẽ. Cãtaber s.d.c.q̃ diu bellũ cũ his gestũ est:& tarde uicti sunt. Parte p.cum sis inquit priuatus noli adrogare tibi reipu.curam.

CHRI. Dulces.pp aĩ uoluptatẽ:q̃m dulce erat memisse se a piculo euasisse.uł simplicit dulces. Epulas ꝓprie dixit:ꝗa priuatoꝝ sũt. Albũ.ꝗa supis uictimã albã offerebãt.Inferis nigrã:hic uirgilianꝰ Aeneas iferis sacrificaturꝰ.Quattuor nigrãtes terga iuuencos sacrificat.Et alibi ipse atri ueleris agnã. Capꝝ.nã hæc hostia baccho sacrificabat:ꝗa caprigenũ pecꝰ uehemẽter uitibꝰ nocet.Ergo uidebat lætari tali cæde:sic & cereri porcũ:q maxĩa ẽ frugibꝰ pnicies:q̃ radicitus illas auellit.Vir. Nõ aliã ob cãm Baccho cap oĩbꝰaris cædit.Dabãt q̃nq̃ hostiæ ꝑ cõtrariũ.V ñ Aesculapio deo mediciæ & salutis capta mactabat:qđ aĩal nunq̃ febre caret.Dicit ãt cap a capiẽdo.i.priuãdo ꝗa testibꝰ captꝰ sit:ergo castratꝰ:Hircꝰ ãt ñ ẽ castratꝰ. Hic marcialis cũ in illũ qui hircũ iterficere uolẽs sibi ipsi lapsu cultri testes amputauit scribit. Dũ iugulas hircũ fcũs esse ipse cap.eadẽ ratiõe i equis cãterios:in suibus maiales:in arietibus ueruecesĩ gallis gallinaceis capos q̃ emasculati sunt appellamus. Funeratus.morti datus. Arboris ictu.de quo ipse scripserat. Festus.nõ solum matronis:sed mihi priuati. Dimouebit remouebit. Corticẽ f.a.p. An appellat corticẽ crustã e pice illitã amphoræ:& dicit fumũ ꝓ fumeũ.Nã apud antiquos picabãt.i.pice obturabãt uasa uinaria & fumo durabãt:ut appet apud Colũellã & Varronẽ. Vel corticẽ dixit ex subere astrictũ pice. Tullo.i.m.Tullio Cicerone.i quo cõsulatu natus ẽ Augustus:q tpe nr̃i poetæ iã plures ãnos regnarat. Cyathos. sunt q̃ dicũt cyahtũ fuisse sextã ptẽ sextarii ãt Pliniꝰ i lib.xxii.naturalis historiæ scribit cyathũ p se pẽdere drachmas decẽ. Cẽtũ.numerus ꝓ numero ẽ.Quasi dicat lætitiæ cã ꝓferemus côuiuiũ ad ipsã lucẽ. Vigiles.q.d.accensas ut cõtra sopitum ignẽ dicimus cum nõ lucet Vir.Et primum herculeas sopitis ignibus aras. Excitat.

Mitte.c.hortat ut ueniat oĩ cura solutus. Sup urbe.i.de urbe: Vir. Multa sup prião rogitãs sup hectore multa. Laudat ãt mecœnatẽ:cum oñdat illum de rebus publicis sollicitum anxiatumq̃ esse. Cotisonis. rex hic dacoꝝ fuit:quos Octauianus supauit. Medus.i.parthus.Nõ est ergo metuẽdus:ꝗa quãuis nobis infestus sit:tñ q̃m bello ciuili laborãt:nõ sunt timendi.Parthi igitur post mortẽ Pacori in ciuile bellum hac ratione inciderunt.Nã phrahartes ueritus ne quis ex fratribus suis succederet in regno : patrẽ suum & suos.xxx.fratres trucidauit.Quin & paulopost cum infensos sibi optimates ꝓpter tanta scelera uideret.ne qs forte restaret:qui rex creari posset:adultum filium interfici iubet.Inde pulsus in exilium tam diu præcibus scythas fatigauit donec illoꝝ auxilio in regnum restitutus est. Quapropter Tyridates qui illo exulãte rex a parthis creatus erat cum magna manu amicoꝝ ad Cæsarem Augustum in hispania tunc bellum gerentem confugit. Seruit hispanæ.u.l.h.Nec temere potuisset persuadere mœcenati:cui maxima circa remp. cura esset:nisi ostenderet sũmam imperii trãquillitatem.Neque erat ex officio poetæ auertere illum ab administratione:si patria cõsilio suo indiguisset. Cantaber.pro cantabri:populi sunt hyspaniæ de quibꝰ dictũ est: qui diu cõtumaces aduersus imperium ro.fuerant. Cathena.pro seruitute posuit. Scythæ .refert suetonius qđ indi & scythæ audita moderatione Augusti qui solo auditu romanis cogniti erant legatos romam ad romanorum amicitiam petendam miserunt. Laxo ar.nam qui sagitare desinunt arcum quem prius tenderant:relaxant:Milites uero qui hoc faciunt uictos se fatent. Vir.Sed laxos referunt humeris lãguentibus arcus. Negligens.i.securus: nam q securi sunt & sine sollicitudine:negligentes reddũt:Contra uero securum ꝓ negligente posuit Maro.Clã ferro incautum aggreditur securus amorum. Parce p. Magno artificio persuadet quietem a curis publicis:primo quia nulla impendent picula.Deibe quia pri

uatus tūc sit & ñ cōsul. Postrēo ēt tēperauit q ñ absolute dixit parce cauere. sed parce nimiū cauere. Nō igit̃ ꝓhibet illi: quis priuat⁹ sit: ne oīno caueat: sed ne nimiū. Nā modū excedēs ī uitiū caderet. neq₃ cautio illa ē: q̄ cadit in sapiētē: sed met⁹ q ī sapiētē cadere ñ pōt.

ACRON Donec gratus. hac ode alternis uicibus lydiam respōdētem sibi amicam facit: & agit cum eadem instaurationem gratiæ: qua promerita beatiorem se affirmat rege persarum. Donec q̄diu. Nec q̄sq̄ potior. melior. i. cū nemo mihi a te ꝑfertur: pſaꝝ. n. reges delitiosis copiis utebant̃.

POR. Donec gratus erā tibi. hac ode alternis uicibus respondētē sibi amicam facit. agit autem cum ea de instauratione gratiæ. Donec autem ꝓ q̄diu positū est. Nec q̄sq̄ potior brachia cādidæ ceruici iuuenis dabat. i. nō quēquā me potiorē hēbas cui ceruicis tuæ amplexus permitteres:

AD EOS QVI in amore instabiles sūt ODE·IX.

Donec gratus eram tibi:
Nec quisq̄ potior brachia candidæ
Ceruici iuuenis dabat:
Persarum uigui rege beatior.

CHRI. Donec gratus eram tibi. Lepidū carmen auditoribus & ex ipso dialogo iocūdum. Sed amario ri exprobatione inuicē amator amicaq₃ se incessunt. Donec. q̄diu & tanquā amator ponit sūmū bonum esse frui re amata: idq₃ persaꝝ regno anteponit. Potior. proprie is dicitur cui ius plus fauet: sed pro meliore potētioreq₃: ergo potior q̄si qui priores partes apud te haberet: & magis in corde tuo regnaret.

ACRON. Donec nō alia: hic ꝑ lydiæ personā respōdit. Arsisti. amasti: ut ardet amās dido: traxitq₃ ꝑ ossa f. Post chl. nō erat inferior Chloe apud te nomē alterius amicæ. Multi lydia nois. magnæ famæ & magnæ formæ. & iliæ matri romuli preferēda. Me nūc. hora. respōdit. Cressa thracia: ut cressa genus pholoe geminiq₃ sub ubere nati. Si parcēt aiæ. si fata parcēt illi diu uiuendo cupio ꝓ ea mori ad augmentū amoris paratū se dicit mori: si ꝓ altero hoc fata fieri patient̃. iuxta illud. Si fratrē pollux alterna morte redemit.

Me torret. ex persona lydiæ usq₃ ad finē. ordo ē. Thurini ornithi filius chalais me torret. Thurinū brutiorum oppidum: unde ornithum dicit fuisse.

Quid si prisca redit u. Secūda uice tanq̄ sua & ipsius si amorem reddimus priorem. Iugo cogit aheno: forti inexpugnabili. ad perpetuitatē redeuntis gratiæ iugū æneū posuit: æs enim non sicut ferrum rubigine cōsūmitur. unde uirgi. Et cētum uictus ahenis post tergū nodis: ut uelut æternam pacem futuram furoris ærea uincula monstrarent. Excutitur pro expellitur. Sydere pulchrior. ꝓut qualis oceani perfusus lucifer unda.

Ille. chalais. Iracūdior adria. sicut illud amantium ire amoris reditegratio est. Tecū uiuere: ut una salus ambobus erit. Tecū obeam. ut tecum consūmerer æuo.

POR. Donec nō alia magis arsisti. dehic quattuor uersibus: lydia respōdit. Et deinde ut dixi uices īter eos sunt dicēdi ac respōdēdi quaternis uersibus:

Donec non alia magis
Arsisti: neq₃ erat lidia post chloen
Multi lidia nominis:
Romana uigui clarior ilia:
Me nunc cressa cloe regit
Dulcis docta modos: & citharæ sciēs:
Pro qua non metuam mori:
Si parcent animæ fata superstiti:
Me torret face mutua
Thurini chalais filius ornithi
Pro quo bis patiar mori.
Si parcent puero fata superstiti:
Quid si prisca redit uenus:
Diductosq₃ iugo cogit æneo:
Si flaua excutitur chloe:
Reiectæq₃ patet ianua lydiæ
Quanq̄ sydere pulchrior
Ille est: tu leuior cortice: & improbo
Iracundior adria.
Tecum uiuere amem: tecū obeam libēs.

Neq₃ erat lydia post chloen. neq₃ lydiā. i. me postponebas chloe. Multi lydia nois. i. magni nois ac per hoc claræ famæ. Pro qua nō metuam m. si parcāt animæ fata supstiti. i. si mea morte illius aiæ fata parcāt. ut supstitē eā mihi faciant fata. Thurini chalais. fili⁹ ornithi. ordo est & sensus. thurini ornithi filius chalais noie Thurini aūt q ē a thura oppido italiæ.

Pro quo bis patiar mori. Quantū caꝝ hūc calaim ꝑ υπερβολήν expressit bis se paratā mori ꝓ illo dicens q₃ iō itulit ut illū uinceret quia dixerat se paratū ꝓ chloe mori. Quid si prisca redit uenus. hic iā tētare icipit lydiā. An redire secū ī gratiā uelit. Diductosq₃ iugo cogit æneo. si rursus iquit nos uenus iūgit ac firmat ꝑpetua cōiūctione. ꝑ hoc enim iugū æneū dicit. Aeris nāq₃ materia nō sicut ferrū rubigine consūmitur. Quare & uir. non ob aliud mihi uidetur dixisse. & cētū uictus ahenis post tergū nodis. nisi ut perpetuā pacē ꝑ ænea furoris uīcula futurā ostēderet. Si flauā excutitur. pro expellitur positū ē. Quāquā s. c. chalais s. Et iracūdior a. Adria pro adriatico mari dicitur.

CHRI. Donec.respondet lydia & retorquet crimē in illū ostēditq; q̄ dū amata ē:semp amauit:& amare insultās eadē ratione respōdet quod nō sit sine felle. Demōstrat præterea efficacius iducēs amorē chloes initiū discidii ab illo ꝓuenisse. Et cū demōstrat se clariorē ilia fuisse affert efficacissimā causā: qua facile credat se ab illa amatū qm̄ gloriosæ cū sint mulieres suū nomē celebrari suopere gaudent. Me nūc .respondet poeta & prouocatus latēti felle in mulieris uerbis cōcitatior fert.& animū penitus imutatū fatet. Regit.amatoriū uerbū.q.d.ꝓ suo arbitrio mihi iperat. Modos.numeros musicæ. Animæ supstiti.q.d.dimidiū ē ipa aīæ neq; recusabo. Mori.si mō anima mea q̄ in illa ē supstes mihi euadat mortē subire nō recusabo. Me torret.maiora respōdet: nā nō se in ptāte adolescētis esse dixit ut ille in ptāte amicæ: sed mutuo ab illo amari. Chalais.nomē amātis. Thurini.a thuro brucioꝝ oppido. Aeneo.ꝓ æneo per diæresim metri cā. Nā cogit æneo.duo sūt dactili in uersu asclepiadeo Aeneo ergo forti: nā hoc metallū ferro durabilius ē: qm̄ rubiginē nō sētit. Vir. Et centū uictus æneis. Prisca uenus.priscus amor. Excutit. eiicit e pectore meo. Quāq̄ .bene dicēti bene respōdet. Sed tñ quantū sibi cōcedat.nō tacet q̄ linquat pulcherrimū amatorē: & reuocet hominē & leuē & iracundū: & perpetuo uinculo se illi obligaturam promittat.

ACRON Extremū. hæc ad puellā lycen nomine dicunt asperā & intractabilē. Extremū.ultimū. Thanais.n.fluuius scythiæ dicitur: qui & danubius. per cuius commemorationem uult intelligi barbari animi mulierem. Porrectum. extensum.ut Virgili. Quaq; redit medium rhodope porrecta sub axem.

Ad lycem. ODE.X. dicolos

Extremum thanaim si biberes lycæ
Sæuo nupta uiro. me tamen aspas
Porrectum ante fores obiicere incolis

POR. Extremū thanaim si biberes lycæ. hæc ad puellam lycen nomine dicuntur asperā & intractabilē. Thanais autem fluuius est scythiæ per quod uult intelligi esse barbarā. Me tñ asperas porrectū ante fores obiicere Incolis plorares aquilonibus.mei tamē & si misereris: nō patereris frigoribus perire ante fores tuas iacentē. Incolis aūt aquilonibus ad illud ptinet qd̄ dixerat extremū tanaim si biberes.tanais.n. flumē in parte septētrionali ē.uñ aquilo oriri uidet.

CHRI. Extremū thanaim si biberes lyce. Grauis q̄rela i crudelitatē lyces. Quæ duricia plusq̄ barbarica sit. Extremū putarūt physici qui loca frigidissima incolūt eos durioris eē animi: ꝑferti si aspiora icultiora q; sint: Vir. Duris genuit te cautib⁹ horrens Caucasus: hyrcanæq; admorūt ubera tygres. Extremum. quia thanais ab extrema scythiæ & ab ipsis hyperboreis montibus fluit: ultra quos nulla est cognitio terræ habitabilis: propterea q; extrema pars putatur. Si biberes.si barbara esses & ibi nota.

Plorares aquilonibus:
Audis quo strepitu ianua. quo nemus
Inter pulchra situm tecta remugiat.
Ventis & positas ut glaciet niues
Puro numine iuppiter.
Ingratam ueneri pone superbiam:
Ne currente retro funis eat rota.
Non te penelopen difficilem procis
Tyrrhenus genuit parens.
O quanuis neque te munera: nec preces:
Nec tinctus uiola pallor amantium.
Nec uir pieria pellice saucius
Curuat: supplicibus tuis
Parcas: nec rigida mollior æsculo:
Nec mauris animo mitior anguibus.
Nec hoc semper erit liminis : aut aquæ
Cælestis patiens latus.

ACRON Aquilonibus.quia thanaim nōiauit de septētrionali.n.parte aquilo orit.i.nō solū qa in ꝓsperitate es misereri mei debes: sed ēt si in captiuitate esses cōiuncta sæuo uiro deberes meo succurrere amori. Nemus. uiridariū dicit. Positas.deorsū missas post niues.n.missas: si flat aq̄lo: eius frigore solidantur. Puro.sereno: ut pura nec obtusis per cælū cornibus ibit. Ingratā ueneri.execrabilē ueneri dicit si amet supbiā: & cōtēnat amorē. Currente.celeriter labente: uult.n. intelligere scissuram repudii.i.ne nimia uelocitate rotæ rūpat funis: dominā rotæ fortunā dixit.i. ne uolubilitate rotæ & tu amās contēnaris & ita i flexu rotæ lædaris sicut equus a cōsueta uelocitate deficiēs cōsueuit. Nō te penelopē .penelopes ulyxis uxoris nota fabula ē quæ ꝓ fide absentis mariti oēs repudiauit spōsos. O quāuis.ordo ē: O quāuis neq; curuāt te mūera nec p̄ces nec pallor amātiū tictus uiola: nec uir sauci⁹ pieria pellice: & q̄uis ñ sis mollior rigida æsculo nec aīo mitior mauris āguib⁹ parcas tuis supplicib⁹. Tyrrhenus parēs. Italus. Neq; te mūera.ut ē qm̄ sordēt tibi mūera nr̄a: & alibi. Nec mūera curat alexis. Nec t.u.bene uelut amator amœnitatem floris pallori amāriū dedit. Pellice.s.cōcubiæ amore uulnerat⁹ uult ītelligi maritū lyces hui⁹ amare aliā.i.pieriā nōie mulierē: pp quā cōtumeliā uł dolorē suadet ad reddēdā uiro ꝓ pellice uicissitudinē se amari debere. Nec r.i.ñ sis rigidior æsculo arbor tāq̄ lignea & sine ratione.nec asperior mauris serpentibus calore noxioribus: ut sæuit agris asperq; siti: atque exercitus

æstu. Nõ.h.s.nec sp se añ limẽ obseruãtẽ cæleste aquã passurã dicit.sed desinẽte p cõtẽptũ alio amor caritura.

POR. Quo nemus iter pulchra sitũ tecta remugiat.significat arbores eẽ.ut fit ipluuio domi quib⁹ nũc strepe tẽpestas itelligi uult. Et p.ut g.n.p.n.iup.oñdit q̃ re uera i italia frequẽter euenit post niuẽ positã in aqlõe uẽto serenatũ eẽ & frigore eius gel⁹ sup niuẽ cõcrescere. Ne c.r.f.e.r.allegoricos ne itereãt harũ reru uices. Nec u.p.p f.uult itelligi maritũ h⁹ lyces amare aliã.i.pieriã noĩe pp q̃ debuisse hãc uicem ei cõtume liæ amãdo retribuere. Nec r.m.æ.nec mauris animo mitior anguib⁹.cætera.n.p parẽthesim illata sunt.

CHRI. Plorares obiicere.i.nõ posses nõ plorare cũ obiiceres. Incolis.nã ab hypboreis descẽdũt aquilones ut thanais.Ergo thanais icolæ sũt.Oui.Scythiam septẽq; triones horrifer inuasit boreas. Obiicere. Hoc uerbũ aut in re noxia dicimus ut obiecit leonibus:& sic in hoc loco.Aut repagulũ obstaculũq; oppo ni itelligimus: ut cũ ualidã aciẽ hostib⁹ irruẽtibus opponimus. Audis.ergo nõ latet te.Ostẽdit aũt oĩa ad esse quæ frigus augeãt:noctẽ:aquilones:niues:& glatiẽ:& aerẽ serenũ. Inter tecta.nã maiores domus iplu uia hẽnt porticibus circũdata:i quibus arbores eẽ solẽt.Vir.de Priami regia.Aedibus i mediis:nudoq; sub ætheris axe ingẽs ara fuit:iuxtaq; ueterrima laurus. Ingratã.nã uen⁹ hũanitatẽ affabilitatemq; desiderat.

Ne currẽte.snia ẽ ne fortũa quæ nũc tibi fauet retrocedat &:trãslatio a curru qui funibus trahat̃ p ardua qui si funis remittat̃:relabit̃:& retrocurrit. Rota.i.curru.ut sit pars p toto uel erit rota p trochilo.Nã solem⁹ trahere funes p trocleas quo facilius trahẽtẽ sequat̃.uolubilitate rotulæ illi⁹: & pondus alligatũ suble uet.q funis si & trahẽtis manu dimittat̃:statim relabit̃ retrotrahẽte põdere.Quapp tibi nũc oĩa pcedũt & uehemẽter amaris:sed caue ne ab amato qñq; cõtẽnaris:ut tu nũc me amãtẽ cõtẽnis. Penelopẽ.de huius castitate referta sũt oĩa.filia fuit Icari seu hicarioti:& Vlyxis cõiũx:quæ aduersãte ẽt patre & illam ad nouas nuptias eliciẽte casta tñ ad uigesimũ annũ q̃uis multis pcis sollicitata pmãsit.Nõ ergo genuit te pater simi lẽ penelope:ut ita te difficilẽ pbeas. O.uel optãtis ẽ.Vir.Quanq̃ o sed superẽt qbus hoc neptũne dedisti. Vel ita legẽdũ.ut Seruius interptat̃ illud Maronis.O formose puer.Legit.n.O seorsũ ut sit initiũ orationis amaræ:q̃ in illũ inuehat̃. Deide uerẽs illius irã reprimit se:& mutat orationẽ. Pallor.amantiũ.nã assi dua cura palescũt.Oui.Palleat omnis amãs color ẽ hic aptus amãti. Tinctus uiola.nã talis ẽ qualẽ in uiola dephẽdim⁹. Nec curuat.i.flectit te i amorẽ meũ uir tuus saucius pieria.i.captus amore pieriæ. Pel ice. quæ tibi pellex ẽ. Sentẽtia sit:si nõ flecteris meis pcibus:moueare saltẽ iniuria mariti tui:qui pieriã te cõtẽ pta amat:& assẽtire mihi ut par pari referas. Parcas supplicibus.nã sũma duritia ẽ nõ pcere iis q tibi supplices sũt. Mollior.flexibilior. Aesculo.species ẽ quercus:sed nunq̃ frondibus spoliat̃. Mauris.nã lybia arẽosa pessimis generibus serpentũ abũdat. Nec hoc.quasi.dicat qd tuũ est. Semp erit.noluit minari se suo illã iudicio deserturũ.Quæ res iracũdiã mulieri puocare potuisset:sed oñdit necessitate id euẽturũ:ut & illi suspitionem initiat:& se culpa liberet.

Ad mercurium dicolos. ODE.XI.

Mercuri:nam te docilis magistro
Mouit amphyon lapides canendo:
Tuque testudo resonare septem
Callida neruis.

ACRON. Mercuri. Mercuriũ liræ inuocat reptorem: ut inspiret sibi modulationẽ dignã aurib⁹ lydes amicæ.ordo ẽ mercuri dic modos qb⁹ lyde obseratas aures applicet. Nã te magistro docilis amphiõ mouit lapides canẽdo.iuxta hoc qd. T. Cic.in retho. dixit artiũ magistros afferre laudẽ siue uitupationem discipulis: Rursus discipulos magistris.uñ hic mercuri⁹ laudat̃ in amphiõe discipulo:cuius nota fabula ẽ.eo q̃ idẽ amphion citharæ cãtu:& pecudes quarũ pastor erat: ad se accersire cõsueuerat: & lapides qb⁹ muri sũt extructi thebãi.ut Stati⁹.Quo carmine muris iusserit amphiõ tyrios accedere mõtes. Resonare septẽ.ut obloquit̃ numeris septẽ discrimina uocum.

POR. Mercuri nã te docilis magistro.mercuriũ uocat lyræ iuẽtorẽ petẽs ut inspiret sibi modulationẽ dignã aurib⁹ lydes amicæ.Ordo ẽ ãt:mercuri dic modos qbus lyde obstinatas applicet aures.Nã te docilis magistro mouit amphiõ lapides ca.nota fabl'a amphionẽ citharæ cãtu & pecudes quarũ pastor erat ad se accersisse & lapides qb⁹ thebãi muri extructi sũt. Tuq; t.qa testudine mercurius lyram fecit.

CHRI. Mercuri nam te docilis magistro.Mercurium inuocat:ut lyræ repertor: lyræ suæ suauissimum prestet sonum:quo amicæ mentẽ flectat. Ode in genere deliberatiuo uersatur:sed proemii uicem obtinet principium.Captat enim beniuolẽtiam:cum laudat eum ab arte.Laudet itidem a discipuli doctrina: quæ in illum redundare uidetur.Ex eodem tamen loco ostendit facilitatem petitionis.Nam si ita instruxit amphionem ut posset mouere saxa:multo illi facilius an prebere suauem cantum:hoc idem facit & aliis exemplis. Mouit lapides.arguit a maiori.Nam multo facilius est cor mulierculæ mouere. De Amphyone dictum est in principio. Septẽ neruis.septẽ cordis

Nec loquax olim:neque grata:nunc &
Diuitum mensis & amica templis

ACRON. Nec loquax.laus repertoris ab ope.q.d.neq; loquacẽ lyrã neq; gratã fuisse añq̃ mercurii doctrina aptaret̃ ad cãtũ.Nã & in sacrificiis

Dic modos lyde: quibus obstinatas
Applicet aures.
Quæ uelut latis equa trima campis
Ludit exultim: metuitq; tangi
Nuptiarum expers: & adhuc proteruo
Cruda marito
Tu potes tygres: comitesq; siluas
Ducere: & riuos celeres morari
POR. Pomifero anno. pro pomifera parte anni id est tempore autumnali quod est graue & pestilens. Nam quæ niuali pascitur algido deuota. dicit aliud conuenire pontificibus: aliud qui priuatos lares suos oraut. Illos enim hostias magnas diis immolare debere. hos autem myrtho & marino rore contentos esse debere. Nā quæ niuali pascitur algido deuota quercus inter & ilices. deuota autem absolute dicitur & significat diis ostinatam. Ordo est autem: deuota uictima quæ pascitur niuali algido inter quercus & ilices aut crescit in albanis herbis tinget secures pontificum ceruice. Coronantem marino rore deos & fragili myrtho. marinum rorem: hodieque in italia uirgultum quoddam appellant. Immunis aram si tetigit manus. subaudiendum extrinsecus scelerum aut quid tale. quia imunem scelerum manum uult intelligi. id est a sceleribus purā: quā dicit blandiorem diis esse farre & granis sacrificantem q̄ si sumptuosam hostiam sacrificet. Non sumptuosa blandior hostia. nominatiui casus sunt sumptuosa & hostia quia sensus est: non blandior diis sumptuosa hostia per sacrificium quam manus quæ inoceus. Farre & saliente mica. sacrificat. Salientem autem micam salis granum itellige quod saliat cum i ignem missum sit.

CHRI. Anno pomifero.i.illi ãni parti:q̃ fert poma:is autẽ autũnus est. Et recte dixit alũni qa pueri uehemẽter pomis delectant᷑. Nã q̃.iccirco dixit thure & fruge:& porca ꝓ ãnua fertilitate sacrificandũ:quia hostia maior:ut ẽ uitulus & taurus q̃ crescit ĩ algido mõte de quo dictũ ẽ. Inter quercus & ilices.i.ĩ locis siluosis:aut ẽt q̃ crescit in herbis albanis.i.in pascuis herbis albani mõtis ñ ẽ sacrificãda a te in sacrificio priuato:sed a põtifice maximo in sacrificio publico. Deuota.ex uoto ꝓmissa. Secures.quia maiores hostiæ securi feriebant᷑. Te nihil attinet tẽtare.nõ opus ẽ ut tẽtes.i.places puos deos.s.lares. Multa c.b.i. mactãdo multas bidẽtes.i.multa aĩalia. Bidẽtes.nõnulli crediderũt eẽ eas oues q̃ duos tãtũ dẽtes haberẽt quod mõstrum uidet᷑. Alii putãt dictas bidẽtes ꝙ duos dẽtes cæteris eminẽtiores habeant:quod circa bimatũ euenit. In libris ãt põtificalib⁹ legit᷑ dici bidẽtes:quasi biẽnes interposita d littera euphoniæ cã ut dicimus redire ꝓ reire & redarguere ꝓ rearguere. Publius ãt Nigidius oẽs hostias bimas scribit bidẽtes dici. Vnde Põponius atellanaꝝ poeta inquit. Mars tibi uoueo factuꝝ si unq̃ rediero bidẽte uerre. Nigidius tñ qui ius põtificium ignorauit dixit bidẽtes esse hostias:q̃ p ætatẽ duos dẽtes altiores habẽt p quos ex minore in maiorẽ trãscendisse ætatẽ cõstat. Ordo aũt erit. Te coronãtẽ puos deos marino rore & fragili myrto nihil attinet tẽtare ipsos deos multa cæde bidẽtũ. Rore marino.ros marinus latine:græce libanotis dicit᷑. Immunis.uel immunis sceleꝝ:ut ait Acron. Vel simpliciter immunis.i.nulla ferẽs munera.ut oñdat non muneribus sed sincera mẽte deos placari. Tetigit.quia sacrificãtes arã tãgebãt. Vir. Talib⁹ orabat dictis arasq̧ tenebat:& in duodecimo: Audiat hæc genitor qui fœdera fulmine sancit.tãgo aras medios ignes & numina testor. Nõ blãdior sump.h.q̃ nõ erit magis blãda cũ hostia:q̃ sit sine hostia. Farre pio & mica salis.i.mola salsa fiebat ex sale horno & fruge horna:ꝓprie ãt micæ sũt frustula q̃ tractãtib⁹ nobis aliquã rẽ ĩde emicant. Ergo minutia reꝝ micas dicimus. Saliẽte.qđ ꝓpriũ ẽ salis:nã salire epulas ẽ sale cõdire. Aliq dicunt saliente saltante: quia igni tactus sal saltat. Salire ergo est sale condire. Est etiam saltare. Sed in pecore dicimus salire:quãdo mas cum fœmina coit.nam saliendo ascendunt. Vnde salaces luxuriosos dicimus.

Bidentes

Salire

Diuitibus etiam moriendum est. ODE. dicolos. XXIIII.

i Ntactis opulentior
Thesauris arabum:& diuitis indiæ
Cæmentis licet occupes
Tyrrhenum omne tuis:& mare ponticũ:
Si figit adamantinos
Summis uerticibus dira necessitas
Clauos:non animum metu:
Non mortis laqueis expedies caput
Campestres melius scythæ:
Quoꝝ plaustra uagas rite trahũt domos

ACRON

i Ntactis opulentior thesauris. General'r hac ode iuebit᷑ ĩ luxuriã oĩa ꝓphanãtẽ:& ædificiis nouis ñ terrã tñ sed ẽt maria occupãtẽ. ordo ẽ:tu auare supple opulentior itactis thesauris arabum & diuitis idiæ licet occupes oẽ tyrrhenum mare & mare ponticũ tuis antẽnis:non expedies aĩum metu & caput laqueis si qdẽ dira necessitas figit adamãtinos clauos sũmis uerticib⁹. Arabũ & diuitis idiæ.ditissimas gentes ad diuitiaꝝ emphasin posuit. Cæmẽtis. saxis ad fabricãdũ puisis. Adamantinos.qui frangi non possunt pro metalli soliditate. Dira necessitas. ꝓ morte posuit necessitatem.

POR. Intactis opulẽtior thesauris.hac ode generaliter iuebit᷑ ĩ luxuriã oẽm oĩa ꝓphanãtem & ædificiis nouis nõ terrã tñ ueꝝ ẽt maria occupãtem. Si figit adamantinos summis u.d.n. necessitatem hic pro morte posuit.

CHRI. Intactis opulẽtior. Animaduerterat poeta nullã pniciẽ hoibus capitaliorem esse q̃ auaritiam. Quapropter uariis rationibus hactenus illã e mentibus humanis euellere tentauit. Nunc autem maxime ex eo a uita amouendam esse ꝓbat quia neque fata neque mortem fugiant diuitiæ. Censet igitur abigendam omnem cupiditatem : ne uitiis quæ ab illa sunt coinquinemur. Cum illi qui cum uirtute degunt:& in uita magno in honore habeant᷑: & post mortem celebre & immortale de se nomen relinquant. Intactis.integris. Et est ordo:licet tu opulentior thesauris intactis arabum aut indiæ occupes mare tyrrhenum & punicum tuis cæmentis id est tuis ædificiis:tamen tu non expedies animum tuum metu mortis:neque expedies caput a laqueis: id est neque fugies metum mortis neque ipsam mortem:si dira necessitas:id est mors quæ dira in omnes est & ineuitabilis:figit clauos adamãtinos summis uerticibus. Arabum.qui propter copiam aromatum : quæ in omnes orbis partes inde exportantur undique ingentes pecunias coaceruant. Indiæ. hæc fertilitate agrorum: præterea auro argentoque & unionibus qui ex mari sunt:& multis præciosissimisque lapillis reliquas regiones superat. Tyrrhenum mare.per hyperbolem exprimit insanas structiones illius sæculi & moles in mari iactas.nam L.Luculli multas egregiasque uirtutes pauci imitati sunt. Profusas autem ædificationes multi:de quibus paulo supra dictum est. Ponticum.quod continuatur cum tyrrheno.

ACRON. Sẽsus ãt hic ẽ.q̃s multa possideas ampla ñ tñ sincera & certa uoluptate his frui potes. Quippe cũ necessitate mortis astricta sit hũana cõditio: ñ possis te ullo remedio idẽ aut p̃mio redimere: adamãtios autẽ clauos p̱ mortis necessitate posuit q̃ uici & expugnari nõ potest. Cãpestres m.s.scythiæ cãpestres dicti eo quod in cãpis sine tectis sub tentoriis uiuant: q̃ carpentis mouent. ut Salustius.i.q̃bus plaustra sedes sunt. Rigidi getæ. aspi fortes pp rigidã regionẽ ut siue gentis iferre manum seu tendere ad idos. Nec cultura placet longior ãnua.i.q non plus colant: nisi quod expensis unius anni sufficiat. continuæ sedis icerti. Defunctũ laborib⁹. liberatum. ut magnis pelagi defunctæ piclis. Aequali recreat sorte uicarius.i. laborib⁹ succedẽdo unus alteri. Illic matre. ordo est illic inocẽs mulier tẽperat.i.parat pocula priuignis carẽtibus matre.i. non sunt odia nouercaꝝ. Nec dotata regit uiꝝ. Dos ẽ donum puellaꝝ nubentiũ. Castitatem laudat exemplo barbarico: eo q̃ dotẽ habẽt uirtutem parentum & amorẽ coniugũ: quæ uiros uitãtes externos seruãt pudiciciã cõiugalẽ. Et peccare nefas aut p̃cium mori. Mortẽ preciũ dixit esse peccati. & ẽ sensus: & peccare aut est illis nefas: aut est pœna mori: Nã ad supiora r̃spicit. Si q̃ret pater urbiũ. Si sit q uelit patriæ pater uocari & statuaꝝ titulos habere: remoueat licẽtiã præsumendi. & illicita non p̃sumat admittere. Clarus post genitis. aut postea laudetur i filiis aut ob seueritatis & correctionis ĩstitutũ posteris admirãdus. Quatenus. quãdiu: nã quatenus aduerbiũ ẽ ĩterdũ tẽporis: ĩterdũ loci. q̃tin⁹ uero cõiũctio ẽ tñ. Incolumẽ. icorruptã sine corrigẽtis districtĩõe seruatam.

Viuunt: & rigidi getæ:
Immetata quibus iugera liberas
Fruges: & cererem ferunt.
Nec cultura placet longior annua:
Defunctumq; laboribus
Aequali recreat sorte uicarius.
Illic matre carentibus
Priuignis mulier temperat innocens.
Nec dotata regit uirum
Coniunx: nec nitido fidit adultero.
Dos est magna parentum
Virtus: & metuens alterius uiri
Certo fœdere castitas:
Et peccare nefas: aut precium est mori.
O quisquis uolet impias:
Cædes & rabiem tollere ciuicam
Si quæret pater urbium
Subscribi statuis: indomitam audeat
Refrenare licentiam
Clarus post genitis: q̃tenus heu nefas heu
Virtutem incolumen odimus:

POR. Sensus autẽ: quãuis multa ampla possideas: non tñ sincera uoluptate his frui potes. q̃ppe cũ necessitati mortis te obstrictũ esse scias: nec possis idẽ te ullo remedio aut præmio redimere. Adamantinos ãt clauos p̱ necessitate mortis q̃ dura est & imutabilis: mala cõceptĩõe dictum ẽ. Cãpestres m.s. quod ĩ cãpis sine tectis uiuãt dicti sunt. de q̃bus & Salustius sic ait: Scythæ nomades tenẽt: q̃b⁹ plaustra sedes sunt Et rigidi getæ. thraces sũt: quos rigidos dixit pp frigora regionũ eaꝝ. Immetata quib⁹ iugera liberas fruges & cererẽ ferũt. Immetata.i. itermiata. Cõmune ãt iter se barbaris solũ eoꝝ eẽ oibus notũ ẽ. Nec cultura placet lõgior ãnua. hoc ẽ nec plus colũt quã uñ uni⁹ anni fructũ p̱cipiãt. Defũctũq; l.æ.r.s.u. uicẽ laborãdi iter se p̃stare barbaros ostẽdit. Et m.a.u. Subaudiendũ extrinsecus concubitũ. Et p.n. aut p.m. hoc ẽ peccare nephas uidetur. aut qui peccauerit morte pœnas luit. O q̃sq̃s.u.i. non recte a superiore ode hæc separatã sunt cũ idẽ pendeant & illis ãnexa sint. Si quæret.p.u.s. statuis.i. si uult gratiam apud ciues suos collocare per quã mereatur ut.p. statuæ ponãtur & ĩ titulo earum pater urbium ascribatur.

CHRI. Caput laqueis. nã mors oẽs illaqueat: nec potest q̃sq̃ ab illi⁹ laqueis caput dissoluer̃. Figit c.a.i. ĩfrãgibiles ut ẽ adamas. Sũmis u.i. sũmis & ĩ excelso gradu cõstitutis uiris. sit igit̃ q̃ neq; diuitiæ: neq; opes possũt a nobis arcere mortẽ. Scythæ. nã ĩ scythia popl̃i sũt quos scythas nomadas.i. pastores appellãt. Qui armenta sequẽtes familiã oẽm & suppellectilia plaustris ĩponũt: & sine certis sedib⁹ sp̃ uagi noua pascua sequũt̃. Iugera ĩ. q̃a cũ oia habeãt cõmunia ñ sũt termĩs neq; limitib⁹ distictæ terræ: ergo ferunt liberas fruges q̃a nulli⁹ p̱prie sũt. Annua. nã tñ serũt quãtũ ad ãnũ sufficiat. Defũctũ. s̃nia ẽ: cũ alius hoc ãno terrã coluerit: ut tibi & sibi elemẽta eẽnt: tu uicissim succedis: & terrã colis datur⁹ & sibi q̃d sat ẽ. Defũctũ l.q laboꝛes finiuit: ut ñ sit plus laborãdũ. Nã uicari⁹ ẽ q alteri suas uices gestur⁹ succedit. Aequali s. q̃a & ip̃e annuũ laborẽ explet. Illic ma.c.pr. nouerca.n.ñ sæuit ĩ priuignos. Quod cõtra suis tẽporibus uitupat Maro hyppomanes q̃d sæpe malæ legere nouercæ. Miscuerũtq; herbas & ñ inoxia uerba. & Iuue. Hyppomanes carmĩq; loquar coctũq; uenenũ: priuigno q̃ datũ. Priuignũ ãt dixerũt: q̃a prius q̃ secũdæ nuptiæ ueniãt genitus sit. Pri .n. ãtiq: ut Põ. affirmat: p̱ p̃ dixer̃t. Tẽpat. abstiet ab ĩiuria. significat ẽt gubernar̃: sed tũc actiuo iũgit̃. Nec d.ñ sũt ibi mł̃ieres cũ magnis dotib⁹ q̃b⁹ fretæ maritis ĩperẽt. plaut⁹. Dotẽ accepi libertatẽ uẽdidi. Regit u. q̃a ñ uiuit uir uxoris nutu. Nec.n.f.a. oñdit audaciã eaꝝ mł̃ieꝝ: q̃ fretæ adł̃tero nihil reuerer̃.

Nitido.splendido. Certo fœdere.nam fœdus est in coniugio:ut alter alteri fidem seruet. Precium. & pro pœna capitur: Sic Ter.Precium ob stultitiam fero. O quisquis.alloquitur principes ciuitatis & admonet posse tolli omne uitium si coerceatur licentia. Pater urbium.nam q bene de repu.meriti sunt: illis statuæ decernunt cũ titulis i qbus ipsi patres patriæ appellent:ut Camillo contigit & Ciceroni.nã ii non pp adulationem ut iperatores:sed pp eo℞ merita non a populo i seruitutem redacto sed ab eo populo quem ipsi a seruitute tutũ reddiderant patres patriæ sunt appellati:unde Iuue.Roma patrẽ patriæ Ciceronẽ libera dixit. Subscribi.quasi hypograma ponere. Clarus.s.fama & gloria nõis. Post genitis.posteris. Quatenus.Vitiũ est oĩum seculo℞ ut uiuentium uirtuti iuideamus:post mortẽ autẽ i honorẽ habeamus. Ergo quatenus.i.quousq3 odimus nos uirtutẽ icolumẽ.i.uirtutẽ uiuentiũ hoĩum.q.d.semp odimus. Heu nefas per interpositionem dictũ est.ut exprimat dolor:Odimus ergo uirtutẽ i uiuentibus:deinde cum est sublata ex oculis id est cum defunctus est homo:i quo uirtus erat:tunc illam quærimus id est desideramus. Posuit enim subsequens p antecedenti:nam desiderium iquisitionem antecedit.

Sublatam ex oculis quærimus inuidi.
Quid tristes quærimoniæ:
Si non supplicio culpa reciditur:
Quid leges sine moribus
Vanæ proficiunt:si neq3 feruidis
Pars inclusa caloribus
Mundi nec boreæ finitimum latus
Durataeq3 solo niues
Mercatorem abigunt:horrida callidi
Vincunt æquora nauitæ.
Magnum pauperies opprobrium iubet
Quid uis:& facere:& pati.
Virtutisque uiam deserit arduæ.
Vel nos in capitolium
Quo clamor uocat: & turba fauentium
Vel nos in mare proximum
Gemmas:& lapides:aurum & inutile
Summi materiem mali
Mittamus:scelerum si bene pœnitet.
Eradenda cupidinis
Praui sunt elementa:& teneræ nimis

ACRON. Sublatam.remotã.nã uirtus sic q̃renda est:ut semp p̃ oculis habeat:sed sic uirtutẽ quærimus ut semp absens sit causa uidelicet nostræ nequitiæ. Quid tristes q.quid malis iuuat moribus conquæri si non culpa licentiæ compescit. Quid l.s.m.uanas dicit leges:nisi moribus & honestate seruẽt.unũ pendet ex altero: ideo ãt uanæ:qa sine moribus. Si neq3 f.si nihil põt obstare cupiditatibus:p quas non tantũ leges irrumpuntur:ue℞ etiam rerum natura expugnatur lucri causa:dum etiam nec inhabitabiles orbis regiones possint prohibere cõmertia. Finitimum latus.nobis uicinum.nam septentrionalis plaga nobis uicinior est utpote i q̃ ẽ axis: ut uir.hic uertex nobis semper sublimis.Et aut sic est nobis intelligendum aut ꝙ est melius. Nec latus finitimum boreæ.i.gelido climati:ut sit sensus: si nec plaga finitima gelu abigit mercatorẽ. uult autẽ itelligi septẽtrionẽ.Tanq̃ nec hæc quæ iter dicta sunt natura abigant mercatorẽ. Durataeq3 s.n. gelu nimietate frigoris solidatæ. Abigunt.cohibẽt:repellũt. Callidi.cupiditatũ & uitio℞ distinguit origines.primũ:n.dicit ꝙ negatũ mortalib⁹ elemẽtũ nauigiis tẽptatũ ẽ.i.ad maiora precium unde & uir.Pauca tñ suberũt priscæ uestigia fraudis. q̃ tẽptare thetin ratibus q̃ cingere muris oppida:q̃ iubeãt telluri ifinderẽ sulcos. Magnũ pauperies opprobriũ.hoc est ex quo cœpit pbro esse paupies & crimini dari per omne nefas diuitiæ q̃ri cæperũt ut & quẽ suasisset egestas uile nefas uirtutis fortium factorum siue philosophiæ:quibus erat amica & grata paupies. Vel nos.ordo est.si bene pœnitet sceler℞ eradẽda sunt elementa praui cupidis id est cupiditatis & nimis teneræ mẽtes aspiorib⁹ studiis formãdæ.uel i capitoliũ:quo uocat nos clamor & turba fauentiũ.Mittamus gẽ.& lapides:& iutile au℞ materiã sũmi mali.uel nos subaudit mittamus i pximum mare gẽmas & cætera. Sũmi m.m.sũmũ malũ auariciã dixit.ex qua uitia omnia pcreantur.

POR. Quaten⁹ heu n.u.icolumẽ odim⁹.Sublatã ex.o.q.i.q bonos uiros icolũes oderim⁹ ẽt mortuos oderim⁹.Ipe oñdit iferẽdo iuiderẽ.uere.n.p iuidẽtiã fit ut boni uiri dũ uiuãt osi sint. Quid tristes q̃rimõiæ pficiũt.Sensus ẽ ãt qd pdest nos de malis morib⁹ cõqueri. Si nõ c.licẽtia pœna cõpescit. Quid l. Sẽsus ẽ:uanæ sũt leges si nõ obseruẽt a morib⁹. Si neq3 f.p.in.c.i.si nihil põt obstare cupiditatib⁹:p q̃s nõ tãtũ leges rũpunt. Ve℞ ẽt ipa natura expugnat lucri cã adeũtib⁹ pene ihabitabiles orbis terræ regiões. Nec boreæ finitimũ lat⁹.Quomõ finitimũ lat⁹ boreæ dicit australi noiato.cũ iter se hæc lõgiq̃ & toto orbe diuisa sunt:nũquid & huic elocutõi subtiliorẽ itellectũ adhibem⁹ ut nec pticulã bis accipiamus semel sic itelligentes finitimũ boreæ latus.Ite℞ simpliciter. Nec boreæ finitimũ latus durataeq3 niues mercatorem abigunt horrida callidi uincũt æquora nauitæ magnũ pauperies opprobriũ iubet quid uis & facere & pati.ex quo cœpit inquit paupertas.probrosa esse & ostentũ uideri p omne nefas diuitiæ quæri cœperunt:Opprobriũ .s.paupertatis uiã deserit uirtutis. Sceler℞ bene pœnitet.bene p ualde põsitum.ut apud.Enniũ frequente

Et teneræ nimis mẽtes. Vtrũ puerorũ mentes teneras minis digitisq; formãdas ad asperiora studia. An uero luxuriosorũ mentes teneras appellat quas uult abiectis gẽmis & auro formari ad asperiora studia.

CHRI. Quid tristes.q. Hæc.n.in ciuitatibus cõsuetudo ut oẽm uitã turpẽ doleamus pauci corrigere tẽtent. Ergo nihil ualẽt tristes & seueræ querelæ si culpa nõ punit. Quid leges.nihil ualẽt leges. Sine moribus.i.si nõ deducũt in cõsuetudinẽ. Vanæ.i.quia uanæ sũt si sint sine moribus. Quid ergo ꝓsunt leges:nisi mercatorũ auaritiã cohibeant:nihil ꝑfecto. Leges.n. inuentæ sũt ut aut recta iubeãt:aut a prauis coerceant.

Si neq; fer.mũdi ps inclusa caloribus:ut sũt loca torridæ zonæ subiecta:nec latus finitimũ boreæ.i.plaga septẽtrionalis. Niues duratæ.i.glatie astrictæ. Abigũt. Arcẽt quin illas adeat. Immo ẽ tanta habẽdi cupiditas ut ingeniũ acuãt & iueniãt p calliditatẽ artẽ qua nauigãdo tẽpestates supẽt. hoc aũt ẽ:quia tale opprobriũ pauptatẽ putãt:ut oĩa pati uelint mõ illã fugiãt: eãdẽ sentẽtiã alibi ꝓnũciauit. Impiger extremos currit mercator ad idos:p mare pauperiẽ fugiẽs p saxa p ignes. Ergo parati sũt oia pati:ut paupertatẽ fugiãt. Virtutis aũt uiã deserũt. Arduæ.quia sublimis ẽ uirtus:uel arduæ difficilis. Nã aspera primo & pene inuia & sudoris cõtinui & laboris plena ẽ uia:quæ ad uirtutẽ ducit. Vel nos.postq̃ moribus ipedimẽto sũt diuitiæ:uel illas trãsferamus ad capitoliũ iouis tẽplũ exornãdũ. Quo.id est ad quod capitoliũ uocat clamor. q.d.plausus qui exhibetur triumphantibus. Fauentium .quasi plaudentium.ergo hunc potissimum locum nostris diuitiis ornemus.ad quem tantus concursus ẽ.q.dicat ut si religionis cã id non facimus faciamus cã gloriæ. Vel i Mare.q.d tantorũ malorũ cã sunt diuitiæ:ut ẽt non sit inutile eas abiicere: Vel mittamus in mare proximũ.s.tyrrhenum g.et.l.et.au.in.cum sit materies tanti mali. Si bene.Pœ.i.si uera ẽ nostra pœnitẽtia. Eradenda.penitus euellenda. Elementa.principia in quacunq; re elemẽta dicimus. Teneræ.molles & effæminatæ. Vel teneræ propter iuuentutem pro tempore recte informari possunt.

Mentes asperioribus
Formandæ studiis:nescit equo rudis
Hærere ingenuus puer
Venariq; timet ludere doctior
Seu græco iubeas trocho:
Seu malis uetita legibus alea
Cum periura patris fides
Consortem socium fallit:& hospites
Indignoq; pecuniam
Hæredi properat:scilicet improbæ
Crescunt diuitiæ:tamen
Curtæ nescio quid semper abest rei.

ACRON. Et teneræ nimis. duplex itellectus ẽ utrũ puerorũ mẽtes teneras dicat eẽ formandas ad asꝑiora studia:hoc ẽ fortiora.an certe luxuriosorũ mẽtes teneras appellat.quas uult abiectis luxuriæ istrumẽtis auro & gẽmis asꝑioribus studiis reformari. Ingenuus puer.igenuũ ciuem romanum uoluit itelligi:siue nobilẽ:ut igenii puer uultus igenuiq; pudore. Ludere doctior.culpat romanos:quos omisso exercitu studio ad græcos ieptos luxuriososq; ludos filios transtulisse cõmemorat. Seu malis legibus.lusus aleæ puniunt ꝑpter nuditatis icestũ. Cũ piura patris fides.Cũ patris familiæ fides ad congregandã hæredi pecuniã periura hospites fallat & socios. Indigno q; pecuniã.hæc inqt q̃ p scælus acquirunt cõgreganti nihil ꝓsunt:dum relicta idignis hæredibus per luxuriam consumuntur & male parta male dilabuntur. Curtæ nescio. cupido semp abest semper aliquid abest rei:nunq̃ tantum res crescit ut sufficere uideatur cupiditati.

POR. Nescit æquo rudis hærere igenuus puer.irascitur romãos omisso militaris exercitu studio ad græcos ieptos luxuriososq; lusus trãsisse. Cũ piura patris fides cõsortẽ sociũ fallat & hospites.non ẽinqt mirũ augeri quotidie censum unicuiq; priuatorũ.Cũ omnes scelere grassent i hospitem i socium i consortem acqrendi studio:& tamen nil tum his prodest:qa idigno hæc hæredi relicturi sunt qui corrupti luxuria seruare hæc.s.non possunt. Tamen curtæ nescio quid semper ab est rei.hoc ad ipsam auariciæ naturam refertur.cui cum nihil desit semper uidetur deesse.

CHRI. Hærere.nã qui hæret etiã si excutiat nõ cadit. Rudis.quia se non exercuit. Dolet igit q; puerilis ætas uel trocho ludo inutili ludat. Vel q; pernitiosius est alea:q̃ legibus uetatur: Ergo:quia non cohibetur licẽtia aut uanitati studet:aut rebus ꝑnitiosis. Eqtare aũt & uenari:q̃ studia & aĩ & corpis uiresaugẽt nõ uolũt. Trocho. istrumẽtũ est orbiculatũ i acutũ desinẽs qd habenis uerberatũ assiduo uoluit. Estq; uerbũ græcũ τροχοσ & rotã significat & reuolutionẽ. Hũc latini turbinẽ appellãt. Vir. Ceu quõdã torto uolitãs sub uerbere turbo. Quẽ pueri magno i gyro uacua atria circũ itenti:ludo exercẽt ille actus habena. Curuatis ferẽ spatiis stupet iscia turba:Impubesq; manus mirata uolubile buxũ. Dãt aios plagæ. Cũ p.pa.fi.sentẽtia ẽ pater p sũmã pfidiã pecuniã querit:quã filius ludẽdo perdat. Periura fides.i.pfidia q̃ ẽ quãdo fides piurio fallit. Cõsortẽ so. Et sociũ & societates i mercatura dicimus:ut i multis locis apparet apud Ciceronẽ:& præserti i orõne ꝓ.P.Quitio. Cõsortẽ.sors & caput dicit prima pecũia quæ cõfert i societatẽ: ut idẽ lucrũ fiat:quod nostri societatis corpus appellãt. Ergo cõsortẽ.i.q tantũdẽ sortis attulerat ad societatẽ q̃tũ ipse:& tñ nõ tãtũ lucri socio ascribit q̃tũ sibi:sic ergo puto itelligi cõsortem:sed dicimus ẽt cõsortẽ qui eiusdẽ sit sortis & cõditionis & fortunæ. Vir. & me cõsortẽ nati cõcede sepulchro.fallit igit sociũ qd scele

rissimũ putat. Cice. pro Sex. Roscio. Recte igitur maiores nostri eũ qui sociũ fefellisset in bonorũ uirorũ numero habendũ nullo modo putauerũt. Videt autem sentire poeta q parentũ scelera causa sunt: ut malo exẽplo filii peccent. Iune. Sic natura iubet uelocius & citius nos. Corrũpũt uitiorũ exẽpla domestica magnis cũ subeũt aĩos auctoribus. Hospitẽ. de quo alio loco dictũ ẽ. Indigno hæredi. Filio qui propter scelera indignus est illa pecunia. Vituperat ergo auarũ primo qđ quæstus gratia tolleret oẽs labores atq pericula. Deindeq per stultitiã putet summũ malũ esse paupertatẽ. Tertio in loco q quærat per omne nefas & scelus. Additur quarto q sit malo exemplo teneræ ætati filiorũ. Additur & quinto q diuitias pariat hæredi indigno postremo q etiam post multas opes partas adhuc cupiditates suas non expleuerit.

Liberum inuocat laudes cæsaris dicturus.

ODE. XXV. dicolos.

q Vo me bacche rapis tui
Plenũ: q nemora: aut quos agor in specus
Velox mente noua: quibus
Antris ægregii cæsaris audiar
Aeternum meditans decus
Stellis inserere: & concilio iouis
Dicam insigne recens adhuc
Indictum ore alio: non secus in iugis
E somnis stupet euchyas.
Hebrum prospiciens: & niue candidam
Thracen: ac pede barbaro
Lustratam rhodepem: ut mihi deuio

q Vo me bacche rapis. Hac ode liberum patrẽ inuocat eo q ipse musicus deus sit petẽs ab eo ut se in secreta nemorũ suorũ ducat: ubi numine eius repletus Cæsaris Augusti laudes canat allegoricos significans non sufficere spiritũ suũ laudibus Augusti: nisi luminis eius instinctu iuuet. Aut quos agor in specus. hic masculino genere specus posuit: dicit & hoc specus. Quibus. grauiter pronũciandũ. Decus. i. cõsecrationẽ dicit. Mente noua. quæ nouam faciat ꝑsentiã numinis hoc est homini ĩcõsuetã. Quib⁹ antris. ordo est. Quibus antris meditãs audiar serere stellis & concilio Iouis æternũ decus egregii Cæsaris. Indictũ ore a. ab alio adhuc nõ dictũ. E s. uigilãs p furorẽ. Euhycas. baccha. i. ñ aliẽ baccha prospiciẽs hebrũ fluuiũ thraciæ ul' rhodopẽ mõtẽ regionis eiusdẽ delectat: quã ego uidẽs nemora scripturus Cæsaris cõsecratõem ĩ ãtris musicis. Vt. queadmodũ. Deuio. uaticinãti. Repleti n. numinis per deuia agi & remota cõsueuerant. deuium dictum a uia remotum.

ACRON

Specus

POR. Quo me. Hac inuocat liberũ patrẽ petens ab eo: ut se in secreta aliqua nemorũ suorũ ducat: ubi numine eius mentẽ instinctus Cæsaris Augusti laudes canat: per quæ uidet allegoricos significare nõ sufficere spritũ suũ laudibus Augusti sine liberi Numine: nã & ipse musicus deus est. Quibus antris egregii Cæsaris. & cætera quibus graui sono ꝓnunciandum e. n. subiunctiua ꝑticula quæ præposuit quos agor in specus subiunxit. Quibus antris egregii Cæsaris audiar: in quo & ἑφεξηγύσια figura denotãda. quia prædictũ specus antra sũt. Aeternum meditans. consecrationem dicit. Dicam i. r. a. Indictũ ore alio. per hæc primum se lyrica tangere signat. Hebrum prosciciens. hebrus est thraciæ fluuius. rhodopen mons thraciæ. Vt mihi deuio. Deuium est a uia remotum ac per hoc in siluis ac solitudinibus agentem.

CHRI. Quo me bacche rapis. Quia despat hũana mẽte posse laudes Cæsaris dicere: cupit furore dei rapi: & cũ uehemẽter cupiat iã se rapi putat. Admirabũd⁹ ergo dicit. Quo me bacche rapis: & triplici ut alio loco demõstratũ ẽ: colore uehemẽtiã exprimit: Repetitione: Dissoluto & interrogatione. Plenũ tui. ꝑcitũ tuo furore: quo poetæ altius ĩsurgere possũt & grãdiora efferre: nã q uatibus ꝑsit Luca. demonstrat. Nec si te pectore uates accipiã cyrræa ueli secreta mouẽtẽ sollicitare deum: bacchũq auertere nysa. Specus. hoc nomẽ & neutrũ inuenitur hoc specus. Vir. Hic specus horrẽdũ & sæui spiracula ditis. Ennius aũt ĩ fœminino posuit: ut ait Priscianus. dicit ẽt spelunca & speleũ. Vir. Ipse inter siluas inter spelea ferarũ. Dixit aũt in quos specus: cũ se furore plenũ sentiret: quia ex ãtris ꝓuenire solebãt ab aliquo deo ĩmissi furores: ut uidemus ĩ sibylla & ĩ pythia Apollinis sacerdotes. Nemora quæ. & bacchi sactis & poetis apta sũt. Velox. ad ingeniũ allegoria ẽ. Noua mẽte. i. insolita ergo plusq hũana. In quibus ãtris audiar. Vt in illis diuinum me numẽ afflet: quo possim ĩserere stellis. i. cõsecrare cælo. Decus cæsaris. i. ipsũ cẽsarẽ: cui erit sũmũ dec⁹ quasi ãnuat illũ ĩ signũ aliquod celeste cõuersũ iri. Sic. n. &. Vir. Spatiũ libræ occupaturũ eũ scribit ut sit iter scorpiũ & uirginẽ: ut a scorpio martis domicilio disciplina rei militaris a uirgine quæ mercurii ẽ sciẽtia atq eloquẽtia ꝓuẽtura sit. Ait. n. Anne uouũ tardis sydus te mensibus addas. Qua locus erigonẽ inter chelasq sequẽtes. Pandit ipse tibi iã brachia cõtrabit ardens Scorpius & cæli iusta plus parte reliqt. Egregii. quasi qui unicus iter mortales sit. Cõcilio iouis. Hoc aũt cõciliũ deorũ cætũ intelligit: nã oẽs ioui assistũt. Vir. Pãdit interea domus omnipotẽtis olympi. Cõciliũq uocat diuũ pater atq hoĩum rex. Fingũt. n. poetæ iouis regiã in medio cælo eẽ: & maiores deo ꝓpinquas illi sedes habere: minores lõgius abesse. Oui. Hac iter est superis: ad magni tecta tonantis. Regaleq domũ dextra leuaq deorũ Atria nobilũ ualuis celebrãt aptis plebs habitat diuersa locis. Dicã. canã: ut poeta. Vir. Dicite qñquidẽ molli cõsedim⁹ herba Insigne recẽs. qsi insolitũ qđ declarat addẽs audhuc idictũ. Ore alio. pollicet se carmẽ in honorẽ Augusti for

maturum q̄ hactenus dictū non sit:quia carmē lyricū nemo e latinis adhuc tentarat.Ipse in epistolis: Hūc ego non alio dictū prius ore latinis Vulgaui fidicē.Neq; arrogāter hæc scribit.Nā iā demōstrauit non suis uiribus hoc euētuꝝ:sed afflatu numinis. Vel oñdit id Cæsarē fecisse:quod nōdū quisq̄ fecisset: ꝓptereaq; a nemine dictū. Nō secu.nō magis delectat Euchys.i.bacchi sacerdos ab ipso Enchyo.i. baccho denominata ꝓspicere hebrū & rhodopē.q̄ ego uidere ripas & nemora. E somnis.uigilans:nocturno.n.tp̄e celebrabat hæc sacra. Hebrū.hic in thracia fluuius ē:cuius i hostio Polydori tumulus & nō ꝓcul inde Apollinis tēplū ē. Candidā niue.nā regio septētrionalis ē & frigida. Pede barbaro.nā ipsi thraces barbari sūt q Orpheo canēte orgya baccho celebrabāt. Lustratā.circūdatā a bacchātib⁹.uel purgatā sacris bacchi

ACRON. O naiadū potēs.Dionysius habēs potestatem ī nymphis uel in bacchis ē. Vertere fraxinos.Tantū uiriū liberi significat esse cultricib⁹: ut arbores radicit⁹ possint uertere numinis īstinctu. Nil mortale lo.nihil q̄ mortali cōueniat:si me in tuos specus ac secreta memorū duxeris. Cingētē.amphibolice dictū utꝝ sibi tātum cigētē:an quoscūq; suo numīe replere cōsueuit.

POR. Diximus aūt hæc allegoricos dici qñ p ea intelligi uult se inusitatū romanis carmē tractare. O naiadū baccharꝝ q̄ ualētiū potens manibus uertere fraxinos.uult intelligi tantas uires ultricibus liberi patris instinctu numinis eius esse ut etiam proceras arbores radicit⁹ possint u re. Nil mortale loquar.subaudiendum si me in tuum specus ac secreta nemorum duxeris. Cingentem.u.t.p.utrum sibi tantum ea cingentem an quoscunq; numine suo complere dignatur.

Ripas & uacuum nemus
Mirari libet.o naiadum potens
Baccharum que ualentium
Proceras manibus uertere fraxinos
Nil paruum aut humile modo
Nil mortale loquar:dulce periculum est
O lenee sequi deum
Cingentem uiridi tempora pampino

CHRI. Vacuū.desertū ergo poetis aptū. Rhodopē.mons thraciæ sic a puella pulcherrima denominatus. O Naiadū p.Nā baccho & musæ & nymphæ dant. Valētiū euertere pro.fr.Nā percitæ numinē bacchi supra humanas uires possunt. Thaciteq; ēt ex physica ratione ostendit uino uires augeri. Fraxinus āt arbor ē:q̄ mōtib⁹ gaudet. Vir.Fraxin⁹ in siluis pulcherrima pinus in hortis.Arbor celebratissima est ab Homero ī hasta Achillis.Huius succus ad potū expressus cōtra serpētes ualet.Arborē ipsā ita refugiūt:ut ne umbrā quidē attingāt.Exptū se Plinius affirmat si necessitas sit serpētē in ignē potius q̄ in fraxinū effugere Dulce periculū.periculū qdem est in res tā magna sequi te.Sed tamen non est sine uoluptate tale piculū Cingētem.Vel bacchum ipsū cingentem.Vel est piculum hominem cingentem sequi te.

ACRON

u Ixi puellis nup idoneus.hac ode uideri uult iam renunciare carminibus:& lyram consecrare:& amare desinere. Idoneus.uoluptati sufficiens. Et militaui.allegoricos militiā nunc amorem uocat. Non sine gloria.non sine opinione boni amatoris. Arma.lyram dixit. Mariæ. mari ortæ.ut fas omne est cytherea mēis te fidere regnis:unde genus ducis.Atq; ideo aphrodite ē dicta a potu aphru.i.a spuma.& est ordo:qui paries marinæ ueneris leuum latus custodit: ac per hoc in sinistra parte templi pendebit. Funalia . quibus luminaria suspendi consueuerāt. Et uectes. hæc instrumenta amoris uult intelligi:quibus fastus etiam per uim contemnentium superantur.

O quæ beatam diua tenens cyprum.in cypro enim insula uenus specialiter colitur: similiter & apud mēphim id est ægyptū:quā ideo carere niue dixit:quia calida regio est. Sythonia niue. a prouincia nomen niuibus dedit:ut sythoniasque niues hyemis subeamus aquosæ. Sublimi flagello.in altum sublato ictu:q̄ fit dum quis uehæmētius uult ferire & ideo cloen.quia arrogans est & superba amantibus percuti uulnere graui dicit debere amoris plaga uenerei.

Ad uenerem. ODE.XXVI.

u Ixi puellis nuper idoneus
Et militaui non sine gloria:
Nunc arma defunctūque bello
Barbiton hic paries habebit·
Leuum marinæ qui ueneris latus
Custodit:hic hic ponite lucida
Funalia & uectes & arcus
Oppositis foribus minaces.
O quæ beatam diua tenēs cyprum:&
Memphim carentem sythonia niue
Regina sublimi flagello
Tange cloen semel arrogantem

POR. Vixi puellis. Hac ode uidetur iā renūciare carminibus & lyram consecrare & amare desinere. Et militaui. allegoricos militiam nunc amorē uocat. Defunctūq;. perseuerat in allegoria. Defunctum bello barbiton. quādo signās amores suos se barbito cecinisse qđ est organi genus. Leuū marinæ. cōsecratū ueneri barbiton suspendere in templo eius dicit in parte sinistra. Hic ponite. hæc instrumēta amoris intelligi uult. Memphim. mēphis in ægypto ciuitas est quā merito carere niue dicit: quia in ægypto nunq̄ est nix ideo calidior est. sithonii autem thraces sunt ubi multa nix. unde κατεχοχὴν. Sithoniam niuem dixit. Sublimi. i. in alto subleuato. hoc eni fit cum quis uehæmentius uelit percutere: uult autem cloen q̄ sit arrogans & superba amantibus uel una amoris plaga a uenere percuti.

CHRI. Vixi puellis nu. id. Longe diuersum a superiori argumētū ē. Nā ad infima ex sūmis prolapsus dicit se uelle relinquere quæ ad uenerē pertinēt: cū iā huiusmodi militia functus sit: Rogat tamen ut Cloe arrogāti mulieri uices suæ crudelitatis reddat. Nuper. q. d. usq; in hāc ætaē. Militaui. Nam spēs quedam militiæ esse uidetur amare. Hinc Ouidi. Militat oīs amans & habet sua castra cupido. Nō sine gloria. Et quia strenue me gessi: neq; laboribus periculisq; peperci. & quia re amata potitus sū. Vt in militari disciplina laus sūma est & labores perferre & uictoria potiri. Nunc quoniā per ætatē amplius illā militiā exercere non licet. Arma. cuiuslibet artis instrumenta arma dicunt. Erat aūt prisca cōsuetudo: ut qui alicui arti renūciaret deo illi qui arti p̄esset: instrumēta eius artis suspenderet. Quapropter ipse in epistolis: Veianius armis Herculis ad postes fixis latet abditus agro. Et Vir. Hic cæstus uictor artēq; repono. Hic paries: paries huius templi. Læuū. latus ueneris. Mariæ. quæ ut iā diximus in mari orta ē: proptereaq; in littore sibi tēpla: ut plurimū fiebāt. Iuuenalis. Ante domū ueneris quā dorica substinet anchon. Defunctū bello. nō discessit a trāslatione. nā si amare militia est qui amare desinit bello defunctus est. Ponit aūt arma huius militiæ barbiton. i. lyrā funalia quæ amātibus noctu luceāt & uectes & arcus quibus amicarꝝ domus expugnent. Minaces. s. o. minantur. n. si fores se opponāt & nō pateāt. Vectes. Instrumēta sūt ad aliquid subuertendū euertendūq;. Quapp & thraso thaidis domū expugnaturus inquit: Procede huc cū uecte dorax. Cypron ut supra sperne dilecta cypron. Memphis. urbs in ægypto a Memphite rege condita. Alii dicūt ab epapho. Voluntq; usū carthæ primo in ea inuentū. Strabo uult nō apud mēphim ubi apis aliter uacca uenerē coli herodotus scribit sesostri regi ægypti successisse mēphitē atq; illi in urbe memphi lucum sacrum fuisse & in loco templum ueneris hospitæ: q̄ idem herodotus helenæ fuisse credit. Memphitem autem regē eū esse uult græci protheū appellant. Didorus uero siculus mēphim conditā refert ab Ogdoo rege in eo loco in quo nilus se in plura diuidens delta facit illāq; & pulcherrimā & munitissimam: atq; in ea regiā posuisse: quæ hactenus thebis fuerat propter quā rem semp deinceps diminutæ sunt thebæ: semperq; aucta mēphis usq; ad conditā ab Alexandro alexandriā. Volūt aūt mēphim dictā de nomie suæ filiæ: quam dicunt a nilo adamatā & sub forma tauri cōpressā ægyptū pepisse: a quo regio ipsa nomē accepit. Carentem. s. n. qa̅ regiōe calida ē. Sithonia. thracē si a monte thraciæ. Vir. Sithoniasq; niues hyemis subeamꝰ aquosæ. Sed posuit speciē pro genere. Sublimi flagello. Snia est: Tu me uenus assiduis uulneribus amoris confodisti: Fac ergo ut illā non dico uulneres: sed tangas & tangas non pluries sed semel: & non ferro sed flagello: nec cū toto flagello: sed cū extrema parte flagelli. Locus est p̄fecto artificiosissimus. Sed quem nō minori artificio imitatus sit lyricus noster florentini carminis poeta: Franciscus Petrarcha. Et certo al mio parer non gli fu honore Ferirme de saetta in quello stato. Allei armata non mostrar pur larco.

Ad galatheā sui nō esse memorē. ODE. DICOLOS. XXVII.

Impios parrhæ recinentis omen
Ducat & pregnās canis aut ab agro

ACRON

Impios parrhæ recinētis. amicā peregre p̄ficiscentē inuitus dimittens timet ne malis peragat auspiciis & optat ut ipii potius q̄ ipsa augurio prhæ auis uel cæterorum: q̄ subiicit p̄ficiscant. & p istā cōmemorationē oīum aduersorū nititur eam reuocare ab itinere disposito.

POR. Impios parrhæ recinētis omen ducat. amicā peregre p̄ficiscētē dimittēs inuitus ne malis auspiciis exeat timet: & optat ut impii potius q̄ ipsa auspicio parrhæ auis & cæterorꝫ q̄ subiicit p̄ficiscāt.

CHRI. Impios parrhæ recinētis omen. Res infima est: sed non infimo artificio tractata. Conatur Galatheam ab itinere quod contra poetæ uoluntatem susceperat reuocare. Sed ne mulierculam offendat: insinuatione utitur. Nam dum precetur sibi iter fœlix: paulatim admonet non esse p̄ficiscendum. Habet ergo causam turpem: non quia natura turpis sit: sed quia dicitur turpem habere causam orator: cum ipsa a se alienum reddat animum auditoris: ergo in turpi causa utitur insinuatione. Deinde cum iam animum auditoris occupauit: aperte rem ingreditur. Impios: genus causæ deliberatiuum est. Huius finis utilitas habetur. Hæc autem in tutum & honestum diuiditur. Demonstrat autem inutile esse iter quia periculosum

Omen. pro augurio posuit. Augurium autem fit aut ex garritu auium id est ex cātu: aut ex uolatu: aut ex pastu quod appellatur tripudium quasi terripauium. Quapropter dicunt augurium quasi auigerium id est eam diuinationem quam aues gerunt. Alii ab auium gustatu alii ab auium garritu. Dicebantur autem ab auguribus præpetes aues quæ oportune preuolant: aut idoneas sedes cupiunt: ut placet gellio. Harum Auguriū

autem contrarias: Nigidius figulus inferas appellat. Verũ apollinaris sulpitius eas præpetes dici uult quas Homerus τοὺσ οἰωνοὺσ appellat quoniã istas aues potissimũ augures spectarent quæ ingentibus alis pa tulæ atq3 porrectæ præuolarent. Præpes etiã pro ueloci simpliciter appellarũt. ut Ennius in analibus: Brun disiũ pulchro præcinctũ præpete portu. Oscines aũt eas uolucres dixerunt quæ nõ uolatu: sed cantu augu ria faciunt: quasi quod ore canãt. Virgilius utriusq3 in eodẽ uersu meminit. Qui uolucrũ linguas qui præ petis omina pennæ. In augurandi ars romam ẽt circa initia sua ex æthruria traducta est: Auctoris tamẽ no mẽ Ouidio quoq3 teste ignoratur quia uetustate interciderit. Videmus enim & Romulũ de imponẽdo ur bi nomine augurio cũ fratre certasse. Numa deinde qui Romulo successit perpetuũ sacerdotium huic rei constituit. Vehæmenter postremo creuit auctoritas ex peritia acii naui auguris. Volebat enim quædã pre ter maiorũ instituta mutare Tarquinus priscus: Negabat nauius in auspicato fieri oportere. Quẽ illudens rex: age inquit in augura an fieri possit quod mente concipio: fiet inquit Actius. Atqui concepi mẽte inqt rex nouacula cotẽ discindere: perage ergo hoc postq̃ aues tuæ fieri posse ostenderunt. Tũ ille incunctan ter cotem nouacula discidit. Quo miraculo & uehæmẽter motus rex est: & tãta illi arti auctoritas accessit: ut nihil domi forisq3 postea nisi auspicato gereretur. Fuerũt a principio tres augures singuli. scilicet ex sin gulis tribubus Rãnensis Titiensis & Lucera. Deinde auctus est quartus. Postremo cũ plebs in partẽ oĩum dignitatũ admitti obtinuisset. M. V. &. Qu. Apuleo consulibus ad quattuor patritios quique plebei crea ti sũt ut eẽnt nouẽ augurũ collegiũ. Parrhæ. auis spẽs ẽ. Hãc puto per onomatopeiã dici a littera. p. et. r. q̃ i canẽdo utit̃ illa auis. Recinẽtis. ergo oscinis & nõ ꝓpetis. Preg. ca. Et hoc ĩter mala auguria cõputabant.

ACRON. Raua. aut colore oculorum torua: aut uoce non clara aut certe rabida. Raua. fulua siue subnigra: aut rauca. i. uocis obtusæ. Rauus n. color dicit̃ mixtus niger cũ fuluo. Si per obliquũ similis sagittæ. serpentes celeritate etiã ani malia deterreri dicit. i. si tantæ celeritatis ẽ serpẽs ut irrationabilia terreat. Rumpat. i. icidat tibi i stitutũ iter. Mãnos. burdos. mãni iõ dicti q̃ mã suetudine manum familiarius sequant̃. Imbrium. diuinam cornicẽ dicit iminẽtiũ imbriũ præ sciã. ut tum cornix plena pluuias uocat improba uoce: paludes aũt finito die repetere cõsueuerãt. Oscinẽ coruũ. oscines dicuntur aues quæ uoce auguriũ faciũt: præpetes quæ uolatu: ut Vir. Qui uolucrũ linguas & ꝓpetis omĩa pẽnæ. Solis ab o. ab ortu. n. solis ꝓspera corui omĩa sunt: aduer sa ab occasu. Sis licet. f. ordo est. Galathea sis fœlix & memor nostri: licet uiuas ubicunq3 ma uis. i. & si sine me esse mauis. sis fœlix tñ. Teq3 nec leuus uetet ire picus. a sinistra picũ mali omi nis dicit: & uagã uolatu cornicẽ. Trepidet. festi net. ut ne trepidate uiri. uel trepidet uentorũ fla tu uel murmure pelagi. Pronus orion. in occa sum uergens orion tẽpestuosus est & quia amica ñ ualet ꝓcibus retinere minis tẽpestatis conat̃. Vt dũ pelago desæuit hyems & aquos⁹ oriõ. Ego qt sit ater. a. n. f. futuræ se nosse signa tempestatis oñdit uel ex adriatici maris sono: uł ex flatu iapi gis uẽti: qui ex sereno subitã facit tẽpestatẽ. Et quid albus peccet iapix. aut propter erectionem fluctuum: aut colorem uacuarum nubium. Ho stiũ uxores. i. non feritati barbaricæ nec puerili i scitiæ dicit incognita esse posse futuræ tempesta tis indicia. Sic & europe. i. quẽadmodum tu ꝓ sumptuose sumis peregrinationem. sic & euro pe ꝓsumptuose credit niueum latus doloso tau ro & uide quid passa sit. Doloso. falso ioue in taurum mutato. Scatentem. repletum: pululan tem: frementem: ebullientẽ. Mediasq3. f. ñ frau des medias: sed i medio dolo cognitas nõ ãte re

Mannus

Raua decurrens lupa lanuino
Fœtaq3 uulpes.
Rumpat & serpens iter institutum
Si per obliquum similis sagittæ
Terruit mannos: ego cur timebo
Prouidus auspex.
Ante quam stantes repetant paludes
Imbrium diuina auis imminentum
Oscinem coruum pede suscitabo
Solis ab ortu.
Sis licet fœlix ubicunq3 mauis
Et memor nostri galathea uiuas
Teque nec leuus uetet ire picus
Nec uaga cornix:
Sed uides quanto trepidet tumultu
Pronus orion: ego quid sit ater
Adriæ noui sinus: & quid albus
Peccet iapix.
Hostium uxores puerique cæcos
Sentiant motus orientis austri
Aequoris nigri fremitum & trementes
Verbere ripas.
Sic & europæ niuem doloso.
Credidit tauro latus & scatentem
Beluis pontum mediasque fraudes
Palluit audax.
Nuper in pratis studiosa florum: &

Debitæ nymphis opifex coronæ
Nocte sublustri nihil astra præter
Vidit & undas.

pertas. Palluit.a.uehæmenter timuit.id q; efficitur posuit pro efficiente.i.quæ áte audax fuerat tũc palluit. Studiosa florum.i.quæ nymphis studeat facere floreas coronas. Sublustri. in crepusculo uel ex luce. Quæ simul centum.ordo est quæ simul attigit creten potentem centum oppidis uicta furore dixit. O pater & pietas relictum nomem filiæ.

POR. Raua decurrens. Raua lupa a colore dicitur. Rumpat &.s.iter.i.ut si in transuersam uiam. Impios ducat:non impios reuocet hoc est pius serpens. Terruit mannos. Manni equi dicuntur pusilli:quos uulgo burdos uocant. Nã & hoc ad omen dicit pertinere.q manni terreantur. Antequam stantes.r.p.i.d.a.i.o.c. Cornix anteq̃ repetat paludes quã imbriũ imminentium diuinam ait quia pluuiam futuram significare solet:q ẽt Vir. Ostendit. Tũc cornix plena pluuiã uocat iproba uoce. Ante quã repetãt palubes. paludes non ad anni tẽps pertinet sed ad diei. Oscinẽ.c.p.oscinem coruũ inuocabo inquit. Sed uides q.t.t.p.o. Decenter picula nauigationis ostẽdit quibus illam retineat.nã reuocare nõ audet. In occasum aũt pronus orion intelligendus. Nam tunc magnæ tempestates. Et trementes. u.r.uerbere fluctuum aut uẽtorum. Sic & europe.n.d.c.t.l. Sic hoc est dum eam blandus in mare placidum iuppiter inducit. hæc ãt comparatio iapygi uento confertur qui incipit placidus mox in tempestates citat. Mediasq; fraudes palluit audax. Ad ludum audax:non tunc cum palluit. Nocte sublustri.pro sub lucida.

CHRI. Raua.a colore oculorum torua.aut a uoce non clara quasi rauca aut rabida. Rauum dicunt colorẽ subnigrum.i.nigrum fuluo admixtũ. Lauino.species ẽ pro genere. Vulpes.quasi uolipes dicitur. Hæc aũt oĩa quæ ponit:mala erãt auguria. Per obliquũ. Cũ ex transuerso uiã eunti precidit. Similis sa. Quia uelox. Mannos.equos dixerunt currũ trahentes qui mansueti.i.manibus assueti aurigæ illũ sequũtur: Ipse alibi:& appiã mãnis terit. Quid timebo.tacite sibi fidẽ quærit ut sit sñia.potero tibi consulere:cũ sim p̃uidus auspex mõ tu obtẽperes. Antequã. promittit se prius bona captatuɋ auguria quã mala proueniant. Ordo aũt est. Ego prouidus auspex suscitabo pede coruum oscinẽ ab ortu solis anteq̃ auis diuina ĩbriũ imminentiũ repetat paludes. Coruũ oscinem:excitabo coruũ ut sit oscinis.i.ut cantu augurium det:& suscitabo ab ortu solis:quia inde a coruis bona proueniunt auguria. Contraria ab occasu. Soli corui: ut refert Plinius uidentur intelligere sua auguria. Nam cum medi hospites occisi sunt omnes e pelopõneso & attica regione migrarunt. Diuina imbrium.cornix ut puto de qua Vir.tũ cornix plena pluuiã uocat improba uoce. Sis li.f. Adhuc in insinuatione est. Fingit enim arbitrio suo permittere quod paulo post conabitur eripere. Et magnam beniuolentiã ostendit:cum precetur fœlicitatẽ ẽt absuturæ modo sui nõ obliuiscatur. Leuus.uel simpliciter aduersus:uel leuus quia a parte sinistra uolans malũ afferat auguriũ. Sed quoniã reliqua de augurio paulo ante dixi:non grauabor formã quoq; inaugurandi breuiter referre unico tantũ exemplo:a quo rẽ in alia facile erit transferre. Petebat editũ locũ augur unde in longũ cæli spatiũ p̃spectus essent:atq; inaugurãdum.i.eum pro quo capturus auguriũ esset super lapidẽ meridiẽ uersus sedere iubebat. Augur aũt ad leuã sedens capite uelato baculũ quẽ lituũ dicunt in manu tenebat. Inde p̃spectu in urbẽ agrũq; capto deos precatus regiones ab oriente ad occasum determinat:dextras ad meridiem leuas ad septẽtrionẽ eẽ dicit: erat & antica & postica ab oriente & occidente. Hocq; spatiũ templũ noĩant. Tũ lituo in leuã translato dextra in caput eius qui inauguratur postea ita p̃cat: Iuppiter pater si est fas hũc Numã põpiliũ cuius ego caput teneo regẽ romæ esse uti signa nobis certa ac clara sint iter eos fines quos feci. Tũ p̃git uerbis auspicia q̃ mitti uellet: quib9 missis numa de tẽplo declaratus rex descendit. Hæc forma inaugurandi regis ad alia transferre possumus. Sed iam ad textũ redeo. Picus.picum regẽ filium saturni fuisse dicunt qui cum amaretur a Cyrce ipse aũt cũ in pomonã pomoɋ deã inclinaret a cyrce i auẽ sui nominis.i.in picũ martiũ mutatus est. Vir. Picus equũ domitor quẽ capta cupidine coniũx:aurea pcussũ uirga uersumq; uenenis. Fecit auẽ cyrce sparsitq; coloribus alas. Plinius ait picos principales eẽ in latio inaugurii a rege qui eis nomen dedit. Refertq; in. L. tuberonis prætoris urbani capite ita placide resedisse ut manu p̃henderetur. Dixere augures si dimitteretur reip.exitiũ portẽdi si exanimaretur p̃tori. Exanimauit p̃tor ac paulo post impleuit p̃digium. Vaga.hinc. Vir. Et sola in sicca secum spatiatur harena. Cornix.est in fabulis hanc coronei ex regio genere filiã fuisse:quã cũ maris deus amaret atq; inseq̃retur miseratione cõmota pallas illã in auẽ cõuertit & i suã tueltã suscepit dederat per ea tẽpora Ericthoniũ serpentinis pedibus pueɋ in cista iclusũ tribus uirginibus seruandũ pallas ea lege ne quod in cista latebat inspicerent. Veɋ cum una inspexi sset statim sp̃retũ mandatũ ad pallada rettulit cornix. Sed non placuerunt palladi huiuscemodi mores. Quapp eã a sua tutela amouit. Dicunt p̃terea cornicem in templo lucoue palladis raro fuisse uisã. Athenis aũt q̃ urbs illi sacra est nunq̃. Noctua aũt q̃ secundũ fabulas cornici successit i tutela: Mineruæ freq̃ntissima apparet. Vnde est prouerbium :noctuas athenas. Sed ui.postq̃ per insinuationẽ animũ Galatheæ occupauerat:nunc iã aperte illã a profectione debortat. Trepidet. festinet. Tumultu Motum aeris intelligit aut ex uento aut ex flumine aut ex pluuiis. Pronus.nã in deuexo cæli posit9 p̃nus dici põt. Ego q.sit.q.d.quia sæpe expertus sum:iccirco facile u aticinor. De iapice autẽ & Orione

Rauus color

Inauguranди modus

dictum ē. Albus.uel q̄a ex uehæmēti tempestate spumas citet :uel q̄a ficciores nubes:& ppea albas inducat. Hostiū uxores puerisq̧ quos perire cupimus. Cæcos.nō itellectos uel q i obscuritate nubiū fiāt. Nigri noxii uel q obscura inducat nubila. Fremitum.undaꝝ & tonitruū. Ripas.i.littora. Verbere.s. undaꝝ q̄bus littora uerberātur. Sic & europæ. Vt europa decepta ē a tauro:quē mitē putabat:& nihil tale de eo suspicabat̃:sic tu ni caues : ab austro decipieris.credidit illa tauro & pœnituit. Tu austro credis & pœnitebit:Europa agenoris phœniciæ regis filia fuit & cū una uirginibus tyriis inter armenta luderet:captus eius amore iuppiter per mercuriū curauit:ut armenta a mōtibus littori admouerent̃.Ipse aūt i pulcherrimum tauꝝ conuersus mitē se uirgini obtulit. At illa & pulchritudine & māsuetudīe illius delectata adeo paulati assueuit:ut illū ascendere nō dubitarit. At Iuppiter optatā pdā per mare uehēs in cretā trāsuexit.& in ue tā formā reuersus pro cōiuge hūit: ex eaq̧ Minoa Rhadamāthū & sarpedonē sustulit. Historiā multi eē putant q̧ Iuppiter illā naui cui taurus insigne eēt e phœnicia in cretā traduxerit:& deide Asterio regi uxorē dederit:ut placet Eusebio. At Augustinus nō asteriū sed Xāthū noiatū uult. Sed neq̧ de tēpore conuenit Eusebius anno quadragesimo regni danai a ioue raptā ponit & deinde ab asterio rege cretensium in coniugē ductā:anno mūdi septuagesimonono supra septigētos & tria mi. quidā uolunt Pādione athenis regnante anno mūdi sextodecimo supra tria mil . & nonigētos quod tēpus magis cōuenit iis q̄ de Minoe filio dicunt̃. Palluit au.i.uehæmēter timuit ea q̄ prius audax fuerat. Scatentē.quasi pullulantē. Sublustri.paꝝ i usu ē lustris:sed eius cōpositū illustris.lustris aūt a lucēdo dicit̃. Centū oppidis.uñ hecaton polis ē dicta. Homerus illā ab Vlyxe nonagita urbiū noiatam dicit:alias cētū urbiū ip̄e il las noiat referēs hoc ad tpa sua. Sed ephorius scđm troiana tpa decē cōdita ab Alchmēte argiuo cōitātibus doriensibus refert.

uacans ut illo Vir. Me tpe dulcis. Thessala. magica q; huiusmodi ars maxime thessalorum ē: ut & lunā cantibus deponāt & astra cōmoueāt. Hic. tunc. ut hic regina grauē gēmis auroq; poposcit: Impleuitq; mero paterā. Canidia rodēs pollicē. habitū & modū canidiæ expressit furentis petronius: ut monstraret furentē pollice ait usq; ad periculū roso. O rebus meis. Nunc uerba sunt inductæ canidiæ. Arbitræ. cōsciæ: testes. Salu. at q; ibi ꝓcul amoris oibus arbitris. Nox & diana. pro luna posuit. Arcana cū fiūt sacra. id est dū secreta nocturna sacra celebrāt. In hostiles domos. uari cuiusdā aduersū quē amore eius inflammata sacrificabat. Formidolose. c. l. s. f. ut nocte uexaretur: quæ ēt feris quieti ē: ut cū tacet omnis ager pecudes pictæq; uolucres. Quæq; lacus late liquidos: quæq; aspa dumis Rura tenēt. Senēq; oēs. usq; in senectā amet & risui sit. Latrent sub urbanæ canes. ut ꝑ amoris ipacientiā nocte ambulans a canibus suburbanis latretur. Nardo. p. ut placendi studio nardo uteret: quale nec ipa habere poterat: quæ unguentaria erat. Quale antiptosis: pro quali. Quid accidit. miratur cur in capiendo uaro preces suæ tardius audiant. & aut se medeam ponit pro perfectione artis: aut medeā iō nominauit: quia quasi īuenerit & docuerit sacra. Supba. potēs: ut hic populū late rege belloq; supbū. Vlta. dolorē morte glauces.

POR. Semel fixe cibo intabuisset pupulæ nō defuisse masculæ libidinis. Ariminensem foliā. Dicit ēt foliā noīe uenefică huic sceleri interfuisse. quod ait masculæ libibinis ad id ptinet qđ dicāt quædā mulieres habere naturā mōstrosæ libidinis coeūdi fœminis quo crimine etiā sapho male audiit. Et oci. credidit Neapolis. uidet significare scelus hoc Neapoli factū nā ut supra diximus gratidia hæc neapolitana fuit: Neapoli aūt ociosā ꝓ quietā dixit simul: quia ociosus. i. uitæ quietioris aptissim⁹ ille secessus ē. Hic i rresectū sæua dente liuido. sed illud attende: ut duabus ꝑpositionibus exagerata sit facinoris atrocitas in resectū ꝓ ualde & sepius sectū. Quid dixit aut quid tacuit. Sēsus ē quæ scelera non dixit aut quæ silentio præterire potuit. O rebus. m. n. i. a. hæc iā canidiæ uerba sūt. Nūc in hostiles. d. i. atq;. n. u. Varo hæc iprecat a quo fastidiebat. Quale ñ perfectius meæ laborauere manus. hic scias illam ut diximus unguētariā fuisse. attende autē elocutionem constitutam quale non perfectius cum sit dicendū quo non perfectius. Quid accidit cur dira barbare minus Venena medeæ ualent. indignatur uenena medeæ esse quibus illa usa sit cum se de pellice sua ulta est.

CHRI. Execta. ponit cām cur facerēt. s. ut ex eo: deinde cadauer fuerēt iecur & medullā ad poculū amatoriū cōficiendū. Inter. uolebant lēta morte puerum tabescere: itaq; cū iā aruisse corpus putarēt cibū denegabāt ut iā expiraret. Interminato. interdicto præfinito. Semel. cōtrariū ē illi quod successu tēporis fit: sed fit uno ipetu. Iuu. Et semel aspecti litus dicebat echidni. i. eodē temporis puncto & echidnū aspiciebat & iudiciū de eo ꝓferebat: Sic Luc. Nec se tellure paulatim ꝑ mēbra leuat terraq; repulsū ē: Erectūq; semel. Pupulæ. Maculæ sūt: quibus spargit ille: qui paulo post moriturus sit signū manifestū mortis aduentātis. Intabuissent. tabidæ apparuissēt. Masculæ libidinis. i. uehæmētis libidinis: nā quis maior dicat i fœmina q̄ in uiro libido. tñ oīa uehæmentiora mascula appellamus: uel intelligit q; in fœminas tanquam uir ageret. Ociosa. studiis dedita: Sic Vir. Parthenopē studiis florentē ignobilis oci. Voce thessala. i. carminibus qb⁹ utentes thessali lunā e cælo auocāt. Vir. Carmina uel cælo possūt deducere lunā. Irresectū. rodebat. n. pollicis supfluū unguē quē nō secuerat. Quid dixit. q. d. omnia dixit. Aut quid tacuit. quasi nihil tacuit. Arbitræ. cōsciæ & testes. Nox. nā magicis nox colit: quia noctu sacra sua pagebāt. Vir. Tum stygio regi nocturnas inchoat aras. Diana. nā hæc dea princeps his rebus adhibet. Vir. Tergeminaq; ecatē tria uirginis ora dianæ. Senē qđ oēs rideāt: Ostendit se illis sacris assequi cupere: ut senex uanus ita amore incēdat: ut nocturno icedat tpe ꝑ suburbana loca ad uisēdas meretrices unctus ꝑciosissimo unguēto: & canes allatrēt

illi trãſeũti:hoieſq; rideãt iuuenilẽ amorẽ & cultũ in hoie ſene. Quid accidit.cũ iã peractis ſacris ſenex nõ
ueniret.Miratᷣ canidia:cur illa ſacra:quæ eadẽ ſunt:quibus uſa ẽ medea:cũ regiã creõtis exuſſit:nõ poſſint
peruertere mentẽ ſenis:cum illud multo maius fuerit q̃ hoc. Venena me.id eſt mea ueneficia:quæ eadem
ſunt quæ medeæ fuerunt. Magni.c.f.ut paulo ſupra demonſtrauimus.

Cum palla tabo munus imbutum nouam
Incendio nuptam abſtulit.
At qui nec herba:nec latens in aſperis
Radix fefellit me locis.
Indormit unctis omnium cubilibus
Obliuione pellicum.
Ah ah ſolutus ambulat ueneficæ
Scientioris carmine.
Non uſitatis uare potionibus
O multa fleturum caput
Ad me recurres:nec uocata mens tua
Marſis redibit uocibus.
Maius parabo:maius infundam tibi
Faſtidienti poculum.
Priuſq; cælum ſidet inferius mari
Tellure porrecta ſuper.
Quam non amore ſic meo flagres uti
Bitumen atris ignibus.
Sub hæc puer non iam ut ante mollibus
Lenire uerbis impias
Sed dubius unde rumperet ſilentium
Miſit thyeſteas preces:
Venena magnum fas nefaſq; non ualent
Conuertere humanam uicem
Diris agam uos:dira deteſtatio
Nulla expiatur uictima

ACR. Cũ p.t.alii ueſtimẽtũ alii coronã obla
tã a mædea uolũt iſectã uenenis:q̃ ſũpta perirẽt
ĩcẽdio. At q nec.h.dicit ſe dũ nihil ꝑtermiſerit
de his quæ a mædea facta ſũt:cur ipſa nihil obti/
net admirari. Indormit unctis.ita nihil ualere di
cit actionẽ ſuã:ut uarus aduerſũ quẽ oia fecerit ĩ/
memor ſui odoratis pellicũ cubiculis teneatᷣ ge/
tus. Ah ſolutus.a.u.actionẽ ſuã.credit inuẽta do
ctiore uenefica ſpretã. Nõ uſitatis uare potioni
bus.ab amoris ſui uinculis uaꝝ dicit nouis & ma
gnis potionibus abſolutũ. O multa.f.c.tanq̃ ad
uerſũ quẽ aggredi uehæmẽtiora diſponat:ita ut
alien⁹ mẽte uolũtati ei⁹ uelut neſci⁹ rapiatᷣ. Vo
cib⁹.incãtatõibus. Faſtidienti.p.ut ẽt uis poculi
carminibus adderetᷣ. Priuſq; cælũ ſidet inferius
mari.añ inqt ipſis elemẽtis reꝝ natura mutabitᷣ:
q̃ nõ ita uarus amore meo ardeat ut igni bitumẽ
appoſitũ. Iã ñ ut añ.ut cui adderet deſperatio li/
bertatẽ. Mollibus.blãdis:ut Manditq; trabitq;
molle pec⁹. Miſit thyeſteas preces.diras.Et tales
infoſſus puer ꝑces cœpit effũdere quales ĩ tragœ
diis induciᷣ thyeſtes cognitis filii mẽbris in atreũ
locutus. Venena magnũ fas nefaſq; nõ.u.c.h.u.
lex.n.hũana hẽt malis pœnã bonis ꝑmia pollicẽ
da:& iõ furẽs puer dicit.hoc eas carminibus mu/
tare nõ poſſe. Diris agã uos.ꝑmittit ſe in eas ſæ
uiturum poſt mortem:ut omnibus umbra locis
adero:dabis improbe pœnas.

POR. Cũ palla tabo munus infectũ.palla mu
n⁹ figura ẽ q̃ dicitᷣ. Tabo.a.n.u.aliter Vir.
Huic atro liquũtᷣ ſãguine guttæ & terrã tabo ma
culant. Indormit.unctis oium cubilibus obli/
uione pellicũ.& reliqua obſcura elocutio quæ ſic
ordinãda ẽ.Indormit cubilibus unctis obliuione
oium pellicũ & ẽ ſẽſus:neſcio quare ſũt ꝑſẽtiora
ueneficia quæ cubile ungunt medicaminibus:
ꝑ quæ medicamina obliuio ei datᷣ oium pellicũ
pellices aũt canidia pro ſe ſola dixit. Ah ah ſolu
tus.a.u.ſ.c.hoc ẽ qđ igemuit qđ alia ſciẽtior uenefica iuẽta ſit quã ipſa ẽ. Ad.m.r.n.u.m.tua.Marſis redi/
bit uocibus.uoces ſuas marſas dicit quas magicas ut ſit ſẽſus:mens tua magicis meis uocibus ſemel euocata
nunq̃ redibit ad ſanitatẽ:aut nũqd hoc dicit mẽs tua a me icãtata nũq̃ redibit ẽt ſi marſis uocibus reuocetᷣ.
marſi aũt periti incãtationũ ſũt.huic ẽt rei Vir. Teſtis eſt.q ſic ait:ſpargere q ſõnos cantuq; manuq; ſolebat.
Faſtidiẽti.p.faſtidiẽti.ſ.me. Miſit thyeſteas ꝑces.i.diras execratiões qualib⁹ i tragœdiis thyeſtes atreũ exe
cratᷣ. Venena magnũ faſq; nefaſq; nõ ualẽt.magnũ fas uenena ſũt ſi hoſtibus dentᷣ:magnũ nefas ſi amicis.
Nõ ualẽt cõuertere hũanã uicẽ.ſic ſẽſus ẽ:q̃uis uenena poſſũt nõ tñ ualẽt merita in cõtrariũ uertere ut libe
rẽt pœna q male mereãtᷣ.uices aũt appellãtᷣ pœnæ quæ in ſceleratis amiſſis regerẽtᷣ. Diris agã uos.dira de
teſtatio.diræ ut dixi execrationes dicuntᷣ ac deteſtationes ſuæ.maledicta agam aũt nunc perſequar ſignat.
CHRI Palla.ueſtis quã medea ibuit:& ifecit ueneficiis & miſit ueluti munus nouæ nuptæ:ſed cũ illa eã ex
plicaret:ſubito icẽdio ipſa cũ regia abſũpta ẽ. At q.potuiſſet habere artificiũ medeæ & tñ eẽ decepta i her
bis quas nõ cognoſceret.Itaq; addit ꝙ illas optime nouit. Indormit.qm̃ ſolutus ẽ ab amore ꝑpeaq; addit:
ſolutus ambulat.ſolutus inquam carmine potentioris ueneficæ:nam non dubitat quin ſua carmina ſenẽ
illigare poſſint.Sed ueretur ne alia uenefica:cui ſit potentius carmen illum ligatum ſoluat. Non u.Com
pone o uare appoſitiue caput multa fleturum tu recurres ad me potionibus non uſitatis.quaſi dicat: adhi/
bebo potiones efficaciſſimas & aliis incognitas:quibus coactus ita ad me recurres: ut tua mens a me iam

insana affecta non possit redire.s.ad sanũ:quanuis reuocetur uocibus marsis.i.potentissimis carmibus:q̃lia marsi sciũt:nã hos dixius fuisse pp̃los a marsia Circes filio origiñe trahentes:& magicis carmib⁹ potẽtissi mi.Quippe q a Circe quæ suis ueneficiis hoies ĩ oĩa monstra uertere poterat:illa didicerant. Maius para bo.q̃m hoc nihil ꝑficio.qđ erit tantæ efficaciæ:qđ prius cælũ sidet.i.residet inferius mari t̃ra porrecta sup id est ex pte superiore q̃ tu nõ ita amore utaris:ut bitumẽ utit̃ ignibus quos atros appellat:q̃m ex re multũ unctuosa ignes nigrescũt pp nimiũ uaporem:q illis admiscet̃. Bitumẽ.aliq in asphalitite syriæ lacu oriri dicunt.Eratosthenes scribit liquidũ in susiano agro nasci:& naphtham uorari. Aridũ uero qđ congelesce re põt in babylonia cui⁹ fons est iuxta ipsũ naphthã.Aridum ad edificia ualet.Nauigia ẽt contexunt:obli nũt bitũine arido & aquã diluto.Liquidũ igni admotũ uehæmenẽ ardet:neq; extinguit̃ aq̃:nisi sit̃ multa sit. Ceno:aceto a lũine & uisco oppressũ extinguit̃.Dicunt alexãdrũ experientiæ causa iussisse:ut i balneo puer naphtha aspergeret̃:deide ignis admoueretur.Factũ est ergo ut totus pene puer deflagraret nisi subi to circũstantes multa aqua extinxissent.Hoc ãt sat sit ad ꝑsentis loci sensũ.Reliqua ãt q̃ multa uariaq; & a Strabone geographo & ab aliis tradunt̃ in aliud tp̃s differemus. Lenire.pro lenibat.Vnde rũperet silẽtiũ a qua potissimũ re oratione incipet.Rũpere.n.silẽtiũ:loq est.Vir.quid me alta silẽtia cogis rũpere:& obdu ctũ uerbis uulgare dolorẽ. Misit thyesteas ꝑces.i.talia illis iprecat⁹ estqualia tragici inducũt thyestẽ aduer sus fratrẽ iprecari.Optime ãt thyesteas dixit:q̃m eius filii pierãt:ut hic nũc perit Venena m.f.Aurea sen tentia:Possunt qdẽ multa efficere ueneficia:sed fas & nefas mutare nõ p̃nt.Nã fas sẽper ꝑmia merebit̃:ne fas uero supplicia. Diris.a.u.Ego agitabo uos furiis & detestabor. Et dira detestatio nõ expiat̃.i.purgat̃ ulla uictima.i.sacrificio.Quasi dicat mea detestatio in eũ furorẽ uos cõiiciet:ut ñ possitis expiari:ut de ho reste & de prœti filiabus legit̃:nam hi expiari potu erunt.

Quin ubi perire iussus expirauero
Nocturnus occurram furor:
Petãq; uultus umbra curuis unguibus
Quæ uis deorum est manium.
Et inquietis assidens præcordiis.
Pauore somnos auferam
Vos turba uicatim hinc hinc saxis petens
Contundet obscenas anus.
Post insepulta membra different lupi
Et exquilinæ alites.
Neq; hoc parentes heu mihi superstites
Effugerint spectaculum.

ACRON. Quæuis deo℞ est.ut insõnes faciãt: & malis gaudeant. Post insepulta.m.d.l.ut iã quia eũ ipsa pœna sepeliebant:ille grauius aliqd paterent̃:expositæ feris & auibus insepultæ. Et exquilinæ alites.romanæ.i.uultures. Vos turba uicatim. Missurum se populo promittit furorem ut ex oib⁹uicis turba concurrens eas saxis obruat pro fatorum carmine. Neq; hoc.p.pœnas earũ ẽt a parentibus suis ait uidendas quod cũ dolore ꝑmittit q se uiuere magis uoluerit quã uidicare.

POR. Vos turba uicatim hic & hinc saxis po tens contundet obscænas anus.Eleganter quia insanis solẽt fustibus & lapidibus isectari ut eos ab oibus suis fugẽt. Exquilinæ alites.& alibi sæ pe ostendit in regione aggeris quæ est extra por tas exquilinas solita fuisse pauperũ corpora uel comburi uel proiici. Neq; hoc.p.heu mihi su ꝑstipites Effugerit spectaculũ subaudiendũ. hic extrinsec⁹uos & est ordo & sensus talis.neq; hoc cõspectaculũ effugerit uos o parentes mihi sup stites.& bñ heu ait.i.dolẽter.iuxta pentũ cõmemorationẽ gẽitus insertus ẽ heu quia & ipe supstes eẽ uellet.

CHRI. Quin ubi.p.Nõ sine sũma rõne scripserunt poetæ Alcmeonẽ:horestẽ & reliquos qui inexpiabi le aliqđ scelus patrassent a furiis faces accensas tenentibus assiduo exagitari:neq; usq̃ consistere permitti.nã qui taliũ flagitiorum sibi cõscii sunt:adeo stimulis consciæ uexantur:ut ne minimã quidẽ unq̃ quietem ca pere possint:sed semp seipsos dãnant:& affligunt.nã ut ẽ apđ Iuue.Exẽplo qđcũq; malo cõmittit̃ ipsi dis plicet auctori.Pria est hæc ultio ꝙ se iudice nemo nocẽs absoluit̃:& ne ab eodẽ poeta decedã Nocte diẽq; suũ gestare i pectore testẽ:Sptano cuidã rñdet pithia uates.Fingunt ẽt poetæ eos q iniuriã passi sĩt horrẽdo & minaci uultu illi q intulit p noctẽ occurrere:& uehæmẽter perterrefacere: Hoc cũ dñt mẽoriã facinoris oñdunt q̃ peccator assidue stimulat̃.Ergo ait.Nocturn⁹ occurrã furor.Sic dido.Et cũ frigida mors aĩa se duxerit artus.Oib⁹ umbra locis adero dabis iprobe pœnas.Quapp eadẽ i satyra idẽ Iuue. sic scribit. Et quod præcipuis mentem sudoribus urget. Te uidet in sõnis:tua sacra & maior imago Humana turbat pa uidũ cogitq; fateri. Quæ uis.appositiue occurrã tibi & reliq̃ q̃ uis.i.q̃ ptãs ẽ maniũ:nã dii manes hoc p̃nt & allegorice significat scelera cõmissa tali pœna afficere nocentes posse. Vos tur.Minatur aliã pœnã oñ dens huiusmõi scel⁹ex illis esse q̃ publica indignatione ab oibus puniãtur. Vicatim.ex oibus uicis. Post insepulta mẽbra.Addit pœnis quas.luent in uita ignominiã:quã post mortẽ subibunt. Exquilinæ.i.quæ exquilias unũ ex septẽ romanis collibus hitant.Dictæ sunt exquiliæ uel ab excubiis quas reges antea q̃ loc⁹ ille mœnibus cinctus esset:illi agi iubebant. uel ꝙ a tullo rege essent excultæ:nã Tullus:ut ait liuius: urbi uiminalẽ & quirinalẽ collem addidit. Inde exquilitas in quibus ipse:ut loco honorem adderet:habitauit.

ACRON q Vid ímerentes.Caſſiū maledicū poetā in ſe irritat.minatutq; ſi ſolita rabie fuerit elatus. Immerẽtes.mihi mali meritos. Hoſpites.pegrinos. Vexas.fatigas ut dulichias uexaſſe rates. Canis.bene maledicū canẽ uocauit:uel ut qui & ipſe morderet. Ignauus aduerſus.l.lupis hoies fortes cōpauit. Vitas ergo inquit qui ſe ulciſci poſſunt. Et miſeros.l.Et quia carminib⁹ aliquos mordeat. Amica. amicos canes paſtoribus dixit ut Virg. Veloces ſpartæ catulos acrẽq; moloſſū Paſce ſero pingui nūq̄ cuſtodibus illis Nocturnū ſtabulis furẽ icurſuſq; lupoꝝ. Aut ipacatos a tergo horrebis hyberos. Vis.ſagaces canes dixit. ut & odora canū uis. Agam per altas au.ſ.n.ſeruat metaphorā & dicit ſe agere hoc eſt perſequi aure ad latratus poſita in feras & oñdit ſe perſecuturum uerba maledici. Tu cū timenda uoce demonſtrat eū pecuniam q̄rere maledictis. qua accepta ita deſinere:ut canis qui repto cibo inſectari deſinit. Caue caue.Nō ſe aut munere placandū aut precibus dixit ſi maledictis eius cœperit reſpondere. Parata tollo c.ut occurſare capro cornu ferit ille caueto. Qualis.l.ſpretus inſido gener. Lycābæ datiuo caſu poſuit:cui⁹ hæc fabula eſt.lycambes habuit filiā neobolẽ hāc cū archilocus in matrimoniū poſtulaſſet promiſſa:nec a patre data eſt.huic iratus archilocus in eū maledicū carmẽ ſcripſit.quo lycābes tanto ẽ dolore cōpulſus ut cū filia uitā laqueo finiret.

Lycambes

In maledicum poetam.

q Vid immerentes hoſpites uexas canis
Ignauus aduerſus lupos.
Quin huc inanis ſi potes uertis minas.
Et me remorſurum petis:
Nā qualis aut moloſſus:aut fuluus lacon
Amica uis paſtoribus
Agam per altas aure ſublata niues
Quæcunq; præcedet fera.
Tu cū timenda uoce compleſti nemus
Proiectum odoraris cibum:
Caue:caue:namq; in malos aſperrimus
Parata tollo cornua
Qualis lycambæ ſpretus infido gener

POR Quid immerẽtes hoſpites uexas canis.i hac æglogā allegoricos uidet loqui ad eū qui cū dicacitatis amaritudine ſectaret quietos alioqn hoies i eo ſibi gloriā aſſignauerit qd illi cedẽtes ei uiderẽt nō ſufficere rñder. Amica uis poſtoribus:amica nunc ꝓ utili dicit. Agam .p.a.a.ſ.n. q.p.f.De ſe hoc poeta dicit ſignificans nō defuturā ſibi linguæ amaritudinẽ ſi ꝓuocet alicuius ĩprobitate. Qualis.ly.ſ.i.g.lycābæ datiuus caſus.Archilocum aūt ſignificat qui lycābem probroſis carminibus uſq; eo inſectatus eſt ut ille mortẽ ſibi conſciſceret.hoc autem eo fecit quod ille filiam ſuam in matrimoniū promiſſam mox denegaſſet.

CHRI. Quid ímerẽtes hoſpites uexas canis.In poetā meledicū inuehit ſiue meuius ſit:ſiue Baui⁹ ſit:qui Horatio Virgilioq; aduerſi erant .De quibus Maro .Qui bauiam non odit amet tua carmina meui:Atq; idẽ iungat uulpes & mulgeat hircos.Eūq; admonet ne laceſſat qui ipſum remordere poſſit. Hoſpites.q̄ſi dicat domeſticos & intelligit amicos Octauiani. Lupos.i.eos qui mordendi eſſent & nō petuntur ſine periculo. Inanes.quæ p̄ter uerba nihil illaturæ ſint. Et me remorſurū:qui potero referre aut pares aut ſuperiores gratias. Nā qualis.Ordo ẽ:ego agam.i.ipellam & ſectabor per altas niues aure ſublata:nā ſic cōſueuerunt canes audaces omnẽ feram quæcunq; p̄cedet me & agā talis:qualis aut molloſus aut lacon: Nam in epyro & in laconia erāt optimi canes.Legitur apud Pliniū canem moloſſum percuſſorem domini laniatu & latratu indicaſſe. Amica uis poſtoribus.nā greges a lupis defendunt. Tollo cōtra.Mutat tranſlatiõnem.& dicit ſe ſimilem tauro qui cornua tollat in eos qui ſibi maledicunt. Lycābæ.Hic neobolẽ filiam Archilocho poetæ deſpondit:nec deinde dedit. Quapropter adeo illū ſuis iambeis inſectatus eſt archilochus:ut laqueo uitam finire cum filia coegerit. Vel hipponactem intelligit qui bubali filiā neptui potens:ob deformitatem repulſus eſt.Alii dicunt bubalum pictorem hipponactẽ quendam deformem poetam ob deriſum pinxiſſe.Qua iniuria illum furore motum tali eum carmine inſectatū eſſe:ut laqueo ſe ſuſpẽderet. Gener. ſcilicet Archilocus

ACRON. Aut acer.hipponactẽ ſignificat q Bubali filiā nuptū petit:& ꝓ deformitate eſt cōtemptus. Illud tamen uerius uolunt Bubalū fuiſſe pictorẽ apud laudiomanas ciuitatem Aſie.hic Hipponactẽ quendā poetam deformẽ pro riſu pinxit:quo ille furore cōmotus tali eum carmine perculit ut ſe laqueo ſuſpenderet. Vnde nūc ſimilis carminis uim maledico minatur hora. Atro dẽte.maledico aut obtrectatorio ſermone.

Aut acer hoſtis bubalo
An ſiquis atro dente me petiuerit
Inultus flebo ut puer.

POR. Aut acer hoſtis bubalo.æque datiui caſus eſt ut huic bubalo hypponacta ſignificat qui æque iābicis uerſibus bubalū perſecutus eſt. Inultus ut flebo puer.Flebo Inultus ut puer.

CHRI. Acer.Hoſtis.ſ.hipponactes. Flebo ut puer.nā pueri eſſe uidet iniurias flere. Viri uero ulciſci.

q Voquo sceleſti ruitis. Illud bellũ cũ exclamatiõe ſignificat quod ab auguſto geſtũ eſt contra brutũ & caſſiũ interfectores cæſaris. Enſes conditi. uaginis incluſi. Parũ ne campis. ciuilis belli tempore Intactus. ante iuictus. Vt deſcenderet. ut uictus ꝑ triũpho duceretur. Sed ut. Qui occiſo craſſo metue bant romanos niſi bellũ ciuile emerſiſſet. Sua urbs hæc. p. d. ut lucanus. In te uerte manus: nondũ tibi de fuit hoſtis. Neq; hic lupis mos. ut ſeipſi perſequerẽt. In diſpar feris. hoc eſt in diuerſã naturã. Vis acrior fatalis quedã neceſſitas. An culpa. uelut interroget cãs furoris. Et albus ora pallor. i. uelut qui conſciam peccati monſtraret: ut pallor ſimul occupat ora. Alb⁹ ãt palloris epitheton. Acerba fata roma nos. hoc eſt tanq̃ illis tacentibus ipſe intellexerit belli ciuilis originẽ inde in nepotes tractã diſcor diã: quia occiſo fratre romulus paricidiũ perpe trauit. uñ eſt: fraterno primi maduerunt ſanguie muri. Sacer. exectabilis.

ACRON

Deteſtatio belli.

q Voquo ſceleſti ruitis: aut cur dexteris
 Aptantur enſes conditi
Parum ne campis atq; neptuno ſuper
Fuſum eſt latini ſanguinis
Non ut ſuperbas inuidæ carthaginis
Romanus arces ureret: quia fuerunt
Intactus aut britannus ut deſcenderet
Sacra catenatus uia.
Sed ut ſecundum uota parthorum ſua
Vrbs hæc periret dextera.
Neq; hic lupis mos fuit neq; leonibus
Nunquam niſi in diſparibus feris.
Furor ne cæcus: an rapit uis acrior.
An culpa reſponſum date.
Tacent & ora pallor albus inficit
Menteſq; perculſæ ſtupent
Sic eſt: acerba fata romanos agunt:
Sceluſq; fraternæ necis
Vt immerentis fluxit in terram remi
Sacer nepotibus cruor

POR. Quoquo ſceleſti ruitis. eleganter in tu multu ab exclamatione incipit: ad eos aũt dicit q̃ furioſa mente inſtaurare bellum ciuile conaban tur. Aut cur dex. ap en. cõditi. q iã conditi erãt cur dexteris accommodant̃ ac ſi diceretur ſtrigi tis gladios in uagina iam conditos. Neq; hic lu pis mos neq; fuit leonibus uſq̃ niſi in diſpar feris Senſus eſt feræ nõ faciunt quod uos o romani ſã guinẽ inuicẽ petentes: nã feræ eiuſdem quæ ſuut generis inter ſe pacẽ habent: diſpares ſe inſectan tur. In diſpar feris. diſpar aduerbiũ eſt nunc ac ſi diceret diſpariter feris. Furor ne cæcos an rapit uis acrior. quæ ẽ acrior uis quã furor. aut nũquid deoꝝ ira. Tacent & ora pallor albus inficit. ele gans ocioſitas quaſi his uerbis cõiuncti ſteterint deinde cõſcientia ſceleris palluerint. Sic eſt acer ba fata romanos agunt. eleganter quaſi tandem inuenit furoris huius cãm: intulit. ſic. n. eſt ſenſus. ſine dubio hoc eſt fato agimur ad hoc bellũ ſup pliciũ pẽdentes ob cædẽ romuli in fratrẽ admiſ ſam. Sacer nepotibus cruor. Sacer utiq; uene rabilis nunc intelligendũ niſi forte epitheton ut ſolet ad ipſum facinus reuocamus: ut ſacer cruor pro ſacro. i. execrabili cæde effuſo dictũ ſit. ſacrũ ãt & pro execrabili ueteres dixiſſe notũ eſt & apud Virg. quid nõ mortalia pectora cogis auri ſacra fames.

CHRI. Quoquo ſceleſti ruitis. uehæmenter bellũ deteſtat̃ & cũ tanq̃ q̃rebundus in romanos inuectus fuerit. Deinde eos excuſat. Putat Acron bellũ cum exclamatione noiare: quod inter brutũ & Auguſtũ ge ſtum ſit. Sed forte potius bellũ inter Auguſtũ & M. Antoniũ & Cleopatram. Sceleſti. Audacter uitupe rat quos paulo poſt excuſaturus ſit. Ruitis. quod furioſæ ꝑturbationis eſt: & nõ cõſilii. Nõ ut ſuperbas. nã eſſet laudandũ bellum aduerſus ſuperbos hoſtes ſumptũ: ut contra uituperãdũ eſt: ſi gerat̃ contra ciues Catenat⁹. Sic. n ducebãtur reges captiui & prĩcipes in triũpho. Sacra. nã uia ſacra ꝑducebat a porta triũ phali ad capitoliũ: per quã ꝓcedebat triũphus. Sua dextera. ciuili bello. Neq; mos. Oĩa bruta ſui gene ris aĩalibus parcunt. Solus aũt hõ in hoiem fertur. Furor ne cæcus. Quærit furore ne aĩ an fato ferantur. Rñſum date. Fingit nõ rñdere interrogatos: qđ pœnitentiæ pudoriſq; ſignum ſit. Sic eſt. Concludit a fato fuiſſe bellum: & culpam contractam a Romulo: qui fratrem Remum dominandi cauſa interemit. Sacer nep. i. execrabilis poſteris quia pœnas eſſent luituri.

In anum impudicam.

r Ogare longo putidam te ſæculo
 Vires quid eneruet meas.
Cum ſit tibi dens ater & rugis uetus:
Frontem ſenectus exaret:
Hietq; turpis inter aridas nates

ACRON

r Ogare lõgo. iuehit̃ in eã a qua dicebat̃ lẽ t⁹ in uenerẽ & fetoris ipſi⁹ uel ætatis eẽ af firmat magis q̃ eã faſtidit quã ipſe nihil poſſit. Et rugis uetus frõtẽ ſenectus exaret. Senecta. n. nõnũq̃ ex rugis apparet ut frontẽ obſcœnã rugis arat. Podex. pudẽda pars corporis. Vt Iuue. Et podice leui. Sed. i. me. p. ut reuera icitat. Venẽ q. m. luridus. rugoſus. Femur. t. e. f. a. ætate iã ſi ne muſculis & ſuris idiſcrete diſſociatũ. Beata. diues: ut idẽ ſupra Neſcias an generꝫ bti philidis flauæ decorent parentes. Ducant. tanquam

Podex uelut crudæ bouis:
Sed incitat me pectus & mammæ putres
Equina quales ubera
Venterq; mollis & femur tumentibus
Exile ſuris additum.
Eſto beata: funus atq; imagines
Ducant triumphales tuum.
Nec ſit marita quæ rotundioribus
Onuſta baccis ambulet
Quid q; libelli ſtoici inter ſericos
Iacere puluillos amant:
Illitterati num minus nerui rigent
Minuſue languet faſcinum
Quod ut ſuperbo prouoces ab inguine
Ore allaborandum eſt tibi.

nobiliū ſun⁹ imagies te pcedāt maiorū. Nec ſit marita q.hoc eſt nulla mariti cura ſit cōptior gēmis Baccas gēmas dixit:ut Colloq; monile baccatū Quid qđ li.ſto.iter ſericos. Siue qđ amicos hēret ſtoicos:ut eos amoris & coitus notaret:ſiue quia libros ipſos legere cōſueuerat:ut docta uideretur:quos ad oſtentationē in ſericis plumaciis reponebat. Illiterati nū minus nerui rigent. Ira ſcholaſtici eo℞ coitus eligis tanquā minus i libidinē poſſint litteras ignorātes. Minuſue lāguet faſcinum. Virile penū faſcinū dixit pp̄ter obſcœnā figurā quā in ſequenti adiecerat:lingua.n.deterſa fronte mulieres āputare ſe infantibus putāt faſcinū. Superbo.faſtidiēti. Ore.ad laborādū eſt tibi:aut lingua aut magis blādimētis:ut Iuue. Vox blanda & nequam digitos habet.

POR. Rogare putidā.l.t.ſ.m.In anum libidinoſam ſcribit quā aſpernat᷑.eſt āt ſenſus cū ſis lōgæ ætatis iā & deformis ac putida mirū eſt te deſiderare cōplexus meos præſertim cū ēt ſine iiuria uiriū mearū hoc tibi prouenire nō poſſit. Et rugis.u.f.ſ.e. Virgilianū eſt. Et frontē obſcœnam rugis arat. Velut crudæ bouis.crudā Pro dura aut indomita uī dixiſſe. Venterq;.m.mollem uētrē neceſſe ē eſſe quæ iā rugoſa ac diſſoluta ſit. Et femur tu.ex.ingenioſa deſcriptio. Nihil.n.tā deforme quā craſſiores pedes eſſe infra genua quā ſupra.ſ.& illud ſignate quod additū dixerit q̄ſi incōuenienrē in hac diuerſitate tūoris & exilitatis:addita ergo quaſi applicita ibi hæc aut appoſita uideātur. Eſto beata.f. atq; i.d.t.tu placeas tibi licet generoſitate ac diuitiis iqt dūmō deformitatē hāc effugere nō poſſis. In funere āt nobiliſſimi cuiuſq; ſolebat pferre imagines maio℞.qđ obſeruari uidem⁹ in funerib⁹ principū. Quid qđ l.ſt.i.l.i.p.a. ſignificat illā uendicare ſibi ſtudiū philoſophiæ & ob id cū libro frequenter eē ad regendā.ſ. libidinis utilitatē. Illitterati num.m.n.r. Quid prodeſt iqt oſtare litteratā eſſe:cū nihil hoc te adiuuaī poſſit ad erigendū mihi penē qui litteras neſcit nec ea℞ ſtudiū hēt:Neruos p uirili mēbro dixit.& eſt ordo:ñ minus rigent nerui.& rigent p frigidi ſunt accipe ac per hoc lēti & marcētes. Minuſue languet faſcinum. æque pro uirili parte poſuit:quoniā præ faſcinandis rebus hæc mēbri difformitas apponi ſolet.

CHRI. Rogare longo. In anū inuehit᷑:q̄ cū ſit longa ætate facta turpiſſima:tñ audet interrogare quæ res illū ſuis cōplexibus inutilē reddat. Te rogare. Quoniā oratio pathetica eſt:& idignatione plena:iccirco principiū hēt iperfectū:& cui uerbum ſubintelligendū ſit. Natura.n.ſic impellit ut irati integrā orationē non proferamus. Sic Virg. Quos ego ſed motos pſtat cōponere fluctus. Sic Terētius. Ego nec illam: q̄ illū:q̄ me:Ego ſubintellige. Non me pudet te putidā rogare. Quid.i.q̄ res. Putidā. uetuſtate putrem & marceſcentē. Eneruat. Languefaciat & debilitet. Nā robur i corpore a neruis ē.quib⁹ ſi aut caream⁹:aut debilitatis utamur deficiunt nos uires. Vñ dicimus eneruare:q̄ſi ſine neruis reddere. Sed per trāſlationem ad aīum trāſferim⁹:& eneruatos:q ſine aī fortitudine ſūt:appellamus. Exaret.nā frons i rugas obducta ſimilis eſt arato agro:cui ſulci porcæq; ſint. Hiet.pandeſcat. Nates.lūbis cōterminæ ſunt:nā lūbi ſē uñ cingimur uſq; ad nates.& in lumbis libidinis ſedes ē: Clūis autem eſt tumor natiū. Podex. inter nates eſt hoſtioliū:per quod degerūtur excrementa. Crudæ.i.fluxū uentris propter cruditatē patientis: tunc.n.magis hiare uidet᷑. Sed inci. Ironia ē:in qua ſnīa uerbis contraria ē. Putres.relaxatæ:flaccidæ:pendulæ:nō turgētes & ſtantes:ut in puellis. Venter.aluū dicimus:quo ſordes decidunt:hinc purgare aluum uterū ubi fœtus iacet:quapropter in ſola femina ē. Ventrē tumorem qui illis partibus turgeſcat. Iuue. Mōtani quoq; uēter adeſt abdomine tardus. Et uniuerſum illud quod ilibus pube & lateribus terminantur uētrem appellamus. Femur.femur femenq; a uertebro ad genua pertingunt externæ internæq;. Sed femen īfra genua uſq; ad iūcturā pedis uidetur extendi. Plautus in aſinaria. Quibus obtrite ad femina erant ungulæ. Dicit᷑ q; femen a flectendo. De ſura iam dixi. Eſto.concedam tibi:quia uetula es magnificū amplumq; funus. Erat aūt conſuetudo priſca:ut gentilium ſtatuæ funera eo℞ qui eiuſdem eſſent gentis in pompā ſequerētur Apparet in oratione Ciceronis pro milione. Nec ſit marita. Concedit etiā ut pulchris ornet᷑ unionibus. Has græci margaritas:latini baccas appellant: unde Virg. Colloq; monile baccatum. Harum præcipua gratia eſt:ut & lucidæ ſint & rotūdæ. Stoici.ſiue q; amicos hēret ſtoicos.quorū libidinē notat:ſiue q; eorū libros:ut docta uideretur:legeret:& inter ſericia puluinaria oſtentationē hēret. Nerui & faſcinū.p uirili mēbro. Iune.nil faciet magni menſura incognita nerui. Et Virg. Pedicabere faſcino Pedali.

Nates
Clunis
Venter
Femur
Femen

ACRON

Quādo repoſtum cæcubum ad feſtas dapes. Repoſtum.i.ſeruatum. Feſtis.conuiuiis impendendū. ſcribit autem de bello actiaco ꝙ cum Antonio & Cleopatra a Cæ.Au .geſtum eſt.

POR. Quādo repoſtū cæcubū:ad feſtas dapes. Ad hoc repoſitum ut nō niſi ad feſtas epulas proferretur. Victore lætus Cæſare.ut ex inferioribus apparebit eā uictoriā Cæſaris Auguſti. ſignat: quā de Antonio & Cleopatra quæſiuerat.

Deſignat antonii & cleopatræ bellum.

Quando repoſtū cæcubum ad feſtas
Victore lætus cæſare dapes.

CHRI. Quando repoſtū. De bello actiaco in ſuperioribus abunde diximus:& queadmodum ad nutum cleopatræ cuncta geſſerit Antonius. Optat ergo:ut ꝗplurimū liceat ſibi conuiuari in uictoria auguſti:& inuehitur in antonii commilitones:qui turpiter Cleopatræ ſeruiant.

Tecum ſub alta ſic ioui gratum domo
Beate mecœnas bibam
Sonante mixtū tibiis carmen lyra
Hac dorium illis barbarum:
Vt nuper actus cum freto neptunius
Dux fugit uſtis nauibus.
Minatus urbi uincla quæ detraxerat
Seruis amicus perfidis
Romanus heu heu poſtea negabitis
Emancipatus fœminæ
Fert uallum & arma miles:& ſpadonibus
Seruire rugoſis poteſt:
Interq; ſigna turpe militaria
Sol aſpicit conopeum.
Ad hūc fremētes uertunt bis mille equos
Galli canentes cæſarem
Hoſtiliumq; nauium portu latent
Puppes ſiniſtrorſum citæ.

ACRON. Tecū ſub alta in mecœnatis.ſ. domo. Sonāte mixtū.t.ꝙ ē artificis miſcere lyræ tybiaꝝ ſonitus. Hac.d.i.b. Tybiis barbaꝝ.i.phrygiū lyra doriū. Vt.n.a.cū freto neptunius.d.f. u.n.hac deuotōe inqt uicto Antonio tecū bibā: ꝗ nunc ſupato Sexto Pōpeio:qui ſeruoꝝ manū in Sicilia congregatā nauali prælio in freto ꝑdidit:& inſula pulſus eſt. Vnde & neptuniū ducē uocauit eligentē maritimū cōflictū. Minatus ur.uin. minat⁹ eſt ſeruis fractis ergaſtulis. Roman⁹ heu heu poſteri negabitis. Emancipatus fœminæ. Ad Antoniū retulit quē dicit ꝑ mancipio Cleopatræ datū nec a poſteris pro infamia credendū ut ſequit̄ que nefas egyptia coniunx. Fert uallū & arma miles. Quaſi ꝑceptis Cleopatræ Romani milites ſeruientes & arbitrio eunuchoꝝ quoꝝ illa obſequiis utebatur:rugoſi.n.ætate fiūt. Sol aſpicit conopeū. Conopes græce culices dicunt̄ Conopes & qa in ægypto multi ſunt:& bitacula quæ ſibi ægyptii faciunt ad arcendā culicū moleſtiā conopea appellant̄:quæ ræticulū dicūt a gyptiorū reginæ qđ ſupra lectū tenderet̄ aduerſū culices iter uexilla portaꝝ. Ad hūc.ſ.cōtra Antonium: qa ad.C.confugerūt:& equos aduerſū An.cū ſiſtro cōuerterūt. Canētes. laudantes: ut regēq; canebāt. Puppes ſiniſtrorſū citæ.ueloces ad fugiendum.ut pria citæ teucris ponā certamina claſſis.

POR. Tecū ſub alta ſic Ioui gratū domo beate mecœnas bibā.ut nos ob uictoriam Cæſaris læti epulemur ꝗppe cū ipſe ſit auctor eius uictoriæ. Sonante mixtū tibiis carmen lyra.Hac.d.i.barbaꝝ.Nimiꝝ tibiis barbaꝝ.dixius aūt & ſupra tris eſſe ſpecies apđ græcos oium carminū.Ionicū.lydiū.barbaꝝ. Vt.n.a. cū freto neptuni⁹ Dux fugit uſtis nauibus. Vt nuꝑ urbibus ſubaudiēdū.Cū ſextus Pōpeius freto ſicilienſi uictus fugatuſq; eſt.neptuniū dicere ſextū Pōpeium:noli ſimpliciter dictū accipere quaſi qui in mari dux fuiſſet:ſed qđ ad eū ſtultitia proceſſiſſet inflāmatus in marinaꝝ reꝝ fœlicitate:ut Neptuni filiū ſe diceret & Cyanea ueſte obduceretur. Minatus urbi uincula ꝗ detraxerat ſeruis amic⁹ perfidis.Et ſupra dixim⁹ ſex. Pompeiū ēt fugitiuis in Sicilia ſollicitatis claſſem armaſſe. Romanus heu heu poſteri negabitis Emācipatus fœminæ.Qui nō intelligunt putāt īportunū tranſitū repēte a ſex.Pōp.ad Antoniū factū neſcientes redire poetā ad initiū æglogæ ubi ait Victore læt⁹ Cæſare:ubi de Antonio & Cleopatra uictorē uult accipi.deinde comparatione lætitiæ præſentis mentione facta ſex.Pom.& fugæ eius referens id quod cœperat exequitur turpitudinem Antonii partiumq; eius. Heu poſteri negabitis.nō credent inquit poſteri Romanos milites uelut dotales Cleopatræ datos.tam fœda ſunt hæc ut nō uideantur ab ullo romano admitti potuiſſe.ordo eſt.romanus miles & ſpadonibus ſeruire rugoſis poteſt adiuuandum hoc pronunciatione ut & rei indignitas & indignatio dicentis exprimatur. Sol aſpicit conopeum.quaſi tætis genus eſt ad culices prohibendos quo maxime alexandrini utuntur. quia ibi ex nilo culices abundant Ad hunc frementes uertunt bis mille equos Galli canentes Cæſarem. ſignificat equitum gallorum duo millia ab antonii partibus ad cæſarem tranſfugiſſe:quorum mentio iam facta eſt:ut romanos qui ſub prepoſitis ſpadonibus æquo animo militarent magis oneraret per comparationem gallorum qui hoc dedignati ad cæſarem ſe contulerunt. Hoſtiliumque nauium portu latent Puppes ſiniſtrorſum citæ.

Ordo est puppes hostiliũ nauiũ latent portu allocutionẽ attende mirandã σύνεκδοχην περίφρασιν. sinistrorsum citæ aũt quod dixerat manifestũ est alexandriã uersum esse:itelligendũ ãt e littore Epiri ubi pugna naualis cum antonio fuit.si italiã petas in dextera necesse est: si alexandriam in sinistra.

CHRI. Sub alta domo.Credo turri intelligere mœcenatis. Sonante carmẽ mixtũ ti. Vt cithara tibiis carmen canat. Doriũ.doricũ.i.græcũ. Barbarũ.phrygiũ:nam ut supra demõstratum est auctore plutarcho hygris siue marsyas eius fi.prius in phrygia tibiã inflauit. Vt nuper.hac deuotione tecũ nũc bibã qua tũc cũ superatus est Sex.Põpe. Neptunius.qa mari bellum gerebat. Vincula quæ det.s. Duplici nota afficit Pompeiũ:& quod bellũ patriæ inferret:& ꝙ seruos ad libertatẽ in epyro & alibi cõuocaret.ut eos cõtra patriã armaret. Romanus.redit ad antoniũ & eius milites:q emãcipati .i. liberi possint seruire spadonibus:qui reginã regunt.ꝑserti cũ sint armis instructi quibus se in libertatẽ uendicare ualeant. Spadonibus.castratis. Rugosis.nã emasculati cũ multũ de naturali calore amittãt pallescũt Conopeũ.tẽtorii species est.ut sit tutamẽ aduersus culices ἀπὸ τῶν κωνώπων.i.culicibus:arguit ergo delitias & mollitiẽ Cleopatræ:quæ in seuera romanorum militia ita lasciuiret. Galli.equites qui erant in cæsariano exercitu.

Sinistrorsum.scilicet ad alexandriam.

Io triumphe tu moraris aureos
Currus & intactas boues.
Io triumphe nec iugurthino parem
Bello reportasti ducem:
Neq; africanum cui super carthaginem
Virtus sepulchrum condidit:
Terra mariq; uictus hostis punico
Lugubre mutauit sagum.
Aut ille centum nobilem cretam urbibus
Ventis iturus non suis:
Exercitatas aut petit syrtes noto:
Aut fertur incerto mari:
Capaciores affer huc puer scyphos:
Et chia uina aut lesbia:
Vel quod fluentem nauseam coherceat
Metire nobis cæcubum
Curam metũq; cæsaris rerum iuuat
Dulci lieo soluere

ACRON. Intactas.paratas ad sacrificandum ꝓ triũpho:intactas aũt integras & sinceras:ut & intacta totidẽ ceruice iuuencas. Nec iugurtino parẽ.Non tanta ait gloria triũphauit marius de iugurta. Super.cõtra:deuicta.n.carthagie uirtute scipiõis africani:cũ afri aduersũ rõanos denuo rebellarẽt cõsulto oraculo rũsum ẽ.ut sepulchrũ scipioni fieret:qđ carthaginẽ respiceret.tũc leuati cineres eius sunt & pyramide ĩ uaticano cõstituta & hũata in sepulchro eius in portu carthaginem respiciente. Hostis.antoni⁹. Punico. purpureo sago aut patrio. Ille.metellus siue antonius:uñ & metellus creticus dictus est. Centũ.n.c. u.ut centũ urbes hitant magnas ubertima regna Ventis itur⁹ nõ suis.nõ ꝓsperis nõ optatis. Exercitatas aut petit syrtes noto.non noto petit:sed noto exercitatas.hoc est uẽto tẽpestuosas & naufragas. Aut fert' incerto mari.ꝓ ipse incertus & luridus quo casus attulerit. Vt ibant obscuri sola sub nocte ꝑ umbrã. Capaciores. ꝓ leticia maiores. Fluentẽ.ĩminentẽ:aut ꝓ potu nimio fluẽtẽ. Metire nobis.c.Imple uinũ bonũ:qđ aduersũ nauseã prosit. Curã.i.sollicitudinẽ & metum de absentia cæsaris ueniẽtẽ ebrietate sopiri. Dulci lyæo soluere.pellere:ut nũc uino pellite curas.

POR. Io triumphe moraris aureos Curr⁹. q̃si deũ inuocat triumphũ tu iqt moraris currus q iã parati sĩt. Et intactas boues.i.idõitas nõ sic dixit q̃si fœmĩnis tñ triũphãtes sacrificent:sed qa metro qđ gratius fœminino genere boues:quã masculino dñr.Deniq; ut Virg.ille meas errare boues ut cernis. Io triũphe nec iugurthio parẽ bello reportasti ducẽ.ñ tãta iqt gloria.C.marius de iugurtha triũphauit. Terra mariq; uictus hostis punico Lugubre mutauit sagum.hoc est deposuit coccineã chlamydem Antonius qua.s.imperator utebatur & accipit lugubrem.i.nigram. & utrũ obluctum uictarum partiũ hoc facit an ut in fuga lateat. Exercitatas aut pe.syr.noto.Nam & alibi ait undas exercet auster incerto mari.ἀφαφοσα.ad ipsum id est ipse fertur incertus consilii. Vel quod fluentem nauseam coerceat. Metire nobis cecubum.quia austerissimum est cæcubum uinum merito nauseam cohercet & metire inquit cyatho hauriebat ex cratere uinum.

CHRI. Io.uox gaudiũ exprimens. Iugurtino.in quo de iugurta triũphauit Marius. Neq; africanũ.q de carthagine triũphauit. Super carthaginẽ.Nã excellentius fuit carthagine sepulchrum. Scipionis.Hostis carthaginensis. Mutauit sagũ lugubre.i.pullatũ. Punico.i.purpureo.i.accipit lugubre pro purpureo.

Aut ille.Hannibalem intelligit:qui exul a patria factus diutius uagatus est.

Deuouet mœuium poetam.

m Ala soluta nauis exit alite
Ferens olentem mœuium:

ACRON m Ala soluta. Solui.dicitur nauis quando de statione uel portu dimittitur. ut soluite uela citi. Alite.hic & hæc ales. sed hic pro auspicio posuit alite. Olentem. putentem.ut Allia serpillumque hærbas contundit olentes. de

Vt horridis utrunq; uerberes latus
Auster memento fluctibus.
Niger rudentes eurus inuerso mari
Fractosq; remos differat:

quo & Vir. Qui bauiũ nõ odit: amet tua carmia mæui. Horridis. u. u. l. Tempestatẽ imprecatur mæuio nauiganti. Differat. cessare facit.

POR. Mala soluta nauis exit alite ferens olentẽ moeuium. hic est moeuius iportunissimus poeta: quẽ & Vir. cũ simili cõtumelia noiat. bauium nõ odit amet tua carmia moeui. Olẽtẽ ãt pro putido dictum accipe. ẽ. n. σχῆμα λύπτοτισ. Mala alite. hoc est malo auspicio & attẽde alitẽ hic foemi nino genere dixisse: alibi masculino: ut qualẽ ministrũ flumis alitẽ. Vt horridis utrunq; uerberes latus auster memento fluctibus. Iocunde quasi uento præsenti præcipiat. & utrũq; latus nauis utiq; intelligendum est. Niger rudentis eurus inuerso mari. quod est euerso mari an contrariis fluctibus.

CHRI. Mala soluta nauis exit alite. O-minat mala nauigaturo Moeuio. Mala quia in feminino genere pro malo augurio ponitur. Vt ait Acron. Olentem. mae olentem: & refertur ad famam.

Insurgat aquilo quantus altis montibus
Frangit trementes ilices.
Nec sydus atra nocte amicum appareat:
Qua tristis orion cadit.
Quietiore nec feratur æquore
Quam graia uictorum manus
Cum pallas usto uertit iram ab ilio
In impiam aiacis ratem
O quantus instat nautis sudor tuis
Tibiq; pallor luteus
Et illa non uirilis eiulatio
Preces & auersum ad iouem
Ionius udo cum remugiens sinus
Noto carinam ruperit
Opima q; si præda curuo littore
Porrecta mergos iuuerit
Libidinosus immolabitur caper
Et agna tempestatibus.

IACRON. Mõtib9 altis. q maiori tẽpestati sub iacent altitudie sui. Trementes. cõmotas & uiuẽti inclinatas. Nec syd9 atra nocte nigra. sine amico nauigãtibus lunæ lũine. hoc ẽ ꝓspero: ut nec cãdida cursum luna negat. Qua tristis orion. tẽpestuossus: in occasu. n. signi ipsi9 maxie tẽpestates emergũt: ut nibosus orion. Cadit. occidit: ut suadẽtq; cad entia sydera sonos. Quietiore nec f. æ. ꝑ min9 cõcitato. Quã graia. u. m. Talẽ nauigatõis optat errorẽ qualẽ post troiæ excidium laborẽ græci uictores ptulerunt aut naufragiũ re uertentes in mõte caphareo. Cũ pallas usto uertit irã ab ilio. minerua. n. sacerdote sua ab Aiace uiciata irã uerterat a Troiãis in græcos. ut Pallas ne exurere classẽ Argiuũ atq; ĩpos potuit submergere ponto. Vnius obnoxã & furias aiacis oilei:

Et illa nõ uirilis eiulatio. plãctus ratiõis exps & magis fœminis conueniẽs. ut Fœmineũ clamorẽ ad sydera tollũt. & iuuena. flagrãtior æquo ñ debet dolor esse uiri. Auersũ. nõ audientẽ & iratũ: ut Auersa deæ mẽs. Ionic9. Hadriacus. Carinã ruperit. nauẽ soluerit tẽpestate. a parte totũ: Carina. n. toti9 nauis cõpago est. Opia. ꝑcipua aut piguis. Porrecta mergos iuuerit. hoc est si cadauer moeuii in littore eiectũ marinis auibus iacuit cibus. Porrecta. extẽta. ut Quaq; iacet mediũ Rhodope porrecta sub axẽ. Libidinosus immolabitur caper. Similitudini ipudici & petulanti' poetæ animal comparat immolandum: si mortis eius uoti compos: extiterit.

POR. Qua. t. o. cadit. qua nocte. s. Cũ pallas usto uertit irã ab Ilio ni ĩpiã aiacis ratẽ. hoc est ex Virg. lectiõe satis notũ. Et illa nõ uirilis eiulatio. Eiulatio potius id dr̃ q; est q̃si gemitus flentis. σκῆμα λύπτοτισ. Ioni9 udo cũ remugiẽs sin9. Noto carinã ruperit. udo ãt noto hoc ẽ aquoso ac pluuioso. Opia q; si præda curuo littore. opimam prædã corpus ipsius moeuii intelligamus ex quo apparet pinguem fuisse.

CHRI. Cadit. quia i occasu maxime nocet. Quietiore nec feratur. Ferunt mineruã aiaci oilei filio uehæmenter iratam fuisse q; ille in suo tẽplo cum Cassandra concubere ausus sit. Quapropter fulmine eius nauem combussit: & ipsum interemit. Quam fabulã in primo libro eneidos ponit Virg. Vertit iram ab ilio. Nam ilio exusto troianos ulta fuerat. Itaq; conuertit iram in aiacem: quem nondum erat ulta. Non uirilis. nam eiulabis ut fœmina pre timore naufragii neq; uirilẽ grauitatẽ obseruabis. Præda. s. cadauer tuum ex naufragio ad littus reiectũ. Iuuerit merg. quia te pascentur Mergi aues aquaticæ sunt a facilitate mergẽdi noiati. Libidinosus. pro libidinoso 's' hoie Agna tẽp. qm̃ ille cã mortis fuerit.

ACRON

Ad Pectium de inachia.

Pecti nihil me sicut ãtea iuuat grauĩ
Scribere uersiculos amorẽ percussum

Pecti nihil sicut añ iuuat. Metrum primo uersu ternariũ iãbicũ. Scd̃s ex pentiememeri dactilica & iãbica. Alii dicunt esse ternarium iãbicũ q̃dratũ a dactilo & iãbico. Pecti nihil me sicut ãtea iuuat. s. u. dicit se amore detẽtũ ad faciendũ uersus nec delectationẽ habere nec aium.

Amore qui me preter omnes expetit
Mollibus in pueris aut in puellis urere
Hic tertius december ex quo destiti
Inachia furere: siluis honorem decutit
Heu me per urbem: nã pudet tanti mali
Fabula quanta fui: couiuiorum & pœnitet
In quis amantem langor & silentium

Expetit.exequit. Siluis honorem decutit. hyemẽ significat p casus folio℞:ut cũ siluis aqlo decussit honorẽ. Heu me p urbẽ nã pudet tãti mali.f.q.f.nõ couiuio℞ pœnitet.sed ꝙ fabula fuerit. Couiuio℞.ꝙ ut finẽ amoris ei⁹ ondẽret sub pœnitudĩe recordat. In qs.i qb⁹. Lãgor.stupor:siue ai torpor:siue cruciatus q solet amatorib⁹ euenire. Arguit.ꝓbat:ut degeneres aios tior arguit.

POR. Pecti nihil.m.s.a.i. Pectiũ cõtubernalẽ alloquit idicãs occupato sibi amore lycisi pueri nõ libere uersus scribere. Hic.t.d.ex.q.d.i.f.s.b.d.siluaꝝ honorẽ folia arboꝝ:& uir.dixit:frigid⁹ & siluis aquilo decussit honorẽ. Reuera ãt mẽse fere decẽbris spoliãt arbores folis. Heu.m.p.u.q.f.f.hoc ãt qsi iuxta se positũ illatũ ẽ:nã pudet tãti mali ꝙ iõ itulit ut õnderet cur igemuisset. In quis.a.l.&.s.a.arguit media syllaba ꝓducte ꝓnũciãdũ quia ꝑsentis tẽporis est

CHRI. Pecti nihil me sicut.ꝗrela de amore ad pectiũ familiarẽ suũ.Quo i loco amorẽ abominãdo oẽs ab illo deterrere conat. Nihil me iuuat ut antea.Ostẽdit magnitudinẽ amoris:a quo ñ lætitia quadã ꝓueniat:ũt iuuet illũ scribere. Tertius decẽber.tertius ãnus. Honorẽ.frõdes:illæ.n.arboꝝ honos sũt. Heu.õndit amantiũ miserias. Fabula quanta.sententia & a Petrarca nostro traducta ad suum primum carmen In qs.ꝑ qb⁹. Langor aũt ex ai ægritudine. Et silentiũ.quia secũ assiduo mlta taciturni cogitãt amãtes. Vel notat illd.Incipit affari mediaqꝫ i uoce resistit.

Arguit & latere petitus imo spiritus
Contraqꝫ lucrum nil ualere candidum
Pauperis ingeniũ querebar applorans tibi
Simul calentis ut inuerecundus deus
Feruidiore mero arcana promorat loco
Quod si meis inæstuet præcordiis
Liberabilis ut hæc ingrata uentis diuidat
Fomenta uulnus nil malum alleuantia
Desinet impibus certare submotus pudor
Vbi hec seuerus te palam laudaueram
Iussus abire domum ferebar incerto pede
Ad non amicos heu mihi postes & heu
Limina dura quibus lumbos & infregi latus
Nunc gloriantis quanlibet mulierculam
Vincere molitia: amor lycisi me tenet:
Vnde expedire non amicorum queant
Libera consilia: nec contumeliæ graues:
Sed alius ardor aut puellæ candidæ
Aut teretis pueri longã renidẽtis comam:

ACRON. Et latere petitus imo sps.quia & suspiriis aliquotiens amor producit ut ille suspirãs imoqꝫ trahens a pectore uoces. Contraqꝫ.l.contra meretriciã cupiditatẽ quæ lucrũ captans niualem ꝑtæferebat horatio:queritur ingeniũ poetæ optimi nil ualere. Inuerecundus deus. Dionysius. Simul. postꝗ.ut quæ simul inuersum contristat aquari⁹ ãnum. Feruidiore mero.a.p.hoc est uino accendebatur in amorẽ. Quod si meis inæstuet precor.ut iracundia commotus amatam a qua spernebatur & ipse cõtẽneret. Ingrata.sine affectu insita:ut frustraqꝫ laborem igratũ trahit.& ibi.n.de equi coitu loquebat. Fomenta.u.nil malum.l:querelæ.n.solacia doloris. nec desiderio afferunt fructũ. Ferebar incerto pede. ebrius:ut Ter.neqꝫ pedes neqꝫ mens. Dura.ipla cabilia:quia exclusus limine est.dũ amaret ait infregi latus. Lycisi.delicati pueri cuius amor supbiã meretricis me fecit cõtemnere quã amabam Vnde expedire nõ.a.queant. l.c.nullis ait cõsilis a pueri eius amore nisi forsan alio amore reuocabor Candidæ.pulchræ.ut cãdida Dido. Teretis .gracilis.

ACRON

POR. Et latere.p.i.s.spiritũ latere peti non pectore ait:quia in suspirando constat latera laborare. Contraqꝫ lucrũ nihil.u.c.p.i.contra lucrũ contra studiũ lucri.i.cõtra auariciã.Sẽsus ãt est.querebar tibi plorãs:quod candor ai mei & honesta simplicitas sine diuitiis nihil gratiæ haberet apud auaram puellam. Quærebar applorãs tibi Simul calentis inuerecundus deus. Feruidiore mero.a.p.loco.& utiqꝫ amore calentis accipiẽdum.Sensus uerus est.Cum ebrietas seueritatem pepulerat pectore meo:tũ ego amoris mei iniuriã flens apud te ꝗrebar. Inuerecundũ ergo deum:liberum uult intelligi quod inuerecundũ se per uiolentiã faceret. Quod si meis inæstuet .p.l.b.confundit lectorem uarietas elocutionis .Obliqua enim modo ratione transiuit ad rectã.nam supra oblique dixerat querebar tibi nihil ualere candidum pauperis ingenium at hæc iam est recta.quod si meis inæstuet ꝑcordiis. Desinet.i.c.s.p.Imparibus æmulis scilicet qui largiri multa possunt cũ ego nõ possim.Imparibus aũt certare per datiuũ casum figuratum est.ut Virg.tibi certet amyntas. Vbi hæc seuerus te palã.hoc est seuere dixeram arrogans mihi constantiæ laudem. Iussus abire domum.a te scilicet. Quibus lumbos & infregi latus.unde expedire non.a.q.l.c.Bene libera quia ueri amici bene solent delicta amicorum reprahẽdere studio emendationis. Nec contumeliæ graues.non iam amicorum sed ipsius pueri qui amatur.

Teres

Aut teretis pueri.i.recta crura aut brachia habentis.teres autem is longum rotundum dicitur.

CHRI. Et spiritus petitus ab imo latere.i.suspiriū. Arguit.i.indicat amorē. Cōtraq; lu.querebat̃ qđ lucrū nihil ualeret contra ingeniū candidū: Sentētia ē q̃ non prosit sibi quod cæteris ꝓdesse solet. Nā qui pauperes sūt: qm̃ cura reꝝ necessariarū assiduo ꝑmunt̃: solent aut nō incidere i amorē: aut prolapsi facile inde liberari. Amor.n.ex ocio & lasciuiori uita nascit̃. Negociis aūt & labore facile pellitur. Quaꝓpter & naso nr̃. Queritur ægisthus quare sit fcūs adulter. In ꝓmptu cā est desidiosus erat & alibi. Ocia si tollas perire cupidinis arcus. Quapp & terentianus. Menedēus filio amorem ex nimio ocio natū exprobrat. Et se iccirco in amorē nō incidisse affirmat: qa adolescens urgente necessitate cū summo labore militare coactus sit. Hæc aūt dicit nō ualere in se: qm̃ cū sit sibi igenium candidū.i.sine macula ꝑsertim auaritiæ l ucrꝝ & cupiditas habendi nihil ualet ad amorē pellendū: cū ipse sua uiuat pauptate contētus. Applorans tibi. ipudens uideri possit poeta: qui suā lasciuiā graui uiro apiat. sed excusat q̃ tortus eodē tpe & uino & amore arcana suo loco.i.ex itima mēte promere.i.manifestare cogeret̃. Deus.de bacco intelligi pōt qui suo uino hoies ad oia arcana prodenda impellit. Nā uinū tormenti speties est: unde ipse alibi. Et uino tortus & ira. Pōt intelligi & de amore: ad quē si uinū accedat: oia arcana palam fiūt. Inuerecundus.i.qui hoies inuerecundos facit. Hoc.n.utriusq; dei est. Quod.uerba sunt quibus apud mecœnatē utebatur. Bilis.ira.

seruant': aut quia trigesima sabbata religiosi⁹ colebãtur. Vin.t.c.i.o.i.iudæos cõtẽnere. Oppedere.cõtradicere: q̃si cõtra pedẽ opponere. Curtis.quia pellicula iminuti sũt.quia moyses rex iudeoꝝ: cuius legibus regunt': negligentia medicis lis effectus & ne solus eẽt notabilis oẽs circuncidi uoluit. Nulla.mi.i.r.est.i.facile hos cõtẽno quorũ religione nõ teneor. At mihi.s.p.i.i.timidus uel supstitiosus.& hac de cã colo oẽs religiões qa nimiã religionẽ ifirmitas facit & met⁹. Ignosces ordo: at mihi ignosces. Hũc cine.s.tã.n.i.diem tã moleste ortũ esse. Tã.n.tã pnitiosum tã tristẽ & aduersũ cui cõtrariũ est hunc macrine dic nu mera meliore lapillo. Surrexe.p surrexisse: ut Vir.Cũ gñe extinxẽ.p extinxissem. Sub.c.l.i.maxima molestia sub illo garrulo. Obuius.epiphetomenos. Aduersarius.creditor. Et.l.a.denunciãtes lítẽ antestatos habebant: quibus p̃sentibus cõueniebãt: ita ut aurem illis tertõ uellerent. Sic Seruius magister urbis exponit. Alii sic exponunt: qđ Horatiũ iterrogauerit: si testis esse pateret.& Ho.obtulerit aurẽ ultro. Solebãt.n.testium aures tenere & ita dicere. Memento qđ tu mihi in illa cã testis eris: qđ est antestari. Aliter olim qui antestabãt' auriculã cõtigebãt.iõq; poeta ait libẽt auriculã obtuli. Tangens ãt auriculã his uerbis loquebat'. licet antestari. si ille rñdisset licet p iniectionẽ manus aduersariũ suũ i iudicium trahebat. Quod si antestatus nõ esset & manũ iiecisset iiuriæ reus cõstitui poterat. Plau.in persa.leno ad satyrionẽ parasitũ. Nõne antestaris.& parasitus. Tua ne ego cã carnifex cuiq̃ mortali libero aures atterã. Aliter antestari.i. teste uti qđ iudicii cã uolo manũ iniicere. Nã hæc erat cõsuetudo si qs uadato nõ paruisset. eia aduersarius aliquẽ de p̃sẽtibus antestabat'.i.tãgebat ei⁹ aurẽ: & dicebat licet ne añstari: si rñdisset ille licet. tũc iniiciebat uadat⁹ manum in eũ q nõ paruisset: & dabat in iudicium. Aliter si iniecisset manum iniuriarum poterat accusari.

POR. Nõ.n.lentissima b.sed lentissime prensare brachia itelligendũ. Male.s.r.stolidus ac derisor.

Certe.n.q.s.hoc Hor.ad Tuscum q̃rens aliquã cãm qua se ab iportuno illo auellat. Hodie.t.s. Sabbata lunaria significat qa uulgares hoies ferias sibi assumũt. Vi tu.c.i.Curtos dixit pp uirilis mẽbri recisã pelliculã. Oppedere iudæis. cõtẽnere eos ac religiões eoꝝ decredere. At.m.s.p.in hoc fuscus dicit ne Horatiũ cupientẽ auelli ab illo molesto liberaret. Hũc cine.s.t.n.Ho.dicit nigrũ ac p hoc tristẽ diẽ sibi illuxisse qui i istũ molestissimũ iciderit. Et quo .t.cum aduersarius occurrisset illi iportuno hoc ei dicit. Et l.a.aduersarius molesti illius Horatiũ cõsulit an pmittat se antestari iiecta manu extracturus ad p̃torẽ q; uadimonio nõ paruerit. De hoc ãt lege.xii.tabulaꝝ his uerbis cautũ est. Si uis uocationi testamini igit' en capito antestari.est ergo antestari.s.anteq̃ manũ iniiciat. Ego uero.o.a.hoc Hor. Porro ãt qui antestabat' auriculã ei tãgebat dicens licet antestari .si ille rñderat licet & tũ iiecta manu aduersariũ suũ extrahebat nisi ita antestat⁹ esset q iniicere manus aduersario uolebat iiuriaꝝ re⁹ cõstituit'. Sic.m.a.hoc de sensu Homerico sũpsit quẽ & luci.i.vi saty. repræsentauit. sic dicẽs ut discrepat hac. Quẽ rapuit Apollo fiat ergo. significat sic liberatum ac recreatum dum illum molestum aduersarius suus rapit Apollinem imitatus.

CHRI. Male.s.i.salsus cõtra meã uoluntatẽ. Certe.n. Verba horatii ut illũ sub huiuscemodi simulatione admoneret: ut se eriperet. Sed fuscus q illum eripere nolet a garrulitate illa iportũa respondebat se meminisse id qdem. sed nõ esse ea die tp̃s. Trigesima.s. Dicebantur trigesima sabbata qñ luna noua quæ est i trigesima die currebat i sabbato: q̃ neomœnia appellatur quasi noua luna. Vin tu.q.d.scio qua religiõe es te nolle. Sunt ãt miræ facetiæ & urbanitates nõ.n.curabat sacra iudæoꝝ fuscus. idq; sciri ab horatio sciebat: sed ea serio dicere simulabat: quæ p iocũ dicta credi uolebat. Curtis. Diminutis pp abscissionem p̃putii: sic.n.appellat' pellicula illa quam i uirili membro iudæi circuncidunt. Vnde. illos apellas.i. sine pelle nominauit. Fuisse ãt p ea tpa & i odio simul & i cõtẽtõe iudæos: eoꝝq; religionẽ.& Iuue.& Quĩtilianus: & Tranquillus: & Tacitus & pleriq; alii scriptores testes sunt. Oppedere. resistere & opponere. Translatio a militibus cũ pedẽ pedi opponunt. Vir. Heret pede pes. Nulla .m.uerba horatii. At.m.rñdet fuscus. Paulo.i. Magis q̃ oporteat meticulosus: & ppea superstitiosior. nã superstitio ex metu p̃uenit. Vnde illud cãpanei apud statiũ. Primus in orbe deos fecit timor. Solẽ nigꝝ. Diẽ ifœlicem. Surrexe. surrexisse. Licet atte. Mos erat ut uolentes in iudicium aliquem rapere prius attestarentur id est ex circunstantibus aliquẽ testem facerent: aurem enim illi uellebant & admonebãt: ut esset memor. Vellebant ãt si ille uellendã p̃beret. Alioquin illã tangere ius nõ erat. Ergo cũ testis aurẽ p̃buisset tũc attestabatur: ac deide aduersariũ poterat i ius rape. Nec temere erat q; uolẽti testi aurẽ uelleret quo esset memor. Nam aurem memoriæ dedicauit antiquitas: hic maro. Cinthius aurem uellit & admonuit pastorem. Tityre pingues pascere oportet oues. Sed & Plautus ad saturionẽ parasitum. Nõne attestaris? Cui parasitus rñdet. tua ne causa

cuiq̃ mortali libero aurē atterā. Et itigit' attestari testē u ocare. Vñ & attestata fulmina dicebāt: q̃ iterato fie bant quasi q̃ haberent suū testimonium. Oppono auri.i.porrigo auriculā uellēdā: ut attestet' & post atte stationē possit in ius rapere. Rapit in ius cū aurē uellisset. Apollo. ul' quia poetarū tutela ē apollo: uel apol linē posuit pro foro in quo hic detentus est: nam in foro augusti teste Plinio apollo fuit. Sic & Iuue. Sportu la deinde forum iurisq̃ peritus apollo.

ACRON

SATYRA DECIMA.

uersus

Nempe incōposito dixi pede currere
Lucili. quis tā lucili fautor inepte ē
Vt nō hoc fateat'. at idē quod sale multo
Vrbem defricuit: charta laudat' eadem.
Nec tñ hoc tribuēs dederi quoq̃ cetera ñ sic
Et laberi mimos ut pulchra poemata mirer
Ergo nō satis est risu deducere rictum
Auditoris: & est q̃dā tñ hic quoq̃ uirtus:
Est breuitate opus: ut currat sñia: neu se
Impediat uerbis lassas onerantibus aures.
Et sermone opus est mō tristi sæpe iocoso
Defendente uicem mō rhetoris atq̃ poetæ

Nempe. aut cōfirmātis aut iterrogantis. Nēpe certe Cōfiteor me dixisse: quod asperos & icōpositos uersus fecit Lucilius. Respōdet his a quibus culpatus fuerat: quod Lucilii uersus dānasset i satyra Eupolis atq̃ Cratinus. & dicit se ñ poetā icrepasse: sed uersus. Inepte. stulte. inepte fauemus a icui quādo apta uitia eius negamus.

Vt nō hoc fateat'. Quod asperior & incōpositus ē. At. i. q. s. Subiectio ē. i. sed i multos principes ciuitatis multa uenuste & iocose dixit i eodē opere & pseuerauit in metaphora. Sale. defricuit. Quod sale. m. u. Venuste facere. Sale multo ideo ait numero singulari q̃ dicturus erat pfricuit. ut quasi uere sal faceret. Nā sales pluraliter dicēdi sūt: cū urbanitas significat'. Vrbē defricuit nō urbē sed principes urbis mutiū & lupos & cæteros. Charta lau. e. i eodē poemate. Nec tñ. h. t. i. quāuis cōcedo facecias & uenustatē Lucilio. tñ nō iō cōcedo ei oīa q̃ debet' habere poeta q̃a iocose & satis urbane lacerauit uitiosos homines

Nō. s. & l. m. i. si dico Luciliū iō bonū poetā eē q̃ hēt facecias idē mihi dicēdū ē de laberio mimographo Nā & his hēt facetias. Sed multis caret q̃ poeta debet habere. Nā & mimorū ioca sic laudo: ut nō cætera illis assignē q̃ pfecti sūt opis. p hoc Lucilii op' mimis cōparat. Risu diducere rictū. apire os & risū mouere. Rictus icerti generis ē. Nā & hic rictus dicit' & hoc rictū mēsura oris. Et ē auditorē mouere ad risū. Est. b. o. si uis opus facere brenitate opus ē: ut cito sñia finiat'. Sñia illa quæ risū mouet debet eē cita & manifesta. Aliter sensus nō solū i eo ē opus: ut pauca copiose sed ut breuiter mlta dicat'. Sic & cato a Salu. Laudat' q̃ multa paucis absoluerit. Aliter sñia nō debet eē plixior ne aures oneret anditori & nō itelligat'. Et sermone o. ē. m. t. s. i. opus ē sermone. & q̃ mō iocos dicat mō defendēte uicē oratoris mō poetæ: mō urbani pcētis uiribus suis. Nā cū iducis loquētē rusticū nō debes loq̃ p igenio tuo sed p igenio rustici: q̃tm̃ q̃tū poetæ est.

Rictus

POR. Nēpe i. c. d. p. c. u. Respōdet iis a quibus iculpatus erat q̃d Lucilii uersus dānasset in ea satyra quā supra habuit quæ sic incipit. Eupolis atq̃ cratinus Aristophanesq̃ poetæ. Nā dixerat ibi duros compone re uersus. Nā fuit hoc uitiosus. Nunc autē dicit ñ se poetā iprobasse sed uersus eius quos ñ suo uitio duros: sed seculi fecit. At idē quod sale multo urbem defricuit charta laudat' eadē. Salem p urbanitate posuit. Sed sales in hac significatione pluraliter solent dici uerū quia defricuit erat dicturus necesse habuit quasi uere id sal faceret loqui. & ideo singulari numero dixit. Scimus autē Luciliū urbanis salibus multos Romanorū carpsisse. Nā sic & Laberi mimos. negat lucilii uersus magnopere mirandos eē quanuis iocis & amaritudine abundantes sint reuera humiles & in uerbis & in cōceptionibus & in materia. Ergo nō satis est risu deducere rictū auditoris. nō satis ē iquit tantūmō loqui: ut q̃ audiat rideat: quāuis nō negauerim esse ēt in hoc nōnullā uirtutē. Est breuitate opus ut currat sñia neu se. Breuitate orationis utēdū eē ait cū cito sententia finiat' ne defatigetur auditor. Eloquentiæ. n. uirtus non tantū in eo est ut pauca copiose: sed etiam ut breuiter multa dicat. Sic &. M. Cato & Salustius laudatur multa paucis absoluisse.

CHRI. Nempe incōposito. Defēdit quod in superioribus dixerat in luciliū: nam erant qui q̃ ipse dixerat carperēt: & falsa demōstrare niterēt'. Sūt codices i q̃bus sit huiusmōi pricipiū: Lucili q̃ sis mēdosus teste catōe. Defēsore tuo cōuicā q̃d male factos: Emendare parat uersus hoc leuius ille. Est quo uir melior longe subtilior illo. Qui multū puer & loris & funibus udis: Exoratus ut esset opē q̃ ferre poetis. Antiq̃s posset cōtra fastidia uestra. Grammaticorum doctissimus ut redeā illuc. Acrō tñ a uersiculo quē posui icipit. Nēpe. initiū abruptū ē: ut cōuenit satyro. Incōposito. Nā cū eloquētia elegātia: cōpositione: & dignitate constet. Lucilius i cōpositione: peccabat. Est. n. cōpositio apta & quadrās iter se cōstructio uerborū. At lucilius ut ipse iā dixit fluebat lutulētus. Ergo nō erat i illo recta cōpositio. Fautor inep. Inepte. n. fauet qui tribuit alicui quæ sua non sūt. Fateatur. coactus. s. ab ipsa ratione. Fatemur enim coacte. Confitemur sponte. Multo sa. Multis salibus: nam in singulari condimentum significat: in plurali urbanitatem: sed ipse in singulari dixit per translationem a carnibus: quæ ut seruentur fricant' sale. Hæc fricatio carnes exurit. Vnde indicat

sales suos fuisse mordaces:ppterea& Iuue. Secuit lucilius urbē. Nō tñ.h.t.quis cōcedā illius sales:nō tamē cōcedā illū eē ī oībus perfectū. Mimos la.p laberi. Laberius eni de quo ē: alibi diximus:poeta mimo⁊ fu it:qui adeo cæsarē delectauit:ut ī fine ludo⁊ aureo anulo a cæsare donatus e uestigio ī quattuordecim or/ dines ad spectādū migrauerit. Cui sedile quereti aiūt respondisse ciceronē. Recepissē te nisi anguste sederē quo scomate notabat cæsarē q senatū supra nume⁊ nimis auxisset:sed remordit illū. Laberi⁹. Nec mi⁊ īgt si anguste sedes:qui soles duabus sellis sedere:ueluti illū leuitatis īsimularet:snīa āt ē : q quāuis ī laberio sa/ les pbem:nō ppterea tñ illū pfectū poetā dicā. Rictū.nō solū hiatū ipsū dicimus uñ uerba exeūt & cibus īgredit:sed ps illa circa ipsū hiatū:q ī hoīe ridente uel alio mō os torquēte lineis qbusdā terminat:ut maxi/ me sūt labia. Lactā. Sic oris quoq spēs & rictus ex trāsuerso patefactus : q utilis q decēs sit enarrari nō potest. Deniq ego ita puto rictū eē figurā ī ore ad tēp⁹ aliquo mō cōtractā uel pductā:uel īuersā ul extēsā : q paulo post reditura sit ī naturalē formā.hic Iuue. Ipē ad cōspectū cœne deducere rictū Suet⁹hiat tm. Hic putāt dici Rigor:cū canis ex ira ī rurgas deducit os. Sed dicimus deīde rigi stomachari & irasci. Hic quoq uirtus.s. mouere risū sed ē opus aliis uirtutibus pcipue breuitate.

Interdū urbani parcentis uiribus:atq
Extenuātis eas cōsulto:ridiculum acri
Fortius & melius magnas plerūq secat res:
Illi scripta quibus comœdia prisca uiris ē:
Hoc stabāt:hoc sūt īitādi quos neq pulcher
Hermogenes unquā legit neq simius iste:
Nil præter caluū & doctus cātare catullū.
At magnū fecit:quod uerbis græca latinis
Miscuit:o seri studiorum:qui ne putetis
Difficile:& mirū rhodio quod pitholoēti
Contigit:at sermo lingua concinus utraq
Suauior:ut chio nota si cōmixta falerni est.

ACRON. Interdū.u.p.u.iterdū urbani hois sermone opus ē:qui ut delicatus uideat minus se ōndit facere q possit sed non q in dicēdo uiribus pcat:sed q aliis uires minores demonstret. Sæpe urbanus rustico loquēs cū multo plura possit:par cit uiribus ī loquēdo & cōsulto.i.spōte & dispēsa torie extenuat uires suas.quasi nō copiosius cum eo agere ualeat. Ridiculū.a.f.&.me. locus sæpe plus mouet hoīem quā res acris.plærūq inqt ue/ nuste & ridicule dicta plus mordēt quā q acriter & turbulēter plata sūt. Itē sæpe ioculare maledi/ ctū grauius uulnerat quā res aspera.i.satyra. Illi s.q.c.p.u.e.h.st. Id est ātiqui comœdiographi.iō placuerūt qa tēperabāt fabulas suas ioco & tri/ sti:& hi mō partes rhetoris seqbāt mō poetæ. Eo ipso placebāt quod ridicula eo⁊ magis morde/ rēt:quā si acria ptulisset. Quos neq.p.h.& de/ metrius quē iste simiū appellat genere masculi/ no pp deformitatē & breuē staturā āmbo obtrecta tores fuerūt horatii. Erāt āt musici modulatores. Simius.demetriū quendā poetā significat:q fuit breuis staturæ.hic pter caluū & catullū poetas alios nō legerat ad nullā rē doctus nisi catulli & calui uersus cātare & imitari qui dramatopeos erat.hoc ē amatorias cātiones scripserat. O.s.st.οψιαλ τεισ q sero studiis ua/ care cœpistis.qui seri estis ad studia Castigat eos qui mirāt luciliū qd latīs græca miscuerit. Qui ne.quasi cur ne.aut uacat ne:ut qui pnomē sit.i.putatis ne eū aliquid magnū fecisse q scripsit sicut pitholeō abiectus poeta. Nā dicit pitholeō epigrāmata ridicule scripsisse ī quibus græca uerba mixta erāt cū latinis. Aliter pitholeō rhodius huiusmōi.fecit epigrāmata:ut latinis græca cōiūgeret adeo nō ē difficile: & ideo non di gnū miraculo.&.n.īfirmitatis putat nō latinis cōpleri quæ latinis sūt cœpta. Cōcinus.cōpositus.cōiūct⁹ Vt chio nota si cōmixta falerni ē. Genera uini optimi chii & falerni.chiū.n.dulce ē.falernum auste⁊:ergo mixtū iocūdū fit uel subiectio ē.i.sed suauis fit sermo cōiūctus ex latino & greco quēadmodū si miscueris fa lernū uinū cum chio. Sed cōparatio hæc nō cōgruit. Nā uinū chiū mixtū cū falerno facit suauitatem: quia chium dulce est:austerius falernum.græca uero cum latinis mixta dissimilitudine naturæ carent suauitate. Nota.ideo quod aut uina notantur in lagenis:aut consules.

POR Interdū.u.p.u.qui aliqñ parcit uiribus.i.laborare nō uult atq ēt siquid roboris ī corpe hēt uult da ta opa delicatus uideri. Ridiculū.a.f.&.m.m.p.s.r. Interdū īquit uenuste & ridicule dicta magis mordent q quæ acri & turbulenta oratione prōpta sunt. Illi scripta quibus comœdia prisca uiris est Hoc stabant. absolute hoc ē hac re:& stabāt constabant ac ualebant significat.ad id autē pertinet hoc stabant: q dixerit ridiculum acri fortius ac melius magnas plærunq secat res. Neque simius iste. Adnotandum cum uulgo receptum sit simiam tantum dici debere Simium dixit.M. Demetrium autem modulatorē propter maciē ac paruitatē corporis hoc nomīe appellat. Hos autē duos Hermogenē & Demetriū negat antiquas comœ dias legere:neq alios q Lucii Calui & Valerii Catulli uersus modularii:Itaq fastidiri eo⁊ iudiciū:& infra Demetri Tigelli ait.discipula⁊ iter iubeo plorare cathedras. At magnū f.q.u.g.latinis miscuit. Castigat eos qui mirantur Lucilium quod īseruit uerba græca carmini latīo:cū id facere qsq possit:Sicut Pitholeō Rhodius qui huiusmodi epigrāmata effutiuit magis quā scripsit. Et.n.īfirmitatis putat eē orationē latinā uerbis græcis fulcire. O seri studio⁊.εκλ ειψισ deest q uultis docti uideri. Qui ne putatis.ne adiectū:ut egone abundat ne syllaba.ē sensus:O seri studio⁊ qui putatis difficile eē quod Rhodio Pitholeōti cōtigit

hic āt p quā ridicula latinis admiscuit. Vt chio nota si cōmixta falerni ē. Dulce austeris: uino falerno chiū mixtū suauē saporē facit: nō tñ itelligi uult uerba græca ac latina mixta eadē rōe cōcinam reddere orōem. An & cū dura tibi pagēda rei sit cā Petilli. Maligne Petillū capitolinū durā cām habere dixit quanuis absolutus sit: hūc autē & supra rettulimus reū fuisse furtorum Capitolii cuius custos fuerat.

CHRI. Est itē op⁹ uarietate sermōis: nā cū narrat opposita sit aliquādo nō solū i negociis: ueꝝ ēt i psonis debet habere talis narratio sermōis festiuitatē: aioꝝ dissimilitudinē: grauitatē: lenitatē: spē: metū: & huiusmodi aī affectus: ut alia oratio sit auari: alia pdigi. Aliter lætus: aliter mœstus loquat. Præterea hoc euenit cū dat unicuiq; quod suū ē. Ridiculū. nā psæpe aliquē uehæmētius taxamus aliquo ridiculo q̄ grauitate orationis. Secat. uehæmēter uexat. Sic Iuue. Ense uelut stricto secuit lucilius urbē. Hoc. ppter has quas posui uirtutes. Stabāt. uiuebāt: durabāt eoꝝ carmia: & i hoc sūt imitādi: ut cōsequamur illā eandē uarietatem: & cōmutationē stili: & breuitatē. Pulcher. hironice. Hermogenes hic erat lucilii defēsor: quē negat legisse illos græcos poetas: i quibus sūt uirtutes: q̄ nō apparēt i lucilio. Simius. Demetriū quēdā notat: qui fuit breuis staturæ poeta: & fautor lucilii. Nil pter caluū. nil doctus pter cātare caluū uel doctus cātare nil pter caluū & catullū poetas elegos. Græca latinis. quod cicero i li. de off. uitiū eē dicit. O seri stu. i. qui nō nisi sero studiis operā dedistis: uel seri. i. tardi ingenio. Qui. suspēse legēdū ē: deide. Ne putetis. ut sit iterrogatis: & dicamus: putatis ne illū magnū fecisse: q miscuit græca latinis. Pitoloēti. Hic epigrammata fecit mixta ex græcis & latis. At sermo. dicat aliqs sermo mixtus ex utraq; ligua cōcinior ē: ut ēt gustui erit suauius uinū falernū mixtū chio. Nota falerni. i. falernū i uase cuius nota & titulus erat patriæ

Cū uersus facias: teipsū pcūctor: an & cū
Dura: tibi pagenda rei sit causa petilli:
Scilicet oblitus patriæq;: patrisq; latini
Cū pedibus causas exudet publicola atq;
Coruinus patriis: intermiscere petita
Verba foris malis canusini more bilinguis
Atq; ego cū græcos facerē natus mare citra
Versiculos: uetuit me tali uoce quirinus
Post mediā noctē uisus: cum somnia uera
In siluam non ligna feras insanius: ac si
Magnas græcorū malis implere cateruas
Turgidus alpius iugulat dum mēnōa dūq;
Defingit rheni luteū caput: hæc ego ludo:
Quæ neq; in æde sonēt certātia iudice tarpa
Nec redeāt iterū atq; iterū spectāda theatris

ACRON. Cū uersus fa. teip. a simili argumētū facit. te inquit qui luciliū defēdis consulo utrū tūc tantū latinis græca pmisces: cū uersus facias: an & quādo causā durissimam petilli de furto capitolino aduersus pediū publicolā siue aduersus Messalā coruinū poras. Ita āt hi græcis abhorruerūt. ut messala primus funābuli nomē intulerit & post eū terētius funābuli eodē accessit expectatio aliter. i. qūo suauis ē sermo græcus cōiūctus latino cū uersū facis an ēt cū reū defēdis petiliū. petiliū hūc dixit superius coronā rapuisse de capitolio qui q̄uis absolutus ē: tñ durā cām habuit. Nā ab augusto absolutus ē. petilii āt genitiuus ē: pedius publicola & messala coruinus oratores fuerūt q obseruauerūt ne græcis sermonibus uterentur Erāt āt fratres causidici optimi. Exudet. cū sudore agat oi studio. oi istantia. Latini itermiscere. ordo: teipsū pcūctor an patriis itermiscere. Canusini more. aut qa canusiū oppidum cōstat ex græcis & latinis. quidā istū Pitholeōtē canusinū fuisse dicūt. aut p quocūq; canusino dixit. Aliter de pitholeōte dicit. nā & iste de canusio fuit. dicit āt biliguē quia & græci & latini apud canusiū habitāt & utūt utroq; sermone. Canusini. n. cū sint gētis latiæ & a diomede. Atq; ego. c. f. cū facere uellē. ut cū canerē reges & plia. Natus. m. c. Natus i mediterranea regione & a græcia lōge positus. Post. m. n. tūc. n. digestior aīus uera sōniat. i. quādo pituitis caremus. Vñ uetuit nō uetauit: quanq̄ hoc ēt possum⁹ dicere. In. s. nō. l. f. ac p hoc iter græcos auctores q plurimi sūt latina uelis misceri. Turgidus al. iu. d. m. alpinus hic mēnonis bella descripsit: & qa male: iō ait iugulat quasi malis caribus ipsū mēnona necat: ul' uiualiū quēdā poetā gallū tangit. iugulat ergo dixit aut nos audiētes descriptionē rheni & mēnonis aut ipsū mēnona occidit describēdo. & facit eū fortē pene sordidū Lutulētū ita describēs. Diffingit. male format. i. describit. Luteū. nō qa luteū caput hēt rhenus: sed qđ luteū facit ipse đscribēdo male luteum. & ad naturā flumis rettulit q̄m sēp turbidum ē: & ad uitium poetæ. Ludo. āt q̄m uerecunde poetæ uers⁹ suos ludos appellāt. Hæc. e. l. quæ nec i. æ. sonēt. In museo ahteneo. i. ea scribo: quæ neq; recitēt i atheneo: neq; sunt agēda i theatro. Veteres magistri ludi i sacris ædibus docebant quorum maximus tarpa erat

POR. Cū. u. f. t. i. p. eū q uers⁹ Lucilianos laudauerat: q; græca latis admixta habeāt repħēdēs iterrogat. Vtrū hoc ipse tūc tm̄ facturus sit cū poema scribat an ēt cū reū defēdat. Cū pe. i. Messala. adeo curasse dicūt ne græca latis uerbis imiscērēt: ut Messala prim⁹ funābulū dixerit σκοινοβατη Post hūc Terē. dixit funābulū. eodē accessit expectatio. Ve. m. t. u. q. Elegāter a Quirino se phibitū ait græca latiæ liguæ admiscere q̄m utiq; Ro. ut nois ita ēt liguæ Ro. auctor uidet eē: ferūt post mediā noctē sōnia ueriora eē. qa tūc iā mēs & cibo & potu purior ē. Ca. m. b. biliguis dicit: q̄m utraq; ligua usi sunt sicut p oēm illum tractū Italiæ

quē ex maiori parte græci incoluerāt. Ex quo magna græcia nomen accepit. ideo ergo Brunius Brichacæ biligui dixerūt. Turgidus Al. Cornelius Alpinus memnonia exametris uersibus nimiꝝ descripsit. & belle iugulat memnona dilogos ait. Nā sub ea specie quasi dicat dū describit queadmodū memnon iuguletᷣ itelligi uult ab ipso potius iugulati dū male scripsit. Dūq; de. Rheni. Lu. ca. & hoc dilogos: Nā i describē do Rheno qui recte luteus: q & turbidas semp aquas & limosis ripis sit quasi ab ipso poeta luteū fieri mala descriptione ostēdit. Diffingat āt figurat ac p hoc describit significat. Hæc ego ludo. supradictos inuecūdos poetas uersus suos facere ait se id genus carminis scribere q Metii Tarpe arbitrio nō subiiciatur.

CHRI. Cū uersus fa. Et causā orabis admiscebis ne utriusq; linguæ uerba? q. d. nō. Petilli. q aureā coronā iouis capitolini furatus ē: quē accusauit pedius publicola & messala coruin⁹. Coruinus āt adeo latinitatis amator fuit: ut cū schinobates audisset offēsus pegrino uocabulo funabulū dicere maluit. Canusini. dicūtᷣ canusii utroq; sermōe mixti uti. Est enī cōditū a diomede. Quirinus. optime auctor romani ipii: ut romana lingua utatᷣ monet. Post mediā noctē. Quo tpe sōnia uera sūt: nā cū aius noster diuinus sit si cōtingat ipsū eo tpe i sōnum cadere quo neq; oīno cibis exinaniti simus: neq; rursus uino & crapula grauati: sed iam decoctione illoꝝ facta exoneratus. liberq; sit animus ipse i naturā suā rediēs futura cernere sēsibus cōsopitis ualet. Nū ligna. i. isanius ne tibi uidetᷣ ferre ligna in siluā cū ille locus lignoꝝ copiosissimus sit: an ferre carmia ad græcos apud quos ifinita copia ē carminū. q. d. minus insanū ē ferre ligna i siluā q̄ carmina ad græcoss Turgidus. Qui turgido utitᷣ stilo & iflato. Iugulat mēnona. Quia nō recte scribit de mēnone aurorræ filio. Hæc e. l. q. d. ego ludo nō comœdias q̄ prius approbatæ a tarpa iudice i theatro agātᷣ ut tuo Fūdani optime poeta. Luteū. nā cū male describat rhenū fluuiū limpidissimū uidetᷣ illū reddere cenulētum.

Arguta meretrice potens dauoq; chremeta
Eludēte senem comis garrire libellos
Vnus uiuoꝝ fundani: pollio regum
Facta canit pede ter pcusso: forte epos: acer
Vt nemo uarius ducit: mole atq; facetum
Virgilio ānuerāt gaudētes rure camœnæ.
Hoc erat expto frustra uarrone athacino
Atq; qbusdā aliis melius: qđ scriberᷣ possē
Inuētorᷣ mior: neq; ego illi detraherᷣ ausim
Herētē capiti multa cum laude coronam:
At dixi fluere hunc lutulētū: sepe ferētem
Plura quidē tollēda relinquēdis. age queso
Tu nihil i magno docto deprǽhēdis hōero:
Nil comis tragici mutat lucilius acci:
Nō ridet uersus enni grauitate minores:
Cū de se loqtur: nō ut maiore reprǽhensis:
Quid uetat & nos met lucili scripra legētes
Querere: num illius: nū reꝝ dura negarit
Versiculos natura magis factos: & euntis

ACRON. Iudice ergo ait eo q pueri uersus sonantes sub eo iudice essēt: uel i æde musaꝝ ait quo solebāt poetæ uenire. & dicta multis audiētibus recitare captātes laudē ex uersibus: & iō tarpā iudicē uoluit. uel q tarpa pbare cōsueuisset quæ ad scænā eēnt. p hoc illud ait dicta mea alienū iudiciū expectāt. nec comœdias scribo quæ sæpius spectatæ apud populū uilescāt: sed mihi satisfacio. Arguta. callida. Comis. suauis. Garrire. scribere nugari. ut de se ait ludo. Vnus. u. f. iter oēs uiuos tu bene scribis comœdiā: ōndit illis tēporibus optimū comœdiographū fuisse fūdanū Pollio re. pollio tragœdiā scribit timetro quia trimetri dicūtᷣ tragœdiaꝝ. Ter p. i. trimetro iābico quoniā tres cæsuras hēt. Forte e. i. ipse fortis ipse pollio & forte. i. magno īpetu expssos uersus. Eposs. p epodos. Epos āt dictum q unū uersū maiorē hēt alteꝝ minorē. Vt nemo. u. d. m. at. f. Varius delicatū uersū cōponit. i. nemo: ut uarius dulciter canit molle atq; facetū ānuerāt Virgilio rure camœnæ. nā nihil ioculare i georgicis scribit. Virgilio annuerant. g. r. c. i. Virgilio cesserūt musæ georgica scribere. apparet illo tēpore Virgilium adhuc bucolica & georgica scripta habuisse. Hoc erat ex. fr. ordo: ex iferiorib⁹ hoc erat quod ego melius possē scribere. i. satyrā quā uaro Athacin⁹: & alii mlti cōati sūt scribere. Neq. e. de. Rursū Luci. sibi pfert qa ille iuentor fuit. At dixi fl. h. dixi quidē lutulentū fluere: sed habere multa laudāda. Nil comis. i. elegans ipse luci. nō uituperat quædā i Accio & deridet enniū quasi nō habentē grauitatē: sed ita ut eos sese fateatur meliores eē. Cū d. s. l. i. quādo de se loquitᷣ non sic dicit quasi melior sit illis poetis quos ipse reprǽhēdit. quid uetat: ut ego legā luciliū. quæram utꝝ natura sua negauit ei compositos uersus facere. an natura rerum de quibus scripsit. aliter quid probibet quærere utrū ingenio an natura duriores fecerit uersus: an operis necessitate. Euntis. Mire quia pedibus currunt: euntes dicuntur quasi leniter fluunt: qui non sunt asperi.

POR. Nā ii fere qui scænas scribebāt ad tarpā hūc quasi emēdatorē eas afferebāt. Quæ uidelicet in æde sonāt i æde musaꝝ ubi poetæ carmia sua recitabāt. Ar. m. Solū illis tēporib⁹ Fūdanū dicit cōœdias bñ scribere. At Pollionē tragœdiā q̄ trimetris uersibus fere texitᷣ. Epicū āt carmen ualidissime Varriū molle ait & elegans Vir. Sed apparet cū hoc Hora. scriberet sola adhuc bucolica & georgica Virgilii in noticia fuisse. Hoc erat. e. f. Quoniā alii carminū genera cōsūmate scriberēt quoꝝ mentionē habuit. sermonē āt frustra

tentasse Teren. Varro. narbonensem: qui Atacinus ab atace fluuio dictus est. itē Ennium qui quattuor libros saty. reliquit. Et Pacuuiū huic generi uersificationis nō suffecisse ait. n. ut alius maior sit. sic Lucilio minor: quē iuentorē huius carminis merito dixit quia primus Luci. satyrica caria scripsit. At dixi fl. h. l. supra dixerat sæpe ducentos: ut magnū uersus dictabat stans pede i uno. Cū fl. l. Plura quidē. t. r. Age quæso. tragici Acci. nil mutat luci. & hoc iterrogatiua figura cū Ironia quadā ꝓnūciandū. quia ex cōtrario itelligēdū. Comis āt lu. ꝓpter urbanitatē dicit. Et mutat ꝑ eo quod emēdat positū ē. Facit āt hæc Luci. cū alias tum uel i tertio libro nono & decimo. Nō ridet uer. En. gra. mi. Eadē qua supra figura: & hoc dicit. Sensus āt est. Nō ergo ēt ennii uersus ridet quasi minores tanquā dignitatē eius possit assequi. Cū de se lo. hoc est cū ita sua ostentat & scripta enniana reprehendit: ut non tamen Ennio se proponat: per quem uult intelligi Hora. & sese ita Luc. uersus reprehendisse. ut non tamen ei se anteponat. Num illius. Sensus est. Nū illius natura: aut nūquid magis rerum earum quas scripsit negarit ei uersus molliores.

CHRI. Garrire libellos. Describere: facere libellos: i quibus serui & meretrices garriūt. Laudat igit fūdaniū comicū optimū. Laudat & asiniū pollionē: de quo Vir. Pollio & ipse facit noua carmia. Pede ter ꝑcusso. i. iambico metro: ubi sūt tres ꝑcussiōes: ut ē. Ibis liburnis iter alta nauiū. Laudat & uariū de quo etiā Vir. Sed neq; adhuc uario uideor neq; dicere cinna digna. Camenæ: optime dixit camenas gaudētes rure. nā camenas rustici: ut placet Macrobio: musas appellant. Ergo fundanius comœdias. Pollio heroica. Varius epos: Vir. Bucolicū optie scribit. Mihi āt datū ē scribere satyras melius Vatone athacino expto hoc frustra atq; qbusdā aliis. Minor iuētore. Inferior lucilio ipsius satyræ iuētore cui nō detraho coronā: quis dixeri ꝙ lutulēte fluat. Nā nullus ē tā doctus scriptor: i quo nō sit aliqd desiderādū: qđ ꝓbat exēplo hōeri. Ni. comis. q. d. Si lucili⁹ mutat & emēdat uersus Accii & Ennii cur ñ mihi ēt det: ut eū rephēdā: nā si ego me minorē illo fateor: & ille se illis minorē dicebat & tñ carpebat. Nū i. i. an natura ꝓpria illi⁹ an nā rerū negarit.

Mollius: at si qs pedibus qd claudere senis
Hoc tātū cōtētus amet scripsisse ducētos
Ante cibū uersus. totidē cœnatus: ethrusci
Quale fuit cassi rapido feruētius amni
Ingeniū: capsis quē: fama ē esse librisq;
Ambustum ꝓpriis: fuerit lucilius in quā
Comis & urbanus: fuerit limatior idem
Quā rudis: & græcis itacti carminis auctor
Quāq; poetarū seniorū turba: sed ille
Si foret hoc nostrū fato dilapsus in æuum
Deterreret sibi multa recideret oē: qđ ultra
Perfectū traheret: & i uersu faciēdo
Sepe caput scaberet: uiuos & roderet ūgues
Sepe stilum uertas: iterū quæ digna legi sit
Scripturus: neq; te ut miret turba labores
Cōtētus paucis lectoribus: an tua demēs
Vilibus in ludis dictari carmiua malis:
Nō ego: nā satis ē eqtē mihi plauder: ut au-
Cōtēptis aliis explosa arbuscula dixit: dax
Men moueat cimex pātillus. aut cruciet qđ
Vellicet absentē demetrius: aut qđ ineptus
Fannius hermogenis lædat cōuiua tigilli:
Plotius & uarius mecœnas uirgiliusq;
Valgius & ꝓbet hæc octauius optius atq;
Fuscus. & hæc utinā uiscorū laudet uterque.

ACRON. At si quis p. Si quis iuenit: q cōtētus ē qualescūq; uersus facere: dūmō plures faci at cōcedo politū eē Luc. qui asp fuit. Ethrusci. ꝑmēsis qa de pma fuit. Rapido. f. a. Cassiū malū poetā rapido āni cōpat: qui multos uersus i paruo momento scripserat nullius utilitatis. iō mortuus postea cū libris cōbustus fuit. Limatior. politior & emēdatior. i. quāuis græca caria luci latinis primus admiscuerit: qđ superius reprehēdit.

Et g. i. c. Qui primus satyrā græcis uersibus exametris ēt græcorū auctor huius tpis ē: antea. n. soli comici mores suorū carpebāt apud græcos. Si f. h. n. Si hoc tpe natus fuisset lucili⁹ multa sibi detraheret mlta adderet. ut aptaret se auribus audiētiū: quia mō studēt hoīes uersuū lenitati. per hoc ait illū icuriose scripsisse. Persi. nec pluteū cædit: nec demorsos sapit ungues. Cōtētus. p. lectoribus. Noli laborare: ut placeas multis sed paucis. & doctis esto cōtētus quasi melioribus: ut ēt librarii dictēt carmia tua. Vt au: cō. a. ex. arbu. di. arbuscula quædā mima fuit quæ cum sibilo uulgi eiceret e theatro: placeret aūt paucis equitib⁹ dixit his prudētibus quāuis pauci uideant esse astutiores: aliter arbuscula quædam mima fuit: q placebat bonis potius quā plurimis. hæc aliquando explosa a pplo dixit. hoc eqtū romanorū plausu expulsa sū: cōsolabat āt se his uerbis quæ legunt. Arbuscula

Et hæc utinam uiscorum laudet uterq;. Visci duo fratres fuerunt pater eorū uirbius uiscusquāuis & diuitiis & amicicia augusti clarus esset: i eqstri tamē ordine perdurauit: cum filios suos senatores fecisset. Te. d. p. dicere possum: q iam tibi studeo placere id est sine assentatōe hoc dico uolo ut placeant tibi mea carmina o pollio: ac si diceret ab his me uolo magis probari quam a superioribus. Prudens pre. quare omnes enumerari nō pōt: ne enumeratio multorū sit fastidiosa.

POR. Ethrusci quale fuit. Cas. Cassiũ Ethruscũ parmensẽ dicit: cuius tragœdia tiestes extat. Capsis quẽ fama. aspe quod tã uerbose aut tam multa scripserit: ut cũ nõ uiderent legi digna illis ipsis mortuus exustus sit. Et græcis itacti car. auctor. hoc ideo dictũ: qa nulli græcorũ exametris uersibus hoc genus operis scripserũt. Sæpe caput sca. u. ac. ro. un. Hic psius illud scripsit Nõ pluteũ cedit nec demorsos sapit ungues. Nõ cessat ãt Luci. tangere quasi icuriose scripserit. Vilibus

Ambitione relegata te dicere possum
Pollio te messalla tuo cum fratre: simulq;
Vos bibuli & serui simul his te cãdide fu[illegible]
Cõplures alios doctos ego quos & am[illegible]
Prudẽs prætereo: qbus hæc sũt qualiac[illegible]
Arridere uelim: doliturus si placeant spe

ĩ ludis dictari carmĩa malis ludis litterariis dicit ĩ qbus carmina uulgata pueris adhuc rudibus dictari solen Vt audax cõtẽptis alis explosa arbuscula dixit. Arbuscula mima fuisse tradit: q̃ cũ ab irato populo exploderet. id est strepitu & plausu eiiceret: ab equite aũt laudaret ait se cõtentam esse honestorum testimonio. Quid per hæc de se intelligi uelit Horatius manifestum est. Ambitione relegata. id est remota ambitione ac per hoc non timide nec latenter loquens.

CHRI. Auctor. s. homerus. Carminis rudis. qa ipe hexametrũ iuenit. Ergo a natura fuerat rude. Deterreret. Minueret. Scaberet. i. Scalperet. Vñ ẽ scabies. Et roderet ungues. i. adhiberet ĩtimam quãdã cogitationẽ. nã dũ altius aliquid cogitamus solem⁹ aut scabere caput aut mordere ungues aut pluteũ cædere. Inde Persius. Nec pluteũ cædit: nec demorsos sapit ungues. Vertas. mutabis cũ q̃ scripseris nõ placeãt. Cõtentus paucis lectoribus. i. illis in quibus uerũ sit iudiciũ qui pauci sũt. Vilibus ĩ lu. quasi ĩ conspectu turbæ ĩpitæ. Equitem plau. i. aliquem ĩ quo sit uerius iudiciũ: ut sũt equites: ut dicebat. Arbuscula. mima dum ludos ageret: nã explosa a uulgo dicere solebat nil facere iudiciũ uulgi: dum ab equitibus laudaret. De arbuscula ãt cytheride & origine tribus isignibus puellis alibi demõstratũ ẽ. Explosa. eiecta. nã & quid plaudere & quid explodere sit diximus. Cimex. Putidus ut sũt cimices: quod animal pessime olet. Pantilus & de. Affectatores Hermogenis musici erant qui per sũmã arrogãtiã iudicare uolebant ĩ doctrinã poetarũ cũ eẽnt ĩdoctissimi. Vellicet. detrahat: uituperet. Vellicare. n. ẽ frequenter uellere: q̃ res infert dolorẽ. Vnde dicimus uellicat latus quasi fodit. Qui ãt uituperat uellicat aĩum nostrũ. Fannius. Hic quoq; assertor erat tigilli emuli Horatii: & quasi suus parasitus qui cœnæ spe oĩa ad illius nutum fecisset. Plocius. Enumerat multos doctos: quorũ iudiciũ se multi facere scribit reliquos negligit. Vterq; fuscorũ. Hi urbii filii fuerunt qui quanuis diuitiis & augusti amicitia potens esset: hosq; filios senatores fecisset tamen in equestri ordine manere maluit. Si placeant fide. id est si minus placeant q̃ sperabamus.

ACRON. Demetri teq; t. hi modulatores fuerũt & docuerũt puellas ingenuas p mõs: qa hoc tpe maximũ earũ studiũ fuit affectandi lyricam disciplinã. uult uideri Hor. ex tpe uenisse ĩ mentẽ sibi hos uersus dicendo I puer. Videt hoc carmẽ sediõ eẽ. i. ad tpus ĩuentũ nõ aliqua ordinatione compositũ dicendo. I puer. & reliqua.

Deterius nostra: Demetri teq; tigilli
Discipularũ inter iubeo plorare cathedras:
I puer atq; meo cito hæc subscribe libello:

POR. Demetri tigelli. de Demetrio & paulo supra dictũ est. de Tigellio autem Hermogene sæpe. Discipularum inter iubeo plorare cathedras. Eleganter hæc ĩ modulatores dicuntur quia puellæ maxime decent huiusmõi delitias. I puer atq; meo citus hæc subscribe libello. Eleganter quasi hoc ex tpe dixerit: præcipit puero: ut ĩ librum suum illud conferat ne pereat tam oportunũ & congruens ĩ modulatores dictum.

CHR. Plorare. ex ĩuidia cum a tam doctis laudabimur: uel quia plorare uidebantur: dum canerent.

ACRONIS IN Qu. HORATII FLACCI SERMONVM. II. LIBRVM COMMENTARIA.

Svnt quib⁹ ĩ sa. Alii nullius momenti & nimis acrẽ dicũt satyrã meã: alii dicunt sine neruis eẽ q̃ scripsi: sine uiribus igenii. Aegloga hec oĩa habet: si ad iouem himni. si ad appollinem aut ad dianam aut latonam pæanas. si ad liberum aut semel est dithyrambi: si ad cæteros deos prosodia. si ad homines laudes aut uituperationes. Vltra l. t. o. i. ultra quã opus est & quã habet ratio ipsi⁹ uocabuli: & mire legem quia iurisperito loquebatur. Præscribe. id est constitue quasi ex lege. Quid faciam. quia quidam me repræhendunt. Ter uncti t. t. Sensus hic est q dormire ñ possũt faciliter tyberim trãsnatẽt & fatigati mul

QV. HORATII FLACCI SERMONVM LIBER SECVNDVS. & ultra

Svnt qbus in satyra uidear nimis acer
Legẽ tẽdere opus sine neruis: altera qcqd
Cõposui ps eẽ putat: similesq; meorũ
Mille die uersus deduci posse trebaci
Quid faciã præscribe: qescas ne faciã: ĩqs
Omnino uersus: aio peream male: si non
Optimũ erat: uerũ nequeo dormire. ter uncti
Trãsnãto tyberi: somno qbus ẽ opus alto

Irriguūq; mero sub nocte corpus habeto.
Aut si tantus amor scribēdi te rapit: aude
Cæsaris inuicti res dicere multa laborum
Præmia laturus: cupidū pr optime uires
Deficiunt: neq; enim quiuis horrētia pilis
Agmina nec fracta pereūtes cuspide gallos
Aut labentis equo describat uulnera parthi
Attamen & iustū poteras & scribere fortē:
Scipiadā: ut sapiēs lucilio: haud mihi deero
Cum res ipsa feret: nisi dextro tēpore flacci
Verba per attentā nō ibūt cæsaris aurem:

tis se potionibus ipleant quo facilius his somnus accedat. Sub.n.p p noctē sero: accedēte noc.e.i. adue sperascēte. Aude Cæ.inuicti res dicere. quasi difficile sit & quasi uix possit ipleri. Fracta p.c.g. qa fractis romanoȝ tælis peremipti sūt. Attamen & iustū p.i.si res bellicas eiꝰ nō poteras describere attamē iusticiā & fortitudinē ai eius laudare poteras. sicut Scipionis a lucilio uita laudata ē. Scipiadē q Hānibalē reuocatū ex italia uicit & africanus dictus.i. scribe de eius fortitudine atque iusticia Cū.r.i.f.cū fuerit oportunitas & tps nō sibi deest is q facit & q sibi opus ē & q d oportet. Nisi dextro tpe. Inuecta oportunitate. ordo: non ibūt nisi dextro tēpore.i. oportuno flacci uerba.

POR. Sūt quibus i satyra. Ad Trebatiū scribit equitē Ro. Hic ē Trebatius iurispitus q locū obtinuit iter poetas: & aliquot libros de ciuili iure cōposuit: & de religionibus nouē. Trāsnāto tyberi. Hoc fuisse i cōsuetudine ueteribus alio loco significat dicēs. Te p gramia martii campi & p aquas dure uolubiles. uide ut directis uerbis utit pp iurispitos. Neq; eni quis horrētia pilis. Elegāter i ipsa excusatione posse se scribere ostēdit. Nec fracta.p.c g. Fracta dixit ut Vir. Ibiq; frāgit. d historia ē nā Mariꝰ aduersꝰ Sātonas talia tela cōmētꝰ ē: ut fracta mitterēt: ne remitti ab hostibus possēt. Attamē & iustū poteras & scribere fortē Scipiadā. Si nō potes gesta Cæsaris scribere at potes iusticiā & fortitudinē: ut Lucilius Scipionis fecit qui uitā illiꝰ priuatam descripsit. Enniꝰ uero bella scipiade adnotādū: q nō scipionē & scribere fortē. Ponēda. ut sit sensus. Fortē attamē & iustū scribe: quatenꝰ res gestas belli ponere n potes. Per attētā n ibūt Cesaris aurē. attētā maioribꝰ expeditionibꝰ itentā.

CHRI. Sūt quibus i sa. Videt rocinari an satyras ulterius scribat: cū carpat ueluti nimis sit mordax. Tādē uehæmēter scm defēdit: atq; illos qui nō recte de se sentiūt acerrime cōfutat. Scribit āt ad trebatiū iuriscōsultū oli ciceronis discipulū: & quē ille suis epistolis iulio cæsari amicū reddidit: i quo nō lusit operā: nam post bella ciuilia cū plurimū apud dictatorē ualeret i pceptorē ciceronē officiosū se semp exhibuit: eo āt tpe magna erat apud octauianū auctoritate. Vltra legē. Optime legē dixit: cū ad iuriscōsultū scribat. Vltra le. i. ultra q oporteat. Sine ner. Quibus opus colliget ut. s. dissolutæ euagent sniæ nō suis iūcturis colligatis. Similesq; m. Et huiusmodi eē meos uersus: ut qs mille i die similes meoȝ facere possit. Præscribe.m i o trebati qd ego faciā. Quiescas. respōdet trebatius.i. desistas a scribendo. Ne faciā i. Verba Hora. Aio. affirmo. & loquit Trebatius. Percā male. loquit poeta: & fatet eē rectū consiliū trebatii sed negat se posse dormire: cui respōdet trebatius. si qui sūt qui dormire nequeāt: natēt tyberi: uel multum bibāt: & sic humefacto corpore dormirēt: uel si tantus ē sibi amor scribēdi scribat res a cæsare gestas: & abstineat a satyris. Ter u.i. uncti oleo. Trāsnāto ty. Et iuriscōsulto dat uerba iuriscōsultica: qui i legibus condendis utūt futuro ipatiui. Vngebant āt nataturi ut olei calore mēbra aduersus aquæ frigus munita redderēt: ne ue torpore ipedirētur quin ad se mouenda agilia eēt. Qui āt aqua diu obruti fuerit: & quia defatigati: & quia humefacti facile i sōnū cadūt. Cupidū pr. op. u. Verba Horatii. Ait. n. se cupidū eē scribēdi res cæsaris: sed deesse sibi uires. Nec quis. q. d. nullus nisi magnus sit poeta. Pilis. pila romanoȝ hastæ sūt: ut galloȝ gesa. Vir. Duo quisq; alpina coruscat gesa manu: & sarisse sūt macedonū. Labētis. effugiētis: ut alibi demōstratū est. Sic Vir. Mediis elapsus achiuis. Attamē. respōdet Trebatius. Si tibi nō ea uis ē: ut possis heroico carmie plia cæsaris describere: describas uirtutes illius togati: ut Lucilius descripsit scipiōis uirtutes. Nec mihi deero. rndet Horatius. Cū res ipsa feret. cū dabit oportunitas & occasio. Dextro. oportuno: Ordo est: uerba flacci non ibūt per aurē attentā cæsaris. i. nō captabūt attentionē ab auribus. cæsaris: nisi oportunitatē tpis captauero.

Cui male si palpere: recalcitrat undiq; tutꝰ
Quāto rectius hoc. quā tristi lædere uersu
Pātolabum scurrā nomentanūq; nepotem
Cū sibi q sq; timet: quāquā ē itactꝰ: & odit
Quid faciā: saltat milonius: ut semel icto
Accessit feruor capiti numerusq; lucernis.
Castor gaudet equis: ouo pgnatus eodem

ACRON. Cui m.s.p.r. Sēsus si quis ficta adulatione aggrediat Cæsarem repugnat & respuit: nec decipit se tutus undiq;: quod ne blādiēs qdē capiat.i. nō audienter: dicit de augusto: qui i falsas blandicias admittat: & sit eruditus assentari. Quia ualde tutus est Cæsar in oibus iō non delectatur laudibus id est nō potest deludi. Et hic palpere quasi a uerbo deponenti dixit: cū sit actiuum. Quam tristi lædere uersu pantolabū scurram. q satyrā uelle describere satyrico carmine. Cū sibi quisq; timet quāquā. Quanuis nihil de eo dicis tamen metuit te quasi satyricum: & odit

Pugnis:quot capitũ uiuũt totidẽ studiorũ
Millia. me pedibus delectat claudere uerba
Lucili ritu nostrum melioris utroq;.
Ille uelut fidis archana sodalibus olim
Credebat libris:neq; si male gesserat usquã
Decurrẽs alio neq; si bene:quo fit ut oĩs
Votiua pateat ueluti descripta tabella
Vita senis sequor hũc lucanꝰ an appulꝰ ãcepſ
Nã uenusinus arat finẽ sub utrũq; colonꝰ.
Missus ad hoc pulsis uetꝰ ẽ ut fama sabellis
Quo ne p uacuũ romano icurreret hostis:
Siue qd appula gẽs seu qd lucania bellum
Incuteret uiolẽta. sed hic stilꝰ haud petet ul-
queq̃ aiantẽ:& me neluti custodiat ẽsis-tro
Vagina tectus:quẽ cur distringere coner

quasi maledicum. Quid faciam saltat Miloniꝰ Quid uitiũ habeo:ut multi habẽt. Nã milionius scurra si ebrius fuerit saltare nõ desinit. Similier ego hoium cõmissa tacere non possũ. Vt semel icto Ac.opiniõe ebrii accedit lucernaꝝ numerꝰ quia q ebrius sit non se putat unã lucernã uidere nec unã lunã arbitrat aspicere. Quot capitũ.u.t.st.m. Terentianũ illud quot hoies tot sentẽtiæ: suus cuique mos est: singuli hoies singula studia hñt. Lucili.r.n.m.u.hoc luci.ex anacreõte græco traxit & alceo lyricis:quos ait aristophanes libris ppriis uice amicoꝝ usos eẽ. dicit.n.uitã suã scripsisse nõ sibi pepcisse. Quo.f.u.o.u.p. Vnde fit:ut ita lucida sit uita ipsius:quẽadmodũ ex uoto imago i templo aut i publico. Videlicet quicquid est pictũ. Votiua dicit tabula quæ ponit i publico:in qua scribit uita boni cuiusq;.i.picta i tabula:ut naufragi solent tabulam portare depictam. Ordo:quo fit ut ois pateat uita senis ueluti uotiua tabella descripta. Quoniã solent naufragi se pingere & consecrare in aliqua æde Lucanus an Appullus anceps quia uenusinum oppidum in confinio lucaniæ & appuliæ positum est:quæ ciuitas habitat a romanis colonis missis eo ob eã rẽ:ut siue appuliæ siue lucaniæ bellũ imineret: phiberent.ad hoc oppidũ missus erat colonus eo tpe:quo a romanis sabini sũt uicti de se ipso ait Vtꝝ sim lucanus an appulus. Venusiũ oppidũ est:ubi natus ẽ horatius Venusinus populus oli ro.fuit:sed mõ trahit nomẽ a ciuitate uel oppido:missus ut rebellẽ appuliã ul' lucaniã icurrere romanis uetaret. Quo ne p uacuũ.ut ne p uacãtem locum sabellis expulsis puiũ iter esset lucanis ad romanos. Sed hic stilus. Ego neminem lacesso ultro. sed id agit lingua mea:ut gaudeat magis ad tutandũ me quam alium lacessendum.

POR. Cui male si pal. Metaphoricos cui si adularis offẽdit.palpare propriæ manu mulcerẽ. Vndiq; tutꝰ.inaccessibilis.ut Vir. Tuta lacu nigro.& ẽ sensus. Nõ audit adulantẽ qa sapientia undiq; munit.i.in oi reꝝ studio hoc ẽ oia nouit. Nomentanũq; nepotẽ.hũc nomentanũ quasi luxuriosũ tangit. Sẽsus. Nomẽtanũ quotiẽs luxuriosũ cõpellas necesse ẽ q eodẽ uitio laborãt sub psona admoniti timeãt aut oderint compellatorẽ huiusmodi. Saltat Milonius.scurra illoꝝ tempoꝝ qui simul ebrius fuisset statim saltare incipiebat. Sensus.ita a scribendo me abstinere nõ possũ:ut Milonius ebrius a saltando. Numerusq; lucernis Lucretius tecta lucernent florentia lumina flammis. Ebrii enĩ duplicia uidẽt. Ouo p.e.dicit quot hoies tot esse snias.nã Castor & Pol.diuersa secuti utiq; cõmuni hominũ uarietate ducti sũt. Nostrũ.m.u.mei & tui:solæcõ est.dicendũ erat nobis. Aristo.snia ẽ sensu & ingenio meliori. Velut.f.a.s.ille.n.i suis scriptis oñdit Saphonẽ & alcæũ uoluia sua loco sodaliũ hũisse. Votiua.p.u.d.t.ita fit ut luci uita tam clara sit p libros:qsi i tabula oñderet. Nã ue.a.f. Nã ego dubiꝰ sũ & icertus. Nã uenusini lucanis sũt affines & appulis.

CHRI. Palpere.quasi aduleris. Palpare.n.ẽ blãde tangere. Hic deponẽs fecit & cũ datiuo. Iuue.ãt actiue posuit:ut quẽ munere palpat carus:& alibi:ut sel' atq; iteꝝ sup illã palpitet:uñ palpones blãdi hoies.ergo palpari.i.adulari. Recalcitrat.recusabit ipsã adulationẽ:& mãsit i trãslatione: nã palpamus equos:ut mãsuefaciamus qd si male palpamus ipsi recalcitrãt. Vndiq; tu.nã q uera uirtute munitus ẽ:tute aspernat adulationẽ. Quãto re. Cõsiliũ trebatii monẽtis poetã:ne taxet quẽquã suis uersibus:cũ ẽt qui nõ taxant tñ cõscii suoꝝ sceleꝝ oderit talia carmina. Quid fa. Verba sũt poetæ.q.d.nõ possũ a cõsueto exercitio discedere. Capiti icto.s.a uaporibus uini:quibꝰ ebrius efficit. Numerus lu.nã ebriis & furiosis lumina cõgeminari uidẽt. Iuue. Et geminis cõsurgit mensa lucernis. Vir. Et solẽ geminũ & duplices se oñdere thebas. Castor gau.e. Et pgnatus eodẽ ouo.i.pollux gaudet pugnis.i.arte pugili. Sic alibi Dicã & alcidem puerosq; ledæ. Hũc equis illũ superare pugnis Nobilẽ. In quo loco dioscuroꝝ fabulã expssimus. Ergo trahit sua quẽq; uoluptas. Quot capitũ. Snia usurpatissima:ut quot sũt capitũ.i.hominũ milia totidẽ sint studioꝝ & uolũtatũ. Persi. Mille hominũ spẽs:& reꝝ discolor usus. Lucili ritu. Ergo delectat scribere satyrã. Ille.nã uniuersæ uitæ suæ bona & mala scripsit ut Aristo.de anacreõte & alceo poetis refert. Quo.f. Cũ uniuersã suã uit.i descripsisset Lucilius:euenit:ut ita i libris suis appareat uita sua:uti tabula naufragii:de qua suo loco diximus apparet uniuersũ suũ naufragiũ. Lucanus an a.cũ appuli lucaniq; acres hostes eẽnt i romanos. Romani:ut eẽnt aliqd illis obstaculũ miserũt coloniã romanoꝝ ciuiũ uenusiũ pulsis ide sabellis populis.quã coloniã utriq; gẽti oppositã eẽ uoluerũt. Itaq; icertũ erat eẽt ne hæc colonia i appulia an i lucania Sed h.s. Scribã igit satyrã sed neminẽ nominati carpã nisi lacessitus sim.ergo satyra erit tanq̃ ensis uagina tectus: q nisi irritabor latebit:nec distringam.i.euaginabo:& cupio quidẽ tantã pacem: ut arma recondita rubigine terant. Sed si quis irritauerit me ego clamo esse sibi melius ne me tangat.nam flebit.

ACRON. Ceruius iratus leges minitať. Exemplo nos terreri significat: ēt si nō lædamur. Nā quæ in alios uidemus fieri: in nos futura credamus. Et urnā. uidi reū. i. iudiciū quia sortiebāť iudiciū & eiiciebāť iudices: ex quibus fiebat reiectio. Canidia. ꝑ gratidia deest filia. Vt quo quisq; ualet suspectos terreat. Quo modo unusquisq; hac re terreat inimicos suos: i qua re ualet: & qūo hoc iperet cognoscēs natura. Collige. percipe: & itellige. Vn̄ nisi itus mōstratū oñdit natura unumquēq; ea minari inimicis, quæ possit perficere Sceuæ uiuacē crede nepoti matrē. i. cōmitte huic uiuacē matrē & nō faciet aliquid sceleris pia dextra: sed

Tutus ab infestis latronibus: o pr̄ & rex
Iuppiter ut pereat positū rubigine tælum:
Nec quisq̄ noceat cupido mihi pacis: at ille
Qui me cōmorit: melius nō tāgere clamo:
Flebit: & insignis tota cantabitur urbe.
Ceruius iratus leges minitatur & urnam
Canidia albuti quibus est inimica: uenenū
Grāde malū turius si quid se iudice certet
Vt quo quisq; ualet suspectos terreat: utq;
Impet hoc naturā potēs: sic collige mecum
Dēte lupus cornu taurus petit uñ nisi itus
Monstratum sceuæ uiuacē crede nepoti
Matrē: nil faciet sceleris pia dextera. mirꝝ
Vt neq; calce lupꝯ quēq̄ neq; dēte petit bos
Sed mala tollet anū uitiato melle cicuta.
Ne lōgum faciā: seu me trāquilla senectus
Expectat: seu mors atris circūuolat alis:
Diues inops rōæ seu sors ita iusserit exul:
ACRON. Duceris ut neruis.i.traheris aliena poteſtate ita ſicut ſolet trahi alienis uiribus lignũ mobile. Quis nam igitur. horatius. Sapiens. ſeruus. Reſponſare.reſiſtere:contradicere. Et in ſeipſo totus teres.æqualis conſtans in ſe:teretes dicuntur:qui ab alio non quærunt:quid faciendum ſit:ſed ipſi per ſe inueniunt. Externi ne quid ualeat per læue. Illecebræ & blandimenta non blandiuntur nobis honores: methaphora a leui ligno ſiue marmore:cui ſi quid imponas hærere non põt:ſed labitur:ita & philoſophum ſi te tigerint uitia hærere non poſſunt ſed labuntur & cadunt ab eo. In quem manca. id eſt quem circunagit & retorquet in uitium. Potes ne.nõ potes te dicere libe℞ eſſe:qui ſeruis libidini. Ex his. quæ dixi habere ſapientem. Gelida.ſub aqua.

Eripe turpi.nam ſeruus es mulieris ꝑpter amorem. Non quis. Torpes obſtupeſcis. Contẽto poplite.quoniam gladiatur dum dimicat extẽdit ſuum poplitem:aut quia attẽtus aliquid ſpectat erigit ſe & extendit poplitem ſuum. Si inquit pictura fuero forſitan delectatus: & moras fecero. ſtatim ſtomachat̃ dominus. Velut ſi re uera laus picturæ. id eſt ita bene pictos ut credas illos dimicare. Nequam & ceſſator. Ego ſi intueor picturã.nequã:audio.tu uero econtrario laudaris:

Arma uiri. neq̃ & cessator dauus: at ipse
Subtilis ueteꝶ iudex & callidus audis
Nil ego: si ducor libo fumanre: tibi ingens
Virtus atq; animus cenis respõsat opimis:
Obsequium uentris mihi pnitiosius est cur
Tergo plector. n. qui tu ĩpunitior: illa
Quæ paruo sũmi nequnt obsonia captas
Nempe íamarescũt epulæ sine fine petitæ
Illusiq; pedes uitiosum ferre recusant
Corpo: an hic peccat sub noctẽ q puer uuã
Furtiua mutat strigili: qui prædia uendit:
Nil seruile gulæ parens hẽt: adde qđ idem
Non horam tecũ esse potes: non ocia recte
Ponere: teq; ipsũ uitas fugitiuus ut erro:
Iam uino: q̃rens iam sõno fallere curam:
Frustra nã comes atra premit seqt̃ q; fugacẽ
Vñ mihi lapidẽ: quorsũ ẽ opus uñ sagittas
Aut insanit hõ: aut uersus facit: ocius hic te
Ni rapis: accedes opera agro nona sabino:

qui si bene sciẽs iudicare qui melior sit pictor. Ita ostendit interdum quoddam uitium liberis laudem: seruis uero culpã afferre: quoniã illos q plus possunt: nemo audet coarguere. Nil ego si d ucor. omnes me dicũt nihil esse. Aliter me si delectauerit bonus cibus audio. Nil. i. abiectus nullius momẽti, quasi luxuriæ deditus. Impunitior. i. non soluens pœnas ac per hoc tu magis pendis pœnas luxuriæ quam ego. Nam ego uapulo tibi autem multo cibo & cruditatibus uexat̃ corpus. Furtiua mutat strigili. Ironia. i. seruus qui strigilẽ furatur & mutat ĩ uuã ut comedat: crimĩe luxuriæ notatur. liber uero qui patrimonium suum luxuriæ impendit non seruit gulæ suæ ac per hoc multo magis liber luxuriosus dum duceris uoluptatibus. Ponere. ordinar̃ cõstituer e tibi. Nam male conscii sibi uolunt seipsos declinare nomine. Erro. errore plenus. Nõ es tecũ. hoc est non es sanus. Curam. Malam conscientiam aut curam quam habemus ex mala conscientia: quæ exhortatur ad edendum. Nam ista uellicant stomachũ ad appetitũ. id est a dedendũ. Vnde mihi lapidem. Horatius iratus daui iniuriis: ac p hoc ostẽdit omnes irasci: si quis illorum uitia cõuicat. Accedes opera agro. s. quasi octo seruos Hora. misit in ergastula agri sabini.

CHRI. Quisnam igitur. Concludit ex sententia stoicoꝶ solũ sapiẽtẽ liberꝶ eẽ: qm̃ i sua & ñ aliẽa potestate cõstitut⁹ sibi ĩperet: & ita cũcta q̃ hic enumerãtur cõtẽnit: ut nihil externi id ẽ nihil preter uirtutem quæ sola in se est: reliqua autem sunt externa: possit illum impedire. Teres & rotundus. Cui noceri non potest. Nam forma teres & rotunda neq; ansas præbet ut capiatur & facile elabitur per obstantia. Manca. quasi sine uiribus. quoniam tibi nocere nõ potest

Gelida. s. aqua. Nã muliebris iniuria est ut hostium pulsantem aqua superne infusa operiat. Perfundit repulsum. id est perfundendo repellit. Vir. Submersasq; obrue puppes. i. submerge ut obruantur. Rursus uocat. Sic terẽt. exclusit reuocat. Pausica. a pausia pictor̃ nobili. Turpes. stupes. i. admiraris. Qui peccas minus. quasi dicat ita peccas cum nimis miraris pulchram picturam ut ego admirans quæ fuluus & rutuba mali pictores fecere: qui aut rubrica aut carbone pingebant. Quorum cum picta prælia admirãs cesso nequam dicor. Tu autem subtilis iudex ueterum picturarum diceris. Audis. s. cum de te ita dicatur subtilis est ueterum iudex Libo. in sacris libum offerebant de farre melle & oleo: ut dicit seruius. At in epulis libum sic fieri consueuisse a Marco catone in libro de agricultura scribitur his uerbis. Libum sic facito caseum bene disterat in mortario ubi bene triuerit farinæ siligineæ libram: aut si uoles tenerius esse se librã Similaginis solum eodem indito. permisceto q; cum caseo bene. Ouum unũ addito & permisceto una bene. Inde panem facito: folia subdito in foco calido. Sub testa ea coquito leniter. Tibi ingeus uirtus. quasi dicat tu magnanimus haberis: si magnas cœnas paras. Ergo si obsequor uentri statim plector tergo. Tu ãt impune capis obsonia: quæ nisi magnoprecio sumi non possunt. Illusi pedes. qui cum stare posse creduntur propter ebrietatem uacillant. Vitiosum. Ex crapula uel illusi a podagra. An hic peccat. Vtrum maius peccatum est an serui qui strigilem quam furatus est cum uua cõmutat: an tu qui predia gulæ seruiens uendis Nil seruile hẽt parẽs gul. q̃si dicat ñne habet aliquid seruile: quod pareat id ẽ obtemperet gulæ. Nõ horam tecum esse potes. Nam tot curis afficeris ut semper in diuersa distractus tecũ esse non possis. Ocia recte. Ocia non inertiæ: sed studiorum intelligit. Te uitas. qa tui oblitus per uaria discurris. Erro. nominatiui casus ẽ. Dicuntur autem errones qui per alienas regiones uagantur. Vnde mihi lapidem. Irascit̃ dominus seruo uera canenti. Quorsum est opus. Interrogat seruus ad quam rem lapide uti uelit. Sed ille ira inflammatus petit etiam sagittas. Aut insanit homo. Verba serui. Nam cum uideat dominum tanto furore percitum putat illum aut insanire ex atra bili: aut facere uersus id est agi furore illo diuino quo poetæ afflantur cum uersus condunt. Nona opera. Minatur ad opus rusticum in sabinos se illum missurum: ut nouem assiduos dies ibi fodiant. Nona opera. id est nouem dierum operarius.

u T Nasidieni.Nasidienus eques Romanus in aliis elegans in enumeratione autē lauticiarum suarum putid⁹ Quærit nunc a fūdanio suo poeta queadmodū eū Nasidieni iuuerit cœna.Quæ precepta cœnæ dedisset supertus catius demonstrauit.Equidē sine nomine iā hoc ex sequentibus apparet qđ id est sit Nasidienus epicureus. Vt qūo.qualiter iuuerit.delectauerit. Here.pro heri. Illic.apud nasidienum.iratū.esurientem famelicū. Fuit.deest q. Austro.species p genere. Peruellūt.cū quadā delectatione pungunt suscitant. Gausape.mappa uillosa. Iaceret.remaneret. Offendere.lædere oculos :Horrorē facere:fastidiū mouere. Vt attica.quæ solet in capite sacra portare Maris Expers.in quo aqua marina non nutritur. i.sine marina aqua.In græcia.n. solet uino aqua marina misceri:ut ñ facile corrūpat̄.Expers ergo sine marina aqua siue q̄ marina aqua ducat per mare dū transfert̄ ergo expers quod p terrā non p mare aduectū ē. Hic herus.his apparatis ait nasidien⁹. Miseras. magnas:aut sollicitas:& deest habeas. Sūmus ego.princeps.in sūma pte lecti. & subaudiendū ē erā uel fui. Turinus.de turio oppido calabriæ.siue de turiis:nā & hoc turi per oēs casus singulares declinauerūt ueteres & hi turii hoꝝ turioꝝ his turis inter hos āt & ad dextrā intelligēdū est mecœnatē fuisse cuius umbræ sūt.

ACRON

SATYRA.VIII.DE COENA NASIDIENI.

u T nasdieni iuuit te cœna beati.
Nā mihi q̄rēti cōuiuā dicto her̄ illic
De medio potare die: sic ut mihi nunquā
In uita fuerit melius: dic si graue non est:
Quæ prima iratū uentrē placauerit esca:
In primis lucanus aper: leni fuit austro
Captus: ut aiebat cœnæ pr̄: acria circum
Rapula: lactucæ: radices: qualia lassum
Peruellūt stomachū: siser: alec. fæcula coa:
His ubi sublatis puer alte cinctus acernam
Gausape purpureo mēsā p̄tersit: & alter:
Sublegit quodcūq̄ iaceret īutile: quodq̄
Posset cœnantis offendere: ut attica uirgo
Cum sacris cereris: procedit fusco hidapses
Cæcuba uina ferens: alcō chiū maris expers
Hic herus albanū mecœnas siue falernum
Te magis appositis delectat: hēmus utrūq̄
Diuitias miseras: sed quis cœnātibus una
Fundani pulchre fuerit tibi nosce laboro
Sūmo ego: & p̄pe me uisco thurino & isra
Si memini uarus: cū seruilio balatrone
Vibidio quos mecœnas adduxerat umbras
Nomētanus erat sup ipsū: portius infra.
Ridiculo totas simul absorbere placētas:
Nomētanus ad hoc: q. si q̄d forte lateret

POR. Vt nasidieni.Hanc ad fūdaniū scribit. Leni fuit austro.hoc iō q̄a affirmant lassā carnē apri id ē irrequietā meliorē esse. Rapula lactucæ.neutro genete dixit p rapa. Vt attica uirgo. Illas dicit quas Tulius in uerinis Canaploras ait Fuscus hydaspes.Fuscus colore. Alchon chiū maris expers.q̄a in chiū uinū marina ñ addicit̄. Inde institutū tradit Varro ut Delphini circa liberꝝ pingeret̄. Nosce laboro.Nosce p scire. Vibidius quos Mecœnas adduxerat umbras.quos potest referri ad superiora pōt & ad seruiliū & uibidiū. Absorbere placētas.p absordēdas. Indice mōstraret digito.hoc iō quia certis noibus singuli digiti nomināt̄ & sunt hæc nomina pollex. Index.famosus medicus.Minimus. Inuertunt aliphanis genus poculi. Veꝝ citra mare nato. Italicū uinū dicit. Interea suspensa graues q̄a cōsuetudo apud antiquos fuit ut aulea sub cameras tēderēt:ut si q̄d pulueris caderet ab ipis excipet̄.

CHRI. Vt nasidieni iuuit.Nasidieni epicurei cœnā honestis quibusdā simul & turpibus uiris positā describit.In qua luxū carpēs epicureos deridet.Alloquit̄ āt fūdaniū amicū:qui cœnæ iter fuerat. Cōuiuā.s.te. Here p heri. De medio die id est a medio die:quod erat cōtra romanā modestiā nā meridies sexta hora ē:romani āt ante nonā horā aqua sola quarta diei supest cibum nō capiebāt. Sic respōdet fōdanius.Ait.n.Sic.s.uiuit ut & cætera. Iratū.famelicū intelligit. Leni austro.q̄a caret frigore. Austro āt flāte carnes magis tritæ sūt. Cœnæ pater.Rex cōuiuii.s.nasidienus. Rapula.a rapo rapulū ē. Lassū.defatigatū.i.nauseantem. Peruellūt.Pungūt:q̄a acria excitāt appetitū. Siser.Species ē herbæ cuius radice adeo delectatus ē tyberius cæsar:ut eā singulis ānis a germania peteret.De hac columella i suis carminibus.Vlpica quæque fabis habilis fabrilia miscet.Iā siser assirioq̄ uenit quæ semine radix.Sūt q eā putēt quā uulgo sermōtanā nomināt. Sæcula coa.Vinū coū ad uappā exhausta āphora redactū. Alte cinctus.bn̄ expeditus. Vt attica uirgo.nā i sacris cereris diligēti⁹ curāt ut oīa mūda sint. Hidapses:nomē serui a fluuio q parthos i indiā fluit uñ oriūdus sit. Fuscus.q̄a i illis partibus colorati sūt hoīes. Maris expers.cui nō sit admixta marina aqua.Nā ut apparet apud Columellā uina aqua marina cōcinabāt.Quod si p̄cul a mari eēnt salibāt aquā eaq̄ loco marinæ utebāt̄. Diuitias miseras.Exclamatio poetæ carpentis luxuriosā cœnam:& appellat diuitias miseras:quia ad miseram uitā inducunt homines. Varius.Poeta. Vmbras.q.d.scurras illos nō homines esse:sed umbras hominis. Ridiculus assorbere.Quia assorbendo risū captaret. Placēta āt teste catōe fit ex farina siliginea & ouillo caseō bn̄ recēte & ex melle.Dicit̄ āt ut puto a placēdo.

ACRON. Noto.i.omnibus uſitato uel noto:
quē nomētanꝰ & naſidienꝰ nouerāt:aut quē ego
poſtea cognoui. Celātia.Intra ſe cōtinētia & oī
bꝰſupius dictis naturaliter reddidit:uel etiā. Pa
tuit.i.intelleximus nouū & ualde optimum ea ha
bere ſuccum. Ab ipſo.ipſe te melius docebit:q
mihi narrauit. Vertere pallor tum parochi fa/
ciē.parochi dicuntur qui hoſpitibus publice exhi
bent neceſſaria . hic tamen paſcentis & domini.
Vel feruida.i.ideo quia multum biberunt iam
neſciunt:quid guſtant.nam palatū ait multo ui/
no ſurdum factum.i.tale ut iam nō poſſit ſentire
ſaporē. Subtile.quaſi ſubtiliter & ſatis perite ſo/
let.n.ſaporem dignoſcere. Exurdant.ſurdum fa
ciunt:ut nō ſentiant ſaporē. Inuertuut au.exhau
riunt.Nam quando uas exhauſtum fuerit inuerti
tur ita:ut os ipſius humum tangat. Catacefales.
Aliphanum oppidū uolūt ubi maiores calices fie
bant.Alii a uico ubi fictiles & ſubtiles in uſu ſūt.
Garo.genus ſalſamenti. Pulueris atri.deeſt tan
tū. Nos maius ueriti.i.maiorem ruinā timentes.
Erigimur.apparet hic conuiuas ſe ꝓieciſſe ī ter
ram Vt ſi filius immaturus . tāquā fuiſſet filii or
bitate percuſſus. Vt ſapiēs ſic.Idē conſolādo his
uerbis.Vt qualiter & quaſi lamentando hoc lo/
quitur. Mappa compeſcere riſum. Mappā eni
in ore cauſa riſus ponebant. Suſpendens om/
nia naſo.quia omnia deridere ſolebat.

PORPHYRIO TACET.

CHRI. Indice digito.Hic eni ſiquid ſuauius
lateret.ſ.inciſore monſtrabat. Nā cætera turba.
ſnīa eſt reliqui turba ſūt.q.d.inſcii rerꝫ .Sed nos
cœnamus.i.nos ſcimus eligere quæ canēda ſūt:
quod patuit nūc cū porrexit puer inguſtata. In/
guſtata.Vel qa nolui guſtare tāquā nō bona:uel
cōtra nō guſtata aliis q nō norunt ſuauitatē eorꝫ.
Ad minorē lunā.ſ.cū diminuta ē luna. Dāno
ſe.Multū qđ fit cū dāno eius:q cōuiuiū ꝓbet. Pa
rochi.Qui ſint parochi iā dictū eſt:ſed hic ponit'
ꝓ magiſtro cōuiuii.Hic.n.ꝑtimuit ingurgitatio/
nē potatorꝫ:uel qa illi liberius maledicūt: uel qa
nimiū ſubtile uinū ſtupefacit palatū:ita ut nō ua
leat guſtu.Timuit ergo ne poſſent percipere ſa/
pores ſuaues epularum. Exurdant.ſurdum fa/
ciunt.id eſt hebetant & dedit guſtui quod eſt au
ditus. Inuertunt aliphanis.Vinaria uaſa maio/
ra ſunt quibus uina e cella prompta in tricliniū
deferebant.Ex his autē uinum in aliphanos quæ
poculorum ſpecies ſunt tranſfunditur. Inuertūt
ergo .q.d.euacuat. Secutis omnibus imis.Ince/
pit nimia illa ingurgitatio a uibidio & balatrone
hoibus ꝑditis:quos ſecuti ſūt oēs q erāt ī iferiore
ꝑte thori.Nā mecœnas & uarꝰ & reliq ægregii ui
ri qui primas ī cōuiuio partes tenebāt a tempe/
rantia nō recedebāt. Sqllis.piſcis ex genere mol
liū ē.Murena hic piſcis quocūqꝫ tꝑe parit.Oua
eius citiſſime creſcunt.Vulgus cū ſerpentibus illas coire putat ariſtoteles mirinum uocat marem q generāt.

Indice monſtraret digito:nā cætera turba
Nos inquā cœnamus aues:cōchilia.piſces
Longe diſſimilem noto celantia ſuccum
Vt uel continuo patuit cum paſſeris:atqꝫ
Inguſtata mihi porrexerit ilia rombi ꝛrē
poſt hæc me docuit melimella ruberē mino/
Ad lunā delecta:quid hoc interſit:ab ipſo
Audieris melius:tum uibidius balatroni:
Nos niſi dānoſe bibimꝰ:moriemur inulti:
Et calices poſcit maiores uertere pallor:
Tum parochi faciē nil ſic metuētis:ut acreſ
Potores:uel qđ maledicunt liberius:uel
Feruida quod ſubtile exurdāt uina palatū:
Inuertunt aliphanis uinaria tota
Vibidius balatroqꝫ:ſecutis omnibus imis.
Conuiuæ lecti nihilum nocuere lagænis
Affertur ſquillas inter murena natantes
In patina porrecta:ſub hoc herus hæc gra/
uida inquit
Capta ē :deterior poſt ꝑtum carne futura.
His mixtum ius eſt oleo:qđ prima uenafri
Preſſit cella garo de ſuccis piſcis hiberi:
Vino quinquenni uerum citra mare nato:
Dum coquit' coeo chiū ſic cōuenit:ut nō
Hoc magis ullū aliđ pipe albo ū ſine aceto
Quod methimneā uitio mutauerit uuam
Erucas uirides:inulas ego primus amaras
Mōſtraui īcoquere illutos cotillus echinos
Vt meliꝰ muria:qđ teſta marina remittat:
Interea ſuſpēſa graues aulea ruinas
In patinā fecere trahentia pulueris atri
Quātū nō aquilo campanis excitat agris:
Nos maius ueriti poſtq̄ nihil eſſe pericli
Sēſimus erigimur:rufus poſito capite:utſi
Filius īmaturus obiſſet flere quis eſſet
Finis:ni ſapiens ſic nomētenus amicum
Tolleret:heu fortuna:qs eſt crudelior ī noſ
Te deus:ut ſemp gaudes illudere rebus
Humanis uarius mappa cōpeſcere riſum
Vix poterat balatro ſuſpēdens oīa naſo:
Hæc eſt conditio uiuendi aiebat.eoqꝫ

Discrimenq; ē q̃ murena uaria & infirma ē. Myrinus unicolor & robustus: denteſq; extra os habet in gallia ſeptētrionali murenis oibus in dextra maxilla ſeptenæ maculæ ad formā ſeptētrionis aureo colore ſunt dū uiuunt: nā pariter cū uita extinguunt̄ Vedius pollio eques. R. ex auguſti amicis mancipia dānata in uiuariis murenaꝝ demergēs totū hominē diſtrahi ſpectabat. Aceti guſtu in maximā rabiē aguntur. Nō craſſū ut anguillis tergus illis ē: ſed tenue eoq; uerberari ſolitos p̄textatos eſſe. Verius ſcribit Hortenſius murenā i uiuariis ſuis adeo dilexit: ut extinctā fleret. Sub h. Statim hac poſita locutus eſt herus. id eſt cœne dominus illā grauidā captā fuiſſe quia cum murenæ pepererint deteriore carne ſint. deinde demonſtrat quo pulmentario condiat̄. Ius enī ipſius cū oleo uenafrano miſcebant. Prima cella. Primaria in quo eēt optimū. Garo. gaꝝ liquamen eſt ex piſcibus ſale maceratis. is enī liquor ex ſale & piſce liquefactis preſertim ſcōbro fit & tantii fuit apud antiquos: ut nullus alius preter unguēta maioris eēt precii. Nā ſingulis milibus nūmū bini pene congii permutabāt̄: hūc liquorē muriā dixerunt cuius uitium eſt alex iꝑfecta nec colata fex. Verꝫ inter muriæ genera laudatiſſimū ē gaꝝ. Hæc apud pliniū latius inuenies. Mythimneā. Ab urbe leſbi ubi optimū fit uinū. Vir. Quā mythimneo carpit de palmite leſbos. Inulas. bulbi ſpecies eſt. Amaras. acres. Incoquere. una cū illis coquere. Et cotillus mōſtrauit ut echinos illutos. quaſi dilutos melius remittat muria q̃ teſta marina. Nos maius ueriti. Ruebāt. n. aulea. at nos uerebamur ne rueret domus. Erigimur. i. liberamur a metu queadmodū deiicimur cū metu deprimimur. Rufus deplorabat cœnæ interitū. hic nebulo deiecto capite ex dolore: ut ſi ploraret interitū filii. Illudere rebus humanis. Verba digna odio ut ita lamētet̄ rē nimiā ueluti ſi capitis periculū imineret. Varius. uir. ſ. ſapiens. Suſpendens oia na. Vt oſtēdat anxiū & cogitabundū ueluti in re grauiſſima: & utit̄ ueluti paraſitus multa adulatiōe & i re ridicula tragœdias excitat ex epicureoꝝ ſententia: quibus hæc cœnæ perturbatio ſummum malum uideri poſſit. Enumerat ergo herculeos labores in cœna paranda maxime in qua huiuſcemodi caſus euenire poſſint. Garum

Reſpōſura tuo nūquā eſt par fama labori:
Tene: ut ego accipiar laute torquerier omni
Sollicitudine diſtrictum. ne panis aduſtus
Ne male cōditū ius apponat̄: ut omnes
Precincti recte pueri cōptiq; miniſttent:
Adde hos preterea caſus: aulea ruant ſi
Vt mō. ſi patinā pede lapſus frāgat agaſo:
Sed conuiuatoris uti ducis ingenium res
Aduerſæ nudare ſolent: cælare ſecundæ
Naſidienus ad hæc. tibi. dii q̃cūq; precaris
Cōmoda dent. ita uir bonꝰ es cōuiuaq; cōis
Et ſoleas poſcit. tū in lecto quem uideres
Stridere ſecreta diuiſos aure ſuſurros.
Nullos his mallē ludos ſpectaſſe: ſed illa
Redde age: q̃ deinceps riſiſti: uibidius dū
Quærit de pueris. nū ſit quoq; fracta lagœ
Q̄d ſibi poſcēti nō dēt̄ pocula: dūq; ꝛna
Ridetur fictis rerum balatrone ſecundo:
Naſidiene redis mutatæ frontis ut arte
Emendaturus fortunam: deinde ſecuti
Mazonomo pueri magno diſcerpta ferētes
Mēbra gruis ſparſi ſale multo nō ſine farre
Pinguibus & ficis paſtū iecur anſeris albi.
Et lepoꝝ auulſos ut multo ſuauius armos
Quā ſi cū lūbis qs edit: tū pectore aduſto
uidimꝰ & merulas pōi & ſine clune palūbes

ACRON. Reſponſura tuo nō eſt. Supat factū tuas laudes. hoc eſt cōdigne laudari nō potes. illi āt dicit balatro. qui præbet cōuiuiū. i. naſidieno. Tene. ſupple decet. Accipiar. paſcat. ut illos porticibus rex accipiebat in amplis. Patinā ſi frangat a. Agaſo proprie dicit̄ ſeruus q iumēta curat. hic āt ſatyrice eſcaꝝ miniſtrum agaſonē appellauit quē uulgo dicunt inferiorē. Sed cōuiuatoris uti. Quēadmodū dux exercitus in aduerſis rebus probatur. utꝝ ſciat bñ opitulari ſuo exercitui: & tutari illū. nā & fœlicitas ēt & iperium militiæ cælat: ita & conuiuatoris prudentia i aduerſis rebus probatur quemadmodū ſciat conſolari ſuos cōuiuas. Nullos his mallem. hoc Hora. id eſt magis uellem hos cœnantes ſpectaſſe quā quoſuis ludos. Vibidius dum. fundanius. Secūdo ex triſti facto hylari. Mutatæ frontis. iam lætior. Mazonomo. genus lancis eſt. in qua portantur eſcæ ueluti grande ſalſare. Iecur. a parte totum. Vt multo ſuauius. Quia clunibꝰ aliquid habetur tetri odoris & saporis minꝰ iucūdi. Niſi cauſas. Iſta pulmēta quæ attulit nobis Naſidienus ſuauiter comederemus niſi nobis narraſſet cauſam quare partes eorum non attuliſſet. intelligimus enim naſidienum dixiſſe uermes iueniſſe in cunctis partibus quas non attulit.

PORPHYRIO TACET.

CHRI. Agaſo. rudis puer ut ſunt agaſones. Dii ti. homo uanus adulatione demollitus omnia ſe illi debere putat: & propterea omnia precatur: & poſcit ſubito ſoleas: ut in culinam ꝑparans cœnā reſtauraret. Soleas po. Nā in toris & cōuiuio ſine calceis erāt. Nullos. loquitur poeta Vibidius. Continuat narrationē fūdanius: & hūc bibacitatis notat. Mutatæ frō. Redibat enī lætus cū epulas reſtauraſſet: & caſum fortunæ ſua arte emēdaturus eēt. Mazonomo. uaſis ſpēs. Ficis.

nam iecur in ansere laudat̄.p̄sertim si ficubꝰ auis postea sit. Fartilibus.n.in magnam amplitudinē crescit iecur anserinum. Exemplum quoq; lacte mulso augetur. Questio tamen ē quis primus huius rei auctor fuerit. Scipio an metellus uir consularis an. M. sesseius eq̄s romanus. Romæ in ueneratione fuerunt anseres: quia clangore suo canes custodesq; excitando capitolium ab irruptione gallorum seruarunt: proptereaq; censores cibaria anserum in primis locant. Anser Lacydi phiosopho ita semper adhæsit: ut neque domi neque foris usquam ab eo discederet. Suauis si non causas. Suaues epulæ erāt. sed ille eas insuaues reddebat nos misere longo sermone fatigando dum singularum naturam docere nos & causas uoluisset In quo loco norat poeta epicureorum longissimos & friuolos atque uanos de physicis sermones. Sed tedio orationis fastidit i illum ulti sumꝰ nihil comedendo. Hoc enim graue est domino conuiuii. Intactas ergo epulas reliquimus ueluti si canidia quæ anhelitu suo sæuior est serpētibus illas afflasset. Aphris. aphricanis. Ibi eni libya est harenosa: in qua oīs generis serpētes abūdāt: & propter calorem regionis & aquæ inopiam sæuissime nocent.

Suauis res: si nō cās narraret eaꝝ &
Naturas dūs: quē nos sic fugimus ulti:
Vt nihil omnino gustaremus: uelut illis
Canidia afflasset peior serpētibus aphris.

Q. V. HORATII FLACCI EPISTOLARVM LIBER PRIMVS. EPISTOLA PRIMA AD MECOENATEM

p Rima dicte mihi summa
dicende camœna
Spectatum satis & donatum
iam rude queris
Mecœnas iteꝝ antiquo me icludere ludo
Nō eadē ē ætas: nō mens. ueianius armis:
Herculis ad postē fixis latet abditus agro:
Ne populū extrema totiens exoret harena:
Est mihi purgatā crebro qui p̄sonet aurē:
Solue senescentē mature sanus equum: ne
Peccet ad extremum ridēdus: & ilia ducat.
Nūc itaq; & uersus & cætera ludicra pono:
Quod uerum atq; decens curo: & rogo: &
omnis in hoc sum.
Cōdo & cōpono q̄ mox depromere possim
Ac ne forte roges: quo me duce quo lar̄ tu-
Nullis addictꝰ iurare i uerba magistri -ter
Quo me cūq; rapit tēpestas deferor hospes
Nunc agilis fio: & mersor ciuilibus undis
Virtutis ueræ custos: rigidusq; satelles.
Nunc in aristippi furtim precepta relabor
Et mihi res nō me rebus submittere conor
Vt nox lōga: quibus mētitur amica: diesq;
Lōga uidet̄ opus debētibus: ut piger ānus
Pupillis quos dura premit custodia matꝝ
Sic mihi tarda fluūt īgrataq; tp̄a: que spē
Consiliumq; morāt̄ agēdi gnauiter: id q̄d:
Aeque paupibus p̄dest locupletibus. eque
Aeq̄ neglectū pueris senibusq; nocebit -tis
Restat ut his ego me ipse rēgā soletq; elemē-

ACRON p Rima dicte m. Rude. Rudis est signū missionis artis gladiatoriæ. Inclu. ludo. officio scribēdi. Ludū āt methaphoricos uocauit: ut oñderet periculosū opꝰ eē scribēdi: q̄a p̄st pugnā cōtulit ad agriculturā. Veianiꝰ. nomē gladiatoris pugnacissimi & iocunde hoc exemplum attulit: quia superius dixit. Antiquo me icludere ludo. Abditus agro. comparat se ueianio gladiatori nobilissimo. qui post multas palmas consecrauit herculi arma sua contentus proprio agro: Cuius exemplo dicit ætatem suam & propositum sibi impedire & non posse sibi perseuerare in carminibus: sed potius uelle transire ad studium philosophiæ relictis iocis & lyricis uersibus. Ne populū exoret extrema harena. Quia gladiatores portaturi rudem ex media harena consueuerunt se ad crepidinem circi adeo proximi: ut possent populum tristi uultu uelocius exorare id est sub circulo amphitheatri stans petat rudem. Nam ibi consuetudinis est stantē gladiatorem petere missionē. Est mihi. modo philosophus qui persoñet aurem. & faciat purgatam. Addictus iurare. Methaphoricos locutus est a militia. Quia iurabāt milites in uerba ducis: & sic ibāt ad militiam. Iurare. id ē nulli sum obnoxius. Omnes audito scrutantes ad rem probandam. Tempestas. aut fortuna aut casus aut aī inclinatio. Nūc agilis. id est facilis: & mobilis & diuersa appetens negociosus accinctus apparatus ad laborādum. Ciuilibus undis. Hoc ē morali phiæ & mire ī methaphora obdurauit. Quia dixit tēpestas. Virtutis u. sectæ: q̄a dicūt nō esse peccātibus ignoscendum. Aristippi. Aristippus cirenaicus fuit & Epicurus

Qui summum bonum in uoluptate dicit. Furtim autem ideo: quia stoici dicunt fugiendam esse uoluptatem. Et mihi res. Nam stoici dicunt natum hominem: ut a repu. regatur. Epicurei uero ut homo rempu. regat. Subiungere. quoniam auari pecuniis seruiunt. Ideo Hora. Quasi philosophus ait conor ut mihi seruiant pecuniæ: non ego illis. Nam illa nobis seruiunt quæ contemnimus. Aliter hoc Epicuri stoicis opponunt sequentibus gloriam uirtutis quasi illi rebus seruiant dum appetunt gloriam. Senibus. p hoc ostenditur oi ætati philosophiam prodesse inquantum profecerit.

POR. Prima dicte mihi summa dicende camoena. Flacci epistolaꝝ libri titulo tantũ dissimiles a sermonibus sũt. Nam & metrum & uerborum cõmunis assumptio. sui ultimos esse ipse testatur mecœnati cũ dicit finire se operam uelle: & philosophiæ malle iseruire. Veianius armis. Veianius nobilis gladiator post multas palmas cõsecratis Herculi fundano armis tandẽ in agellũ se cõtulit. Cuius exẽplo dicit ætatẽ suam & propositũ impediri: ne in scribẽdis iis carminibus pseueret. Et cætera ludicra pono. ait se depositis fomentis leuibus ai. i. iocis a uersibus transisse ad studiũ philosophiæ: & præcepta aio sapientissime cõdere q̃ postea in usũ rectæ uitæ proferri possint. Quo me duce quo lare tuter. Nulli sectæ addictũ se ait: sed ex oib⁹ quicquid optimũ sit dictuꝝ esse pmittit. Et mersor ciuilibus undis. inter stoicã & epicureã iactari se ait Et ideo se undis cilibus mergi dixit. Quia stoici administrationẽ reipu. probant. Epicurei uoluptatẽ. Inde furti relabi se ad eã ait. Nunc in Aristippi. quia Aristippus epicureæ sectæ princeps fuit. Rigidusq; satelles. Bene rigidus secundum stoicum. Longa. quibus mentitur amica. Sicut longa nox est iis qui amicæ aduẽtum falso expectant: uel illis qui per diem operantur: longus dies est.

CHRI. Magnum profecto mortalibus illustrissime Guido feltri adiumentũ attulit ea quæ de uita & moribus inscribit̃ philosophia sine qua homini i ciuili societate degenti nõ dicã beata sed ne ulla quidẽ uita eẽ põt. Ipsa eni & uirtutũ oium indagatrix est: q̃bus ab hoie remotis pter solã effigiẽ nihil quod quidẽ hois relinquit̃. Et uitioꝝ expultrix. quib⁹ isecta humana mens tantũ a sũmo bono cuius causa cætera oia agunt mortales: abest: ut oium erũnaꝝ cumulo obruat̃. Quapp iure quidẽ optimo diuinus ille Socrates apollinis quoq; oraculo sapiẽtissimus ẽ appellatus: qm relictis subtilioribus naturæ iquisitionib⁹ philosophiã primũ a cœlo in terras auocauit ac nõ solũ intra urbes induxit. ueꝝ ẽt in humanis pectoribus collocauit. Quod tñ tantũ dei donũ nõ oino priscos illos sapientes latuisse putauerim: quicunq; hi fuere: q circa sæculoꝝ initia mortales adbuc soliuagos: & per siluas dispersos & solis antris aut spelũcis aduersus cœli iniurias defẽsos: uictu deniq; ferino uiuẽtes primo in unã ciuitatẽ cõpulere: ac deinde cõpulsos: sed tñ per insolentiã aduersus eos cõtumaces in ius: atq; æquabilitatẽ induxere: ut & legibus obtẽperare: & i cõmune cõsulere assuescerent Neq; alia ratione Orpheũ & tygres lenisse: ac torrẽtia flumina retardasse: aut siluas saxaq; mouisse lyra fabulant̃ q̃ quod eloquẽti sapientia & hoies efferatos furoreq; cõcitatos reprimere: & ad mitiores mores reuocare aut stolidos & penitus stupidos excitare & ad uim uirtutẽq; animare potuerit. sono cithare mouit saxa Amphion: ut se in ædificationẽ thebanoꝝ mœniũ cõponerent. Mõstruosa hæc fabula ẽ: sed ñ id mõstrũ ẽ: quod fabulæ figmento tegit̃. nã ciuitatẽ thebanã ex collectitia hoium turba hactenus stupida & sine sẽsu ac ratione uiuẽte cõposuit: & uerboꝝ ornatu ac grauitate sententiaꝝ formauit. Quapp cũ ego. Q. Horatium flaccũ tũ in cæteris suis uoluminibus: tũ in his quas in duos libros distinxit epistolis: ita uniuersã hãc doctrinã amplexũ eẽ uideã: ut & quid sit ueluti ultimũ ab hoie expetendũ: & quibus officiis ueluti uia quadam ad id perueniẽdũ sit sapiẽtissime eloquẽtissimeq; describat: putaui eẽ eius hoies qui i cõe pro sua uirili cõsulat ea q̃ in illis poetaꝝ more abstrusa ac recõdita sũt ita interpretari: ut quicũq; legerint & idustriã nostrã non penitus cõtẽnant: & laborẽ nõ frustra oino a me sumptũ eẽ intelligãt: & iocunditatis simul & utilitatis inde se aliquid cõsecutos gaudeant. Quæ quidẽ oia bis potissimũ rationibus nomini tuo dedicaui: ut cũ & quæ ad priuatã & quæ ad publicã uitã degendã pertinent in hoc uolumine recognoueris: tũ & tu Horatiũ oium poetarũ sapiẽtissimũ fuisse aiaduertas qñ quidẽ hæc oia & rectissime sẽserit: & dilucide copioseq; descripserit: tũ patrẽ tuũ unicũ nostri sæculi exemplar intuearis: Animaduertes eni modo diligenter singula tãti ducis dicta factaq; obserues: illũ neq; in rebus oibus cognoscendis sapientissime uersari: neq; in singulis recte agendis sũma cum iusticia atq; animi magnitudine se gerere potuisset: nisi ad eã quã a natura sortitus ẽ igenii diuinitatẽ: & ad multaꝝ reꝝ diuturnũ usũ atq; experientiã oium pœne doctissimoꝝ uiroꝝ uariã multiplicẽq; doctrinã studiosissime adhibuisset. Lege igit̃ ac plege illustrissime guido: ut quẽadmodũ eoꝝ bonorũ quæ in fortunæ temeritate posita sunt te sibi iam diu successorem parat. Sic etiam earum uirtutum quæ maxime quæ plurimæ quæ diuinissime in eo sunt uiuus ualensq; nõ ex dodrante aut ex triente sed ex toto ut aiunt asse hæredem futuꝝ: te sũma cũ animi uoluptate amplectatur. Sed ut qñq; ad ipsas interpretationes descendamus liber epistolaꝝ in manibus ẽ. Epistolas ãt græci id scriptoꝝ genus appellant: quod ad absentes mittimus: & quo ueluti presentes alloquimur uerbũ ductum ab eo quod est ἐπιστέλλειν quod ea lingua mitto significat. In quo loco animaduertendũ est noia quæ a uerbis. e. tenue habẽtibus litteram. e. in. o. conuertere. Quapp ut ab eo quod est πένομαι id est laboro fit πόνος id est labor ita ab eo quod est στέλλω atq; deinde ἐπιστέλλω fit ἐπιστελὴ & non ἐπιστολὴ quo nomine iam latini pro suo utuntur: dicuntq; non solum epistolam: uerum etiã in neutro genere epistoliũ. Vñ Catullus. Quod mihi

fortuna casusq; oppressus acerbo. Conscriptū hoc lachrymis mittis epistoliū. Latine autē epistolam litteras appellamus in plurali tātum numero. Quapropter unā epistolā unas litteras quemadmodū unas nuptias & una arma proferimus: nisi forte sua licentia poetæ etiam in singulari litterā dicant: ut apparet apud Ouidiū.

Prima dicte mihi summa dicende camoena. Proemii munere fungitur epistola hæc. Nam cum grauiori iam ætate constitutus teneriora poemata omittere quanuis mecoenatis rogatu ea suscepisset: & res grauiores atq; ex itima philosophia deprōptas ut sibi ciuibusq; suis ꝓdesset: litteras mādare decreuisset excusat ingrauescentē ætatē ueluti lasciuioribus nequitiis ineptā & ueluti præteritæ negligentiæ poenitētia ductus suā in hæc studia ꝑperationē describit. Captat igit̄ beniuolētiā a persona mecoenatis: cū illū dignū pronunciet & quod oli laudatus sit: & quod rursus deiceps laudandus. Captat a sua cū se ueluti memorē gratūq; beneficioꝝ cōmendet. Captat a re ipsa: quæ ad cōmunē oīum utilitatē ptineat. Qui & ab eadē ipsa re magnitudine utilitatis ꝓposita auditores in sūmā attentionē adducere ualet: quā dū proponit simul ēt docilitati inseruit. Dicte. laudate. Vir cui ñ dict⁹hilas. Spe. Vel ꝓbatū Vir. Et reb⁹spectata iuuēt⁹. uel spectatū: q̄a trāslatione a gladiatoꝝ spectaculo sumit. Do. r. Iā a scribēdi mūere liberꝝ. Rudis eni secūdū priscianū uirga ē: q̄ donati gladiatores a gladiatura cessabāt. Iuue. Hic sergi⁹ idē accepta rude cœpisset ueiēto uideri. Ludo. arte. Nā ludū latini locū dicūt: ubi ars aliq̄ tradit̄. Eadē ætas. Diuersæ eni ætates diuersa studia hēnt. Quapp mutatiōe ætatis fit mutatio mentis & uolūtatis. Veianius. gladiator fuit nō ignobilis: qui aduentante senectute ab arte discessit. Erat aūt de antiquoꝝ cōsuetudine ut qui ab artificio aliquo discederet arma & instrumēta sui artificii in tēplo eius dei suspenderēt: in cuius tutela id eēt artificiū. q̄m ergo gladiatura & robustū & laboribus inuictū corpus & aīum i periculis intrepidū requirebat: iccirco herculi oīum heroū maximo cōsecrata ē. Ergo ut in carminibus arma ueneris in ueneris templo suspendit: sic nunc gladiaturæ arma herculi consecrat: & a postibus eius tēpli pendere uult. Sic & Maro i buccolicis. Hæc arguta sacra pēdebit fistula pinu. Ad po. De quo nomine & ualuis & foribus dictum ē. Agro. nam obmissa gladiatura dedit se agriculturæ. Cæterum gladiatorum ludi ita instituebantur ut paria facerēt ex his & ita illos inter se coequabant: ut esset in ipsis paribus æqualitas ætatis: exercitationis ꝓceritatis uiriū & audaciæ. Sicq; cōpositi i harenā ꝓdibant: ut sæpe mutuis uulneribus ābo perirēt. Sæpe ēt spectatoꝝ clemētia ꝓhibebat̄ uictor ne inuictū & iā uulneribus cōfectū ulterius sæuiret tuq; maxime cū ille supplex populi in theatro sedētis opē iploraret. Quod significare uidet̄ poeta: cū dicit. Ne populū extrema totiēs exoret harena. Erātq; qui rete occulte ferentes aduersariū quē mirmilonē appellāt irretire conabant̄. Canebātq; ñ te peto piscē peto. Quid me fugis galle. Quia mirmilonicū genus armaturæ: gallicū erat: & ipsi mirmilones galli appellabāt̄: in quorum galeis piscis effigies inerat. Genus autē hoc pugnæ institutū est a pyttacho mytileneo qui dimicaturus aduersus Phrynonē ducē atheniensium ob cōtrouersiā de finibus agroꝝ q̄ erat inter acticos & mytileneos reti occulte lato ipediuit Phrynonē. Fuit āt apud priscos cōsuetudo ut siquis ægregius dux in bello occubuisset aliquot ex captiuis hostibus ad eius tumulū tanq̄ inferiæ mactarent̄. Quod i Pallante apud Maronē legim⁹: Sulmōe creatos Quatuor hic iuuenes totidē quos educat ufēs. Viuētes rapit iferias quos imolet umbris: Captiuoq; rogis perfūdat sanguine flāmas. Hinc gladiatoꝝ munus repertū nōnulli uolūt: ut primo ex dānatis paria cōficerēt̄. Quod nulla iniuria effici putabant. Nā qui cōficiebāt̄ in harena nullā grauiorem poenā dabāt q̄ qua dānati fuerāt. Siquis āt euadebat id sibi lucro apponere poterāt: deīde repti sūt q robustissimos uenales emerēt emptosq; in hoc artificio exercerent: ut deinde ad munera edenda uenderent. Postremo hoīes perditissimi reperti sūt qui q̄stus gratia huiuscemōi & periculū & ignominiā suā spōte subirēt qui āt gladiatores exercebāt lanistæ dicebāt̄. Alii dicūt hāc rē atheniēses i honorē scythicæ dianæ repperisse. Iulius āt capitolinus scribit uoluisse romanos hoc ludo milites in hostes acriores reddere. Cicero in secūda tusculana ait. Gladiatores aut ꝑditi homines aut barbari quas plagas ꝑferūt: quo modo illi qui bene instituti sūt accipere plagā malunt quā turpiter uitare. Quā sæpe apparet nihil eos male quā uel domino uel populo satisfacere. Mittūt uulneribus cōfecti dn̄os: qui querāt quid uelint si satis eis factū sit se uelle decūbere. Liuius āt de scipione. Gladiatoꝝ spectaculū fuit nō ex eo genere hominū: ex quo lanistis cōparare mos ē seruoꝝ: qui uenalē sanguinē hēnt uoluntaria oīum & gratuita opera pugnantiū fuit. Refert suetonius Neronē ad ferrū & ad munera horenæ quadrigētos senatores & sexcētos equites exhibuisse. Qui personet. Rationē itelligit: uel cōscientiæ stimulū. dixit āt ꝑsonet aurē. i. sonet per aurem. Dicimus āt sono cythara & ñ cytharā sed ēt sono cythara carmē doricū. Sic Vir. Cythara crinit⁹ iopaspersonat aurata docuitq; maxim⁹athlas. Purgatā. Nō obstructā: sed patulā & audientē. Sentētia ē. Ratio mihi dicat Ego āt audio & obtēpero. Solue senescentē. alia translatio quæ a curuli certamine sumitur. nam ut erat qui equum quo in iuuentute hactenus uictore usus est iam senem adhuc in ludis continuare iubet: neque a iugo soluit: ita ego errarem si ea studia quæ belle in iuuentute exercui nunc senex quæ ætas grauiora postulat turpiter exercerem. Peccet ad extremum. nam equus qui in iuuentute uelocissimus fuit: in extremo uitæ tardior factus ridetur. Ilia ducat. Nam qui per ætatem grauiores facti sunt non corpus habile ferunt: sed tardum trahunt. uel ducat quasi nimio anhelitu producat: & quasi extendat. Nam qui imbecilliores sunt: magis laborant. Ergo magis calescunt: & ex maiore calore maior prouenit anhelitus: unde ilia concutiuntur. Versus & ludicra. non ergo omnes uersus: sed eos qui ad ludos id est ad res lasciuio-

res pertinent. Ludicra. Omnia quæ ad ludos pertinēt & ipsæ exercitationes circa ludos & illarum instru menta ludicra appellant. Pono. nō ut in secordia degam: sed ut ociū mihi datum ad maiora conuertam. Quod uerū atq; decens. Vtrāq; philosophiā significauit: physicē quæ circa ueri inuestigationē consistit: & ethicen q uitæ magistra ad rectas cōdecentesq; actiones nos pducit. Naturali enī philosopho satis ē uerū quod sit cognoscere. Morali āt quod rectū iustūq; est nosse nō satis est nisi recte iusteq; agat. Opus. n. moralis uirtutis nō cognitione sed actione pficitur. Verū qm liber iste horatii totus ex philosophia pendet: & ad utilitatē eorū qui legēt: & ad uoluptatē simul ptinere putamus: si rē omnē in suas ptes sed q breuissime fieri pōt diuidemus. Sapiētissime studiū quā græci phiam nomināt tripartito diuidere plurimi cōsueuere. nā oīs q de illa sermo suscipit: aut rerū naturā inuestigat: aut uitā & mores qrit: aut uiā certā modūq; differēdi edocet. Ex quo physicen primā: Ethicen alterā: Tertiā dialecticen græcis uocabulis ēt nostri noīauerūt. Aristoteles āt cuius ordo ī rebus cæteris oībus præfert suis uoluminibus absolutissime rē psequit. Quapropter q ab eo sunt peripatetici totū negociū ī speculando & in agendo ponūt. Et actionē quidē nos ad beatā uitā instruere. Speculationē uero quoniā ī optīa actione cōsistat: nisi bene agendo cōparari posse negāt. Primæ deiceps phiæ rursus tres ptes faciūt. Vnā q diuina cōsideret: quā tū theologiā tū methaphysicē nomināt. Alterā quæ naturaliū corporū motū pprietatēq; iuestigat: quā pprie physicē nomināt. Tertiā mathematicē uocāt: q relictis motu ac pprietate ipsi physicæ circa solas quātitates eorūdē corporū uersat. Theologia essētias a materia separatas ita cōsiderat: ut modo eas quarū neq; capax neq; particeps ē materia: sed eas quarū & si capax materia nō sit: illarū tamen pticeps efficit: ut uidemus eas substātias q & si extra corpora intelligant tū illarū pticeps efficit materia ut sūt hoīum aīæ: Physices uero subiectū corpus mobile cum sit huius principia pprietates motusq; ī diuinissimo physicorū libro ī uniuersū exposuit Aristoteles. Verū cū mobilis corporis motus uarii sint in eo q de cælo & mūdo iuscribit motū demōstrat q ad locū dūtaxat ē. Nā planetæ cæliq; ita ad locū mouent: ut tū suā essentiā nō mutēt. n. n. mutat ī saturnū uenus: aut ī iouē mars: aut ī aliū alius: etsi assiduo cæleriq; motu rapiant. In libro āt de generatione & corruptione eū ponit motū: q nō ad locū solū sed ad formā ē. Assidua. n. trāsmutatiōe in aquā terra & ī aerē aqua: atq; rursus ille ī ignē uertit Sicq; uicissim crassiores cuiusq; leuiores elemēti partes in ppinquum quod se grauius ē descēdit. Est tertius motus qui fit ad formā mixti īperfectā: qualē uidemus ī pluuia: grandine: niue: & huiusmodi. Est & quartus ad formā mixti pfectā iis q e terra effodiunt q græco uerbo metalla ēt latini nomināt. horū superiorē in meteoris īferiorē in metallorū libro psequit. Verū cū huiuscemodi motus oēs aīa careant: scripsit quoq; de aīa in quo libro oēs quattuor siue aīas siue aīæ partes psecutus ē. Sed & de singulis in singulis uoluminibus peregit. Nā de ea q sentit ī libro de aīalibus de ea q uegetat ī libro de plātis scripsit. Adiūgit postremo officia ac pprietates diuersas: ut de breuitate & lōgitudine uitæ. De morte & uita de sōno & uigilia de sensu & sensato: & de memoria & remiscētia. Mathematicē quā tertio loco posuimus bipartito diuidūt. Cū enī circa quātū uerset: id aut simplex nudūq; considerāt: aut cū aliqua admixtione. Primū rursus ī cōtinuū & discretū patiūt. Sed in cōtinuo geometria. In discreto arithmetica ē. Si uero mixta consideratur aut cōspectui admiscet quantum: unde fluit ea quā pspectiuā nūcupant. Aut uoci: unde fit musica. Astrologia deniq; & ipsa mixta appellat. Ex physicæ enī & duabus partibus mathematices geometria scilicet & arithmetica cōstat. Agit enī de corporibus cælestibus quæ naturalia sūt: agit de illorū quāto ac numero quorū alterū arithmetici: alterū geometræ cōsiderant. Sed de physicæ quæ speculationē habent hactenus. Ethice uero q actionē continet & ad mores cōsuetudinēq; uitæ pertinet trifariā spectatur. In eo enī quo tibi ipsi moderaris ethica. In eo quo familiā gubernas æconomica. In eo deniq; quo remp. geris polytica traduntur. Hæc duas res cōtinet sūmū scilicet in humana uita bonū: ad quod oīa referunt: quodq; propter seipsū expetitur atq; officia quibus tanquā uia quadā ad ipsū ultimū finē pducimur. In hac tū aut disputāt philosophi ut quid sit sūmū bonū: qd uirtus: qd uitiū & similia: quā uim hæc habeāt: & ī quot partes distribuāt. Aut pcepta tradūt quibus ad sūmū bonū perueniat. Dialeticen deniq; alii iter partes phiæ annūerāt: ut sit tertia illius pars. Alii scientiā quidē negāt: sed modū quēdā & uiā ad illā: & instrumentū quo ad differendū scientiæ utant. Curo. quod pertinet ad id quod agendum esse didicerit. Et rogo. ut quæ nondum didicerit addiscat. Vel dixit curo id est inquiro: ut ostendat quod duplici uia incognitione incognitorum uenimus: aut nostro īgenio & industria inuestigando aut a doctioribus addiscēdo. Oīs. totus. i. totam mentem ad hoc uerto: & ē hæc occultior qdam beniuolentiæ attentionisq; comparatio. Amamus. n. illum: qui tā assiduā uehæmētēq; operā iis rebus ipendet: quæ ad uitā moresq; humanos emendandos in primis pertinent. Attenteq; id audiunt homines fidemq; rebus illis adhibent: quæ tanta diligentia ac studio inuestigata sint. Condo & cōpono. uel ostendit quod quæ dicit nō solum condit id est memoriæ mandat sed componit id est certo quodā ordine diggerit quæ deinde possit promere. i. actionem deducere. Vel condo. i. describo quod quidem cōponere est: ut inde promant id est edant. Ac ne forte roges. Maxīa accumulatio cōmendationis earū rerū quas scripturus est. Nā qui certam aliquā in philosophia sectam sectat: & mordicus ita tenet: ut mittere nolit: huic necesse ē ut quādoq; ēt ea quæ nō probat quo positionem tutet defendat. Hoc igit reliquis phis accidit. Academicis nō accidit. Hi. n. nihil affirmare audent: sed probabilia & q ueri magis similia sūt sequuntur. nec stoicorum potius quam peripateticorū aut aliorū dogma probāt moti illorū auctoritate: sed

sola ueri similitudine:quando uerum deprehendi ab hoibus posse negant.Quapropter noster poeta quecunque sentit ea nõ aliorum auctoritate ductũ:sed probabili ratione adductũ sequi demonstrat. Verum quoniam de uarietate familiarum quae in philosophia uersant mẽtio habita ẽ nõ huic loco solũ sed plurimis aliis q deinceps iterpretandi sunt conducere arbitror:ut rẽ uniuersã sed breuissimis tñ uerbis percurramus. Socrates primus oium philosophorum de uita & moribus disputauit:sed mira quadã ironia:& de singulis rebus ita uehaementer in utrãque partẽ ut singuli pene eius discipuli:ut sũt diuersi humanorum igeniorum captus:nõ quod ille sentiret:sed quod sibi maxie consẽtaneũ eẽt ex huiusmodi disputationibus sibi arriperẽt. Disputauit quãdoque sãctissimus ille uir de corporis uoluptate:sed in utrãque partẽ disputauit. Aderat cyreneus Aristippus hic cũ ingeniũ eius i illã propẽsius eẽt:nõ quae ille assereret:sed quae sibi magis placerent ide diligens suauẽ in sensibus motũ id est uoluptatẽ sũmũ bonũ esse dixit. Hi ergo cyrenaici appellant. Ab eodẽ sunt ẽt hegesiaci:anicerii & theodorii. Qui ab egesia & anicere & theodoro huius populi discipulis nominati sũt. Idẽ sẽsisse uidet Eudoxus gnidius & Dyonisius heracleotes:qui oculorum dolore a Zenone magistro suo defecit. alii ãt nõ in uoluptate summũ bonũ posuerũt:sed i indolẽtia id est i uacuitate doloris:ut Hieronymus rhodius & Leucippus abderites. Democritus quoque & ipse abderis natus uoluit finẽ bonorum eẽ rectũ quietũque animi statũ: quem ipse euthymiã appellat. Epicurus uero atheniensis quãuis tẽperatissimus & sũma iustitia amãdus eẽt tñ summũ bonũ ita ad corporis uoluptatẽ rettulit:ut nõ solũ suauẽ in sẽsibus motũ uoluptatẽ appellet:uerum ẽt indolẽtiã quae longe alia res est sub eodẽ noie reponat. Zeno aũt cittieus ex cypro graeca ciuitate oia ad eas uirtutes quae ad rectas actiones inducũt rettulit. Itaque solã uirtutẽ summũ bonũ putauit:quã sniam socrates in Gorgia demõstrat. Idẽ pene senserunt cynici. Idẽ pythagorici a quibus italica philosophia ẽ. Idẽ Biõ boristhenes. Sed a Zenone q fluxerunt primo Zenoni dicti sunt. Deinde cũ ipse i porticu athenis disputaret a porticu quae graece στοα appellat stoici dicti sunt. Cũ & antea poetae q eandẽ porticum colebãt stoici nũcupati fuerint. Plato ãt i cõteplatione summũ bonũ põit a qua snia nec Thales milesius nec Bias prieneus:nec Anaxagoras clazomenius abhorret. Inchoãdũ tñ dicit a uirtutibus moralibus quibus aius ab omnibus sordibus expiet. nã ipurus dum ẽ pura ei tãgere nõ licet. Ab hoc academici sũt sic denominati ab academia suburbano athenarum academia ãt nomen assumpsit:ut Eupolis scribit:ab academio antiquo heroe. Timon tñ i Platonẽ scribẽs affirmat illã olĩ nõ academiã:sed p e.ecademiã dictã fuisse Aristoteles Platonis discipulus ad uirtutes bona corporis ut sũt uires:ualitudo:pulchritudo & similia:& bona fortunae qualia dicimus diuitias:nobilitatẽ:gloriã:honores:& quae similia sũt. ab hoc sunt peripatetici sic a graeco uerbo περιπατέω quod deambulo significat denominati. Nã deãbulãdo disputabãt. Huiuscemõi ãt deãbulationẽ sibi i lycio elegit Aristoteles. Verum ut aristoteles ad uirtutes affluentiã externorum addidit:ita & Calipho uoluptatẽ:& diodorus uacuitatẽ doloris. cynici idẽ penae quod stoici de sũmo bono sẽtiunt. Sed erat diuersus habitus. nã sacco induti pcedebãt. Praeterea hoc ipudentiores erãt. Nã quae nõ eẽnt turpia factu:ea i oium conspectu palã fieri posse dicebant. Quapp cũ nõ sit turpe liberis operã dare i publico:ẽt cũ mulieribus cõgrediebant. Quapp siue ab hac impudẽtia siue qd nimis i carpendis uitiis mordaces eẽnt ἀπὸ τῶν κυνῶν, id est a canibus cynici sũt appellati. Fluxerunt ãt ab Antisthene atheniensis antisthenis filio:quãuis ex matre thracia notus eẽt. Ex quibus iã manifestũ ẽ:quod quãuis diuersa iter se de sũmo bono sentirent philosophi nõ tñ ita a natura defecerũt:ut nõ alii i aio:alii in corpore alii in utroque fines bonorum & malorum ponerẽt. Ex qua tripartita diuisione Varro ad ducentas octogita & octo opiniones rẽ adduxit:nõ quae eẽnt:sed quae eẽ possent. ait eni quattuor eẽ quae hoies sine doctrina naturaliter appetũt. Aut uoluptatẽ quae sensus iocũde mouet aut quietẽ quae facit ut nullã molestiã corpus sentiat:aut utrũque:quã tñ epicurus uno nomie uoluptatẽ appellat:aut oia prima naturae inter quae haec sũt & alia uel in corpore ut membrorum integritas:salus:icolumitas uel in aio ut quae magna uel parua i humanis reperiũt ingeniis. Ergo haec quattuor uoluptas:quies utrũque & pria naturae ita sunt in nobis:ut uel uirtus quam postea doctrina inserit ppter haec appetenda sit: aut ista ppter uirtutẽ:aut utranque propter se ipsã. Hinc igitur iã. xii. sectae sunt cum singulae illae quattuor triplicentur. Verum deinde iste duodenarius numerus duplicatur. Nã cum quisque unam istarum sectarum sequatur quae duodecim sunt aut propter se aut propter socium cui debet uelle idẽ quod sibi:& erunt aliae duodeci: Rursus duplicãtur ista uiginti quattuor:cũ ipsa aut ut certa tenemus:ut stoici faciũt:aut ut uerisimilia quãuis incerta ut academici noui. Duplicãtur similiter haec quadraginta octo. cum illa aut sub habitu cynicorum sectamur:aut sub habitu reliquorum philosophorum ut iã sint nonagintasex. Et rursus quia illas alii ita tenent: ut uitã adament otiosam & in contemplatione positam aut negotiosã & ciuilẽ ut rempublicã administrẽt: aut illã quae sit ex utraque mixta ut partim necessarium negotiũ partim eruditũ otium sectent triplicat numerus & perducit ad. cclxxxviii. sectas. Has tamen omnes ita confutat Varro:ut omnibus explosis unam quã ipsã uerã esse uult & a ueteribus academicis qui a Platone sunt approbatam relinquat. Remouet autem omnes illas differentias quae numerum sectarum multiplicant. Quod ideo faciundum ait:quod in illis non est finis boni:nec putat aliquam philosophiae sectã dicendã quae nõ distet a caeteris diuersitate finiũ bonorum & malorum:quoniam nulla est homini causa philosophandi:nisi ut beatus sit:quod autem beatum facit ipse est finis boni. Ergo quae nullum finẽ boni sectatur nulla philosophiae secta erit. Cum ergo quaeritur de sociali uita utrum summum bonum amici ut suũ curet:non de summo bono quaestio est:sed de assumendo socio ad

Academia

huius participationem boni. Eadem ratio est cum quæritur utrum aliquam opinionem certam teneamus ut cæteri philosophi solent: aut dubitanter ut academici noui. Nam neq̃ hic quæritur de sũmo bono: sed utrum illud dubium an certũ sit tenendum: id est utrum dicamus hoc uerum est an hoc uerũ esse uidetur. Neq̃ rursus cum de cynicis dicebatur non quærebatur summũ bonũ: sed potius quo habitu summum bonum sectaremur. Neq̃ postremo uarietas uitæ an actiua an cõtemplatiua an mixta sit finẽ bonorũ uariat. Relinquẽtur ergo duodecim sectæ quæ quidẽ ternæ a primis quattuor proueniũt: sed cũ illa quattuor ad unum redigentur restabunt tres sectæ: rediguntur autẽ quia ostenditur ubi dicunt uoluptatẽ: quietẽ utrũq̃: & prima naturæ satis esse dicere prima naturæ. quia uoluptas & quies in primis naturæ sint: quæ Varro appellat primogenia. Quapropter tres sectæ restabunt. Nam ubi uirtus aut disciplina aut nostra industria acquisita ad prima naturæ accesserit: quæritur an prima naturæ sint expetenda propter uirtutẽ an ipsa uirtus propter prima naturæ: an utrũq̃ propter seipsum. Est itaq̃ eius inquisitio cũ de summo bono non plantæ non pecudis: non dei: sed hominis quæratur: homo autem ex animo cõstet & corpore: utrũ sola anima homo dicendus sit corpus aũt se præbeat ut equus equiti. Eques enim non est homo & equus: sed homo solus. Ideo tamẽ eques quoniã aliquo modo se habet ad equũ. An corpus solũ sit homo aliquo modo se habens ad animam: sicut poculũ ad potionem. Non enim calyx & potio quã continet calyx simul dicitur poculũ: sed calyx solus. Ideo tamen quod potioni continẽdæ sit accomodatis an uero nec anima sola nec corpus solũ sit homo: sed utrumq̃ simul: ut bigas dicimus duos equos iunctos. Atque hoc modo hominẽ capit Varro. Vnde summũ illius bonum quo fit beatus ex utriusq̃ rei bonis constare uult. Atq̃ pp̃ hoc prima naturæ pp̃ se expetenda ait. Ipsam uero uirtutem quam doctrina inserit uult esse artem uiuendi quæ qm̃ ex animæ bonis est excellentissimũ ẽ bonũ. hæc ergo uirtus cũ acceperit prima naturæ q̃ hactenus sine illa fuerant: omnia illa propter seipsã appetit omnibusq̃ & seipsa utitur eo fine ut omnibus delectet: atq̃ perfruatur magis minusq̃: ut queq̃ maiora minora ue sunt: ita tamen ut q̃dam minora ut maiora teneat aut acquirat contẽnat. Omnium autem bonoꝝ uel animi uel corporis nihil sibi uirtus præponit. Hæc enĩ bene utitur & seipsa & cæteris q̃ hominem beatũ faciũt bonis. Vbi uero uirtus ipsa nõ est: quãuis ipsa sint bona non bona eius sunt: cuius sunt: & ob hoc nec eius bona iam dicenda sunt: cui male utenti ut illa esse nequeunt. Hæc igitur hominis uita quæ uirtute & aliis animi & corporis bonis sine quibus uirtus esse nõ potest fruitur beata dicitur. Si uero & aliis sine quibus esse uirtus potest uel ullis uel pluribus beatior: si aũt ita prorsus omnibus ut neq̃ animi neq̃ corporis ullũ desit beatissima. Nõ enim hoc est uita quod uirtus ẽ: quoniã non cõmunis uita: sed sapiens uita uirtus est. Et tamẽ qualiscũq̃ uita sine uirtute esse potest. Virtus sine ulla uita non potest. Hoc etiam de memoria dixerim & de ratione: & siquid tale in homine est. Quia ante doctrinã hæc sunt: & sine illis non potest esse doctrina & sic nec uirtus: quæ utiq̃ discit᷑. Bene currere autẽ: & pulchro corpore esse: & reliqua huiuscemodi sine uirtute esse possunt: & sine illis uirtus. Et bona tñ sunt: & etiã ipsa pp̃ seipsa diligit uirtus: utiturq̃ & fruitur sicut uirtutẽ decet. Hanc uitam beatã ẽt socialem perhibẽt esse quæ amicoꝝ bona pp̃ seipsa diligit: sicut sua. Eisq̃ propter ipsos hoc uelit quod sibi siue domi sint: ut Vxor: liberi: parẽtes & huiusmodi: siue in loco ubi domus eius est. ut ciues: siue ĩ orbe toto ut gẽtes: quas ei societas humana cõiungit: siue in ipso mũdo quod censetur cælũ & terra: sicut dii quos sapienti amicos uolũt. Hocq̃ ueteres academici a nouis differre uolunt q̃ ipsi nõ censẽt de finibus bonoꝝ & malorum dubitandũ: ut dubitant noui. Nec sua interesse putant siue cynicoꝝ habitu siue alio philosophẽtur in his finibus quos ueros putant. Ex tribus autẽ generibus uitæ ocioso actuoso & quod ex utroq̃ constat hoc tertiũ sibi placere affirmãt. Hæc igit᷑ affirmat Varro ueteres academicos sensisse auctore Antiocho ciceronis magistro & suo quẽ in pluribus cicero stoicũ quẽ ueterem academicum fuisse uideri uult. Sed nos iccirco breuissime de finibus disputauimus quia ut ad reliqua q̃ primum properandum erat: & multa se orsũ a nobis sunt in primo libro nostraꝝ chamaldulensiũ disputationũ posita: quem ad Illustrissimũ parẽtem tuũ: qui in utroq̃ genere uitæ exercitatissimus est: olim scripsimus. Itaque iam ad propositas nobis interpretatiões redeam⁹. Ait ergo. Ne forte roges quo duce. id est quo philosopho auctore. Quo lare. Qua familia philosophoꝝ. Tuter. Defendam meã sententiam. Nullius addicti iurare. Ergo fatetur se academicũ. nam reliqui philosophi ita eius quẽ sequũtur auctoris positionẽ tuentur: ut potius falsa defendere tẽtent quam a positione discedere. Ipse uero tanquã academicus ea ex omnibus eligit: quæ magis uera putat. Quid aũt si iurare in uerba: & quid addictus hactenus legisti. Fortuna. Trãslatio a nauigãtibus: & latenter fœlicitati ad scribendũ adnuere uidetur: si huiuscemodi ingeniũ atq̃ concilium a natura sortiamur: ut ueri inuestigãdi facultas assit. Hospes. Tanquã externus amicus. Nã neq̃ ullius sectæ sum: ut possim dici ex ea familia: nec rurs⁹ cuiq̃ ita aduersarius ut illius hospitio excludi merear. Agilis fio. Apt⁹ ad actiões per quas innuit uirtutes morales ex quibus id genus uitæ pficitur: qd᷑ in agẽdo positũ ẽ. Et mersor ciuilibus. Ostẽdit uarias fluctuatiões & sollicitudines quæ homini in uita ciuili ẽt secundũ uirtutes ciuiles degẽti euenire solẽt: cũ uita ipsa cõtẽplatiua nihil talia patiatur. Quapp̃ uerissime a ueritatis auctore de utroq̃ genere dictũ. Nã ad marthã cõuersus q̃ actiuæ uitæ uicẽ substinet ait. Martha martha sollicita es: & turbaris circa plurima. De maria aũt. i. de cõtemplatione imobilem trãquilitatẽ ꝑtulit: quando eã partem elegisse dicit q̃ ñ auferet᷑ ab ea. Nũc. In aristippi. Epicureũ ĩ sua iuuẽta fuisse poetã hũc ostẽdimus. Ergo & aristip

Antiochus

pi cyrenaici dogma tenuit.Nā uterq; summū bonū i uoluptate posuit.Ergo relabor quasi reuertor. Labi n.occultius ē q̄ gradi.ut ōndat nō oīa dare uoluptatibus:sed cū uirtutē ꝑponat nō tñ aspernat̄ pceptū aristippi:qui ultro se offerētibus uoluptatibus ita libenter fruebat̄:ut ēt si opus eēt idq; oīs grauitas postulare facile eet illis cariturus. Ergo cū & relabor dixit & furtim nō uidet̄ quidē oīo uoluptatē aspnari:qn̄ quidē una ex illis sit q̄ pria naturæ appellant̄ & q̄bus uirtus recte utit̄ & pp se amat: sed tñ ipsi uirtuti longe post ponit:q̄ omnia ut paulo supra demōstraui ab academicis ñ abhorret.Et mihi res aptissie academicū se ꝓfitetur.Nā cæteri philosophi se rebus adiūgunt cū id qd̄ semel posuerint etiā si nō placet defēdere cogāt̄. Vt nox lōga.Mirus ꝓgressus & sapiētia atq; artificio accumulatus:Primo.n.grauiore iā ætate eo quæ leuiora & adolescētiæ cōdonāda sūt relinquēda iudicauit.Deinde grauiora & quæ ad bñ beateq; uiuēdū ptinent ingrēda ꝓposuit.Sed cū ad uerꝶ iueniēdū optīo duce opus sit:ex oībus phōrū familiis academicos tāquā excellētiores delegi.Verū cū neq; nugas omittere:neq; seria ꝓponere:neq; ad illa recta rōne ac uitia ꝓgredi satis sit:nisi eodē ardētissimū studiū quo oīs socordia amoueat̄:accesserit.Iccirco tribus efficacissimis comparationibus quāto animi ardore hæc ꝓsequatur mire exprimit. Vt nox lōga oēs cupiditates ardorē habēt: Sed nulla magis animū ægrotū inflāmant quā cupiditas rei amatæ potiēdæ:ac hæc ipsa auget̄: cum spes ꝓuenit ex amicæ ꝓmissis. Diesq; I.Procliue est humanū genus a labore ad libidinē. Ergo non mirū est si mercēnarius cui i opere faciūdo nihil ꝑter preciū dulce esse potest misere cupiat diei finē uidet. Piger annus.Lente fluēs annus. Sunt cupiditates i puero & adolescente ifamatiores q̄ in cæteris ætatibus.Has aūt minime explere possunt q sub alieno iperio cōstituti nihil ex suo arbitrio agere possūt.Ardēt ergo exire e potestate illius quæ maxie ab iis quas cupiunt uoluptatib⁹ arcēt. Dura.epithetū est discretiuū. Nā sūt quoquæ indulgētiores matres:quaꝶ imperiū nō ita exhorreāt pupilli. Id quod.Maxia laus sui ꝓpositi:cū huiuscemodi illud eē affirmet:quod obseruatū oibus ꝓsit:neglectū oibus noceat. His elemētis. Modesta locutio.ñ.n.tantū sibi arrogat poeta:ut se absolutissimus uirtutes acquisituꝶ dicat:sed principia quedā ex quibus possit perfici uirtus:quæ tātū ꝓsunt ut rectissime dixisse uideatur. Aristoteles ipsū principiū eē plūs quā dimidiū totius.Differunt tamen elemētū:principiū & causa.nam ut refert Aristoteles i methaphysicis principiū dicitur de causis extrinsecis.Elementū de causis quæ sunt partes rei id ē de causis intrinsecis.Causa aūt dicitur de utrisque:ut latius ostēdit aquinas ille Thomas in libro quē de causis scripsit.Elemēta igit̄ appellamus omnia simplicia quæ ulterius resolui nō possunt.Sed iuicē cōposita aliqd cōficiāt:& ppea sūt illius principiū.Vt exēpli causa:Est aliquod cōpositū quā dictionē nominamus ipsa aūt ex syllabis cōstat: sed nō ueluti elemētis.Sunt.n.& ipsæ cōpositæ ex litteris in quas resoluuntur.Sed cū ad litteras perueneris quoniā illæ ita simplices sunt ut resolutionem nō patiant̄ ipsas iure elemēta appellamus.Similiter nunc q̄dam principia ex quibus habitus uirtutum paulatim constabiliter elementa nuncupauit.

Causa

Nō possis oculo quātū cōtendere lynceus:
Nō tñ icirco cōtēnas lippus inungi.
Et quia desperes inuicti membra glyconis:
Nodosa corpus nolis prohibere chiragra:
Est quoddā prodire tenus:si non dat̄ ultra
Feruet auaritia miseraq; cupidine pectus
Sūt uerba & uoces:q̄bus hūc lenire dolorē
Possis & magna morbi deponere partem
Laudis amore tūes: sūt certa piacula:q̄ te
Ter pure lecto poterunt recreare libello
Inuidus:iracūdus:iers:uinosus:amator:
Nemo adeo ferus est:ut ñ mitescere possit:
Si modo culturæ patientē cōmodet aurem
Virtus est uitiū fugere.& sapientia prima:
Stultitia caruisse uides: quæ maxia credis
Esse mala exiguū censū turpēq; repulsam
Quanto deuites animi captisq; labore,
Impiger extremos curris mercator ad idos:
Per mare pauperiē fugiēs.per saxa p ignes

ACRON. Glyconis.Glyco athletaquidā fortissim⁹ fuit. Est quoddam.Quasi aliquis dicat. Quid studes phiæ rebus quum non possis ad sūmā phiam peruenire. Prodire tenus.usq; ad aliquātulū doctrinæ peruenire:ut pube tenus. Sūt uerba.phiæ præcepta uoces. i.idipsū:quia uerba & uoces idē sunt. Quasi nō sūt habendi morbi auariciæ.quia penitus uitia eruere nēo poterit. Ter pure ita ait.Ter pure. ut est mergūt qui se purgant.ut pers. Tyberino in gurgite mergis.Mane caput bis terq; & noctē in fluīe purgas. Lecto.bene lecto atq; recte sine agitatione libidis. Aurē.oīs hic loc⁹ cōsonat tusculanis quæstionib⁹. Miraris & optas.s.cōseq idem stulte optas. Discere.histeron ꝓtherō.Nā ꝑtius audimus. Quis circū pagos. Quis cū sit fortis nolit in olympiis coronari. Cōpita dicuntur quæ patent i multas uias. Dulcis palma.id est phūs pōt coronā contēnere. Sciens ianem eē hāc gloriā. Vilius. ociosæ uitæ ꝑponenda ē palma:palmæ ꝑponēda ē uirtus. Hæc ianus. Duo iani ante basilicā pauli steterūt:ubi locus erat fœneratoꝶ.Ianus dicebatur locus i quo solebāt cōuenire fœneratores.i.oēs q cōueniūt hæc loquūtur.i.has fabulas senes docent & pueri:q̄bus pari imperitia animus est: & p hæc sint contēnenda quæ dictant. Loculos.consuetudo quondam

Ne cures ea: quæ stulte miraris. & optas
Discere & audire & meliori credere nõ uis:
Quis circũ pagos & circũ cõpita pugnax
Magna coronari cõtẽnat colympia cui spes
Cui sit conditio dulcis sine puluere palmæ:
Vilius argẽtum est auro uirtutibus aurũ:
O ciues ciues quærenda pecunia primũ est
Virtꝰ post nũmos hæc iãus sũmus ab imo
Prædocet: hæc recinũt iuuẽes dictata senes/
Leuo suspẽsi loculos tabulãq; lacerto: que
Si quadrigentis sex septẽ milia desunt:
Est animus tibi: sũt mores: & lĩgua fidesq;

fuit. ut iuuenes philosophiæ operã dantes: & Senatores in curiam intrantes: ĩ leuo brachio ferrẽt tabulas ad quoddam exarandũ: & loculos ad aliquid sibi emendũ. ut ostenderetur: quia qui uo/lunt diuites esse sapiẽtiæ se primo studio cõferãt & est hypallage. Suspẽsi lacerto. pro habẽtes tabulas suspensas lacertis.

POR. Non possis oculo. his respondet qui a studio sapientie deterrentes negãt perfectã sapiẽtiam quenquã assecutum: dicens contentos nos esse debere quantulocũq; præcepto eo.n. utiq; deteriores non erimus. Laudis amore. inanis glo/riæ cupiditatẽ ut pernitiosum uitiũ ex ꝑceptionibus quibusdã sanari posse ait. Itaq; decenter subiicit ter puræ lecto libello uelut ad sacrificandum caste ac lotis manibus accedẽdũ putat. Impiger extremos. Hoc loco Theo gnidis uersꝰ imitaꝰ ẽ ꝗ ait χρηπενιην θευγοντα καιεσ μεγασκητεα ποντον ριπτυβηναιπετρων κρυε καθηγιβατ. Et c.c. pu. Similitudie admonet ut a puis ad maiora bõa cupiditates cõferamꝰ. O c.c.q.pe.p. Ad ianos eos ꝗ sũt ĩ regiõe basilicæ Pauli fœneratores cõsistũt: a qbꝰ uult tãq̃ a magistris doceri populũ neq̃d pluris pecunia habeãt. Vnꝰ.n. illic ianus ĩ sũmo aliꝰ ĩ imo ẽ qđ hic ĩducit moneť. Hæc recinũt. asserũt & q̃si respõdẽt.

CHRI. Non possis oculo. Contra stoicoꝝ paradoxa hæc sñia est: sed tamen aliorum philosohporum scholis defensa. illi.n. dicunt oẽs stultos ĩsanire. i. oẽs qui carent perfecta & absoluta sapiẽtia: quanuis in ea multum profecerit. Vt de Socrate legitur ĩ nihilo differre ab iis qui penitus insani furiosiq; sunt. Reliqui uero philosophi cõtra sentiũt: Multum.n. uolunt interesse inter Socratem & quenuis aliũ Scelestum uirum. Hac ergo sententia usus poeta optima similitudine oculoꝝ id demõstrat. Nam cõducere ait lippis ut quã/uis ad integrum uidendi sensũ redire desperent: tamen eo collirio unganť quo cecitatem arceant. Sed de/lynceo & lippo iam dictum est. Quod uero dixit solet: optima ratione dixit. Ingenue.n. fatetur se non ha/bere integrã uirtutem: in qua sola fœlicitas est sed elementa ipsius. Ergo est in miseria: quoniã in uirtute ꝑ/fecta. At nec rursus in extrema miseria quoniã iam ingreditur ad uirtutem. Hoc ergo in miseria sibi solatium est. Et quia despe. Nam quãuis non habeas corpus ita robustum ut glyco athleta inuictus: nõ tñ ita negligenda est illius cura: ut in chiragram incidat. Nam si nõ robustissimo tamẽ sano uti poteris. Nodosa. nam cũ in internodiis digitoꝝ crassior humor Coherescat turgescit locus tanquã nodi lapilliue ĩsit. Vnde & pers. Sed cũ lapidosa chiragra fregerit articulos. Est autem morbus hic dictus. ἀπυ τουχειρος i. manus: & ἀγραινω. i. capio: quia manũ occupet & capiat. Eadẽ in pede podagra est. nã græci ποδα pedẽ dicunt. Latine articularis morbus nũcupať. Quoddã tenus. usq; ad aliquod spatium. Differunt aũt tenus & usq;. Vsq; n. ꝓponitur nisi sint noĩa propria urbiũ. nam dicimus romã usq;. Præterea iũgitur alii præpositioni: ut abusq; pachynon. Tenus uero postponitur & qñq; genitiuo iungitur: ut cruruũq; tenus palearia pendent. Est. licet. feruet auaritia. Quia pessimũ est omnium uitioꝝ auaritia: inde incipit: q̃ si non põt in hoĩe non sapiente penitus tolli: põt tamen leniri & minui. Feruet. estuat. Nam ipsa cupiditas est habendi: & omnes cupiditates ardores sunt. Sunt uerba & uoces. id est præcepta quæ si obseruentur auaritiam minuant. Verba q̃ scripta sunt a priscis phĩs uoces quæ promuntur a uiuentibus. Morbi. uitii. Nam stoici morbos animi uitia appellant teste Cicerone in tusculanis. Laudis amore. Post auaritiam iure ambitionẽ ponit. Piacula. Nam quia scelera quibusdã sacris expiabant: quæ piacula dicebantur: placuit sanctissima phiæ præcepta quibus uitia remouenť piacula appellare. Certa. minime fallẽtia. Ter. allusit ad sacrificium: quia piaculum dixerat. Nam ternarius numerus in diuinis perfectus est. Virgilius. Terna tibi hæc pri/mum triplici diuersa colore licia circundo. terq; hæc altaria circũ effigiem duco numero deus impare gaudet. Ferus. Nam cum homo propter rationẽ homo sit cum appetitũ illa spreta sequitur in immanẽ feram abit uitia suscipiens. Deinde efferatus exuendo uitia paulatim feritatẽ deponit: & mitescit cultura phiæ ut ager boni agricolæ cultura. Virtus. Quanuis uirtꝰ sit firmus habitus in ratione bene suscepta: tñ quoniã non põt intrare animum uirtus nisi uitium eius contrarium prius remoueatur: uidetur esse initium uirtutis ipsa uitiorum fuga. Ergo prima uirtus id est principiũ uirtutis. Et sapientia prima. Apud hos phõs sapiẽs bonusq; idem est. nã ille sapere dicitur qui bona a malis distinguit distinctaq; elegit: quod proprium boni uiri est. Ergo prima sapientia quæ eadem etiã probitas est. Stultitia. Ergo uitiis. Nam omnium uitiorum mater stultitia est. Vides quæ max. Qui stultitia caret cognoscet nihil melius esse uirtute: quare ab eo ꝑ/specta uirtutẽ cæteris omnibus præfert. Nam & quæ bona putamus ea duce natura expetimus: & contra mala fugimus. Quapropter si paupertatem quia malũ id putamus tot periculis laboribusq; fugimus: quãto magis uitium fugiemus: si id maximum malum esse intelligemus. Impiger extremos. Locus a maiori.

nam si ut paupertatem quæ aut nō est malum:aut certe paruum est malum fugias:tu curris usq; ad indos gentem nobis incognitā: & a nobis longissime remotam non tuto itinere:sed per periculosissimā nauigationem & asperrima saxa.i.montes:quanto magis i tua patria & sine periculo & labore debes discere & audire scilicet rationes & credere meliori id est sapientiori ut pariter & rationibus doctus & auctoritate mot⁹ non cures id est nihil facias ea quæ tu miraris & optas stulte:qm̄ bona nō sūt. Quis.snīa est:nullus erit qui pugnet in uilioribus plebeisq; certaminibus qualia sūt in pagorꝝ cōpitis qui quidē recuset coronari ī certamine olympico maximo nobilissimo ꝗ omniū si possit coronam sibi sine puluere.i.sine certamine acquirere. Quapropter & tu qui ut minor a bōa assequaris tm̄ laboras puto uoles eodē labore etiā maiora bona acquirere. Pago & cōpita.i.cōpita pagorꝝ ut pateris libamus. Et auro.i.pateris aureis. Vilius argētum. Causá quare diuitias uirtuti ꝑponat ostēdit esse ꝙ ipse pluris eas ex uulgi opniōe faciat:ꝗ uirtutē. Et uulg⁹ inducit ita loquens. Hæc Ianus.De hoc deo dcūm est.Sed hic intelligit ianū ꝓ mercatoribus:a quibus colitur qm̄ templū suum habebat inter duo fora.& ꝑpea dixit ianus sūmus ab imo.q.d.si incipias ab ima pte unius fori usq; ad sūmā alteri⁹ oēs mercatores hoc clamabunt.Habebat aūt plura templa ianus:sed in hoc sacratus erat:cuius rei testimonio est Ouid.in libro fastorū: cuius uersus sūt.Cum tot sint iani cur stas sacratus in uno.Hic ubi iuncta foris tēpla duobus hēs.Erant aūt fora boariū & piscarium. Hæc Recinēt dictata.i.iterꝝ canunt & referūt qm̄ sibi placēt. Dictata.ꝗ ab aliis acceperunt. Si quadrigētis. Quam summā equestrē esse in superioribus demonstrauimus.Et est snīa.Quanuis sit tibi aius.i.sapientia & mores.i.uirtutes morales:& sic ualebis in utraq; phia:& si ad tantā doctrinā atq; ꝓbitatē addas linguā & fidē.i.eloquētiā adiūctā ꝓbitati.Quæ quidē res faciūt hominē pfectissimū & absolutissimū:ut iure possis nobilissim⁹ appellari:& desint tibi sex uł septē ad sūmā eqstrē ñ iter sēatoriū aut eqstrē ordinē:sꝫ iter plebē ānūeraberis.

ACRON. Plebs.Quoniam roscius iussit nō debere fieri equitem romanū nisi haberet quadrigenta milia æris.Roscius melius docet qui dicit undecunq; habendā esse pecuniam. An philosophus ꝗ monet contēnenda esse superbā fortunā. Nænia.laus mortuorꝝ.Sed hic quoquæ cantilēa ut alibi. Merita uox quoquæ Nenia dicetur. Plebs eris.i.in quattuordeci ordinib⁹ ñ sedebis. Curiis.uir curi⁹ fortissim⁹ fuit ꝗ corithios uicit.hoc dicebāt & Curii & Camilli: Is regnū habet qui possit facere. Decātata.nota est cōditio ualde nota iam in ore habita. Suadet.Suademus ē tmala: hortamur ad bona. Puppi⁹ tragædiographus ita affectus spectantiū mouit:ut eos cōpelleret:unde istū uersū fecit. Flebūt amici: & bene noti morte mea.Nam phūs in me uiuo lachrymatus est. Respōsare.cōtumaciter respōdere:his respondet:qui aduersa æquo aio tolerāt.

Non ut porticibus.quia piculose tecū consēsere Gracchi de lege agraria hisdē iudiciis uoluntatibus uel opinionibus. Referā.Hoc illi respōdebo:Quia uidet multos perisse ꝗ tibi cōsēserunt.

Terrēt.sensus est.Quoniam populos cōtrarios tibi suscipis:& amplecteris neq; a te iqdquā prudētiæ ꝓficiscitur. Omnia te aduersū.Quia siqs seqtur uoluntatē tuā nullā iam habet circa sapiētiam respectū. Capitum.diuersarꝝ opinionum Non alicuius certi cōsilii. Gestit.sunt qui dicūt bonum est agros publicos cōducere uiduas isidis capiant decipiāt eas:ut sibi uēdicent res earum

Inuiuaria.i.decipiāt eos:ut possint callide eorū hæreditatē auferre. Crescit res.Quia interdum nesciunt fœneratores quot mensiū accepturi usuras. Verū.sensus est.Sero inquit:quod nō sit omniū una sententia.illud nō tollerabile est. Quod ꝓposita sua mutant i horas. Esto.i.cōcedo:ut diuersa sentiant homines:sed nō inuenies qui in ꝓposito perseueret. Lacus te mare.i.& iam lacus

Nænia

Puppius

Plebs eris:at pueri ludētes rex eris aiunt:
Si recti facies:hinc murus æneus esto
Nil conscire sibi:nulla pallescere culpa:
Roscia dic sodes melior lex:an puerorꝝ
Nenia:quæ regnū recte faciētibus offert:
Et maribus curiis & decantata camillis:
Is ne tibi melius suadet:ꝗ rem facias:rem
Si possis recte:si nō: quocūq; modo rem:
Vt ꝓpius:spectes lachrymosa poēata pupꝑi
An ꝗ fortunæ te respōsare superbæ:
Liberꝝ & erectū præsens hortatur:& optat
Quod si me populꝰ rōanꝰ forte roget:cur
Non ut porticibus sic iudiciis fruar iisdē:
Nec sequar:& fugiā:ꝗ diligit ipse:uel odit
Olim quod uulpes ægroto cauta leoni
Respondit:referā.quia me uestigia terrent
Omnia te aduersū spectātia:nulla retrorsū
Belua multorꝝ capitū es nā qd seqr aut quē
Pars hoīum gestit cōducere publica:sūt q:
Frustis & pomis uiduas uenenť auaras:
Excipiātq; senes.quos in uiuaria mittant:
Multis occulto crescit res fœnore uerū
Esto aliis alios rebus studiisq; teneri:
Idē eadē possunt horam durare probantes
Nullus in orbe sinꝰ bais prælucet amœnis
Si dixit diues:lacus & mare sentit amorem

Festinantis heri: cui si uitiosa libido
Fecerit auspiciũ: cras ferramēta theanum.
Tolletis fabri: lectus genialis in aula est:

& mare.i.etiam lacus & mare diuitum consentit sententiis. Qui supra mare & lacus cõstituũt edificia. Cras ferramēta. ille positus apud baias: Si delectatus fuerit alio loco cõtinuo iubet ferramēta transferri ad componēdum prætoriũ. Theanũ.theana ciuitas est crete abundãs optimis fabris: & ferro.

Theana

POR. Roscia dic sodes. Lex roscia est qua cauetur ut ꝓximis ab orchestra.xiiii.gradibus spectent: quibus census est quadringentoꝝ sestertioꝝ. In hoc ergo unumquēq; laborare: ut amplius patrimoniũ habeat: ut in.xiiii.ordinibus sedens propius. spectent poemata puppi. contra pueri iussu cantare soleut. Rex erit qui recte faciet. Qui nõ faciet nõ erit: quã sententiam meliorem ait quia non diuitiis: sed uirtutib⁹ honor habetur. Hæc lex roscia equitibus data est. ut in primis.xiiii.gradibus sederent ii qui quadringenta sestertia haberent. Et maribus Curiis. mares nunc pro fortissimos posuit. Respõdit referam quia me uestigia terrent. Ad paradoxa stoicorum descensum sibi facit & ostendit quæ sibi populus contraria facit: Luciliana sunt hæc. a fabula ergo Aesopi arguit inter se repugnãtiam hoĩum. dicens belluã multorũ capitum esse. Idē eadē possunt horã durare. utraq; hæc dicunť a stoicis insaniã uulgi primũ ꝙ si dessideant. Deide ꝙ a semetipsis mutant subinde proposita.

CHRI. Pueri ludētes. Erat enim a priscis illis optimis uiris: qualis fuit aut curius: quē neq; pyrrbus: neq; samnites corrũpere potuerũt: aut camillus: cuius uirtute roma a gallica seruitute erepta ē. Erat inquã carmē pueris institutũ quod illi canerent. cuius esset snĩa eũ uere regē esse qui recte ageret. Hic. in hac snĩa. Murus æneus.i. ita fortis ita inuĩcibilis ut murus ex ære. Nil cõscire.i. nullius sceleris sibi cõsciũ esse. Pallescere. nã scelera a nobis cõmissa semp nos uexãt & stimulãt cõsciētia. Hic recte Iuuenal. Prima ē hæc ultio qđ se iudice nemo nocēs absoluit. Et paulo infra: nocte dieq; suũ gestare ĩ pectore testē Spartano cuidã respõdit pythia uates. Roscia. a roscio othone lata: de qua dictũ est. Snĩa est. utrũ melior sit lex othonis qua ĩcedimur ad rē augēdã: ut possimus ĩ quattuordecim ordinibus sedere. Nenia. carmē funebre: de quo dictũ ē: sed hic ĩproprie laudes uirtutis neniã appellat. Is ne meli⁹. Certe melius. Si possis recte. Nã nemo tam malus ē qui nõ diligat uirtutē & oderit uitiũ. Verũ auaritia ĩpulsi qđ recta uia uequeũt praua quærũt. Vt ꝓpius.i. ut sedeas in quattuordecim ordinibus: q ꝓpinquiores sunt orchestre in qua ludi agebantur. Lachrymosa. Cuius argumentũ ex miseriis q̃ in eo cõtinebanť lachrymas spectatoribus cõcitabat. Puppius.n. ea tēpestate poeta tragicus fuit. Posuit aũt huins fabulas pro oĩ spectaculo: puto aũt ignobilem fuisse poetã Respõsare. Frequēter rñdere: hoc est resistere. Supbæ. quia a nemine placať. Quod si me pplꝰs. Ostēderat se lõnge diuersã opinionem a populo habere cũ nõ ĩ diuitiis ut ille sed in uirtute sũmũ bonũ ponat. Nũc affert rationē q̃re nõ utať eodē iudicio: quã tñ ex apollogo æsopi ꝓmit. Viderat olim uulpecula astuta fera multorum animalium uestigia apud leonis antrum: sed ita tñ ut omnia essent ingredientium & nõ exeuntiũ: qua cõiectura rata id quod erat iõ nõ redire ingressas feras: quod leo illas uoraret noluit ĩgredi: rogantiq; leoni cur non ingrederetur respondit deterreri uestigiis quæ aduersa sibi non autē auersa essent. Vt ergo ex uestigiis interitum suum timebat uulpes si ad leonem ingredereť: sic signa sunt quæ pernitiem minitenť poetæ nõ dari sibi reditũ a uitiis: si ad illa ingressus fuerit. Bellua. Crudelissima fera est auaritia: cum auarus & sibi & aliis noceat: & habet multa capita: quia uariis utitur cõsiliis uariisq; artibus ad res aut ui aut fraude acq̃rēdas. Capita enim iudicia & cõsilia dicimus. Nam quid. Quasi quod consiliũ aut quē Nã & omnes iniqui sunt: & omnia eoꝝ cõsila deprauata. Conducere pu. Vt sunt publicani: q̃ uectigalia redigũt & remp. & priuatos decipere ĩ illis conantur. Sic etiã qui aliquid faciendum aut curãdum publicitus conducũt etiam sordida. De quibus Iuue. Quis facile est ædem conducere flumina portus. Sic candã eluuiem portandum ad busta cadauer. Venentur. Carpit captatores hæreditatum: de quibus abunde in sermonibus dictum est. Hi & piscatoribus comparantur: qui esca pisces decipiũt. Quapropter plures adnabunt tinni dixit in sermonibus: & uenatoribus etiam comparantur. Frustis.s. carnium. Auaras. Cupidas munerum. Excipiat. Dolo capiat. Ea.n. propria uerbi notio est. Vir. Excipit incautum patriasq; obtruncat ad aras. Et in sexto. Emulus exceptum triton sic credere dignum est. In uiuaria. Quemadmodũ capti pisces mittuntur in uiuaria: ita & ipse captos custodit senes ne euadãt. Multis. Tertium genus auarorum qui fœnerant. Occulto uel quia occulte agant: ut ignominiam uitent: uel oculto fœnore quia id damnũ paruum a principio appareat: & inde occulte crescat. Sic alibi dixit crescit occulto uelut arbor æuo Fama marcelli. Esto. maiorem ostendit leuitatem. Nã nõ solum diuersi diuersa sectantur: sed idem persæpe mutãtur. Quæ inconstantia ostendit stultam fuisse electionem. Nulllus. probat leuitatē. Prælucet bais. Magis lucet quã baiæ luceant. Lacus & mare. nã & lacus lucrinus in baiano est. & mare sinum baianũ habet. Festinantis.s. illic ædificare. Si quis igitur baias laudauerit: statim mouetur diues qui in baiano agrum habet: ut ibi ædificet. Libido uitiosa. Perpetuum illius epithetum est. nam libido corruptus appetitus est. Qui uero rationi obtemperat uoluntas & non appetitus dicitur. Ferramenta. Instrumenta ad ædificandum. Nã mutato consilio teani ædificare parat. Teanum autem oppidum non procul a sora & nola quod cognomine sidicinum dicitur. Aliud etiam ponit in apulia Strabo non procul a cannis.

ACRON. Quo teneā. Mire respōdet. quoniā supra dixerat. bellua multorum est capitū. Nauseat. uau seare proprie dicuntur quibus eadem fastidiū afferunt & hoc proprie nauseat. Quia nauis mentionē fece rat. Quē ducit. i. similiter pauper alienum nauigiū fastidit & cupit mutare queadmodū suū & p hoc ostē dit in nulla re hoies habere cōstantiā. sed esse mutabiles priua triremis. alii priuā ita intelligūt quæ una uni assignatur: quia & hic priuata possit intelligi. Inæquali. Imperito. Quia īæqualiter tondet. Subucula p prie dicitur pannus addititius a subiiciendo: uel a subsuendo. Pexa. tunica est: quæ dimissa ē usq; ad talos: sicuti pexi capilli dīmisit. Dissidet ī par. Non æqualis sedet in humeris quicquid periit. sensus est. Cur leuia in me uitia rides cū magno sine risu pretereas. Insanire putas solēnia p solēniter. iudicas me morbo laborare omnium hominum. Iccirco pro consuetudine guttorum morbis non esse credendū. Curatoris. qui solet dari īsanis: & per hoc monitoris. Sensus est. Tu castigator & monitor in lenissimis reprehendis: maiora nō corrigis. Tutella o mœcenas quū sis adiutor fortunarum mearū ut uideas me istis moribus insanire nō curas dandum esse mihi curatorē a pretore. Stomacharis. irasceris. i. ob minimū peccatum & nullius momēti. Sanus. tangit hic stoicos qui dicunt sapiētes bene sanos etiam si ægrotent esse sanos. Ego aūt dico sanum & sapientē si sine morbo est. Sentētia stoicoꝝ. In hoc sapiēs minor est ioue quia moritur. aliter. minor ioue ē q; in cælo non est. Pituita autem est morbus capitis ad uitium gallinarum uel pulloꝝ.

Pituita

POR. Si curatus inæquali tonsore capillos. Hoc ait rides cū in me uides culpam aut tonsoris aut uestiarii. Cū ego ipse mihi contraria facio nō rides. Insanire putas solēnia me neq; rides. Insaniam quam sustineo credes mihi solēnem facio: & necessariam esse. Et iō non rides. Reꝝ tutela meaꝝ. mecœnati hoc ait. Precipue sanus nisi cū pituita molesta est. In nouissimo seueritatē stoicorum hic eludit quasi furti ad chrisyppum rediēs precipue sanus nisi cū pituita molesta est nisi κατάῤῥοσ impedit.

Nil ait esse prius. melius nil cælibe uita:
Si non est: iurat bene solis esse maritis
Quo teneā uultus mutantē protea nodo:
Quid paup: ride: mutat cœnacula lectos:
Balnea: tōsores: cōducto nauigio æque
Nauseat: ac locuplex quē ducit priua triremis
Si curatus inæquali tōsore capillos
Occurri: rides. si forte subucula pexe
Trita subest tūicæ: uel si toga dissidet īpar:
Rides: quid mea cū pugnat sētētia secum:
Qđ petiit: spernit: repetit qđ nup omisit:
Aestuat: & uitæ discōuenit ordine ne toto:
Diruit: ædificat: mutat quadrata rotundis
Insanire putas solennia me neq; rides
Nec medici credis nec curatoris egere
A prœtore dati: rerum tutela mearum
Cū sis: & praue sectū stōacheris ob unguē
De te pendentis te respicientis amici:
Ad sūmā sapiens uno minor est ioue. diues
Liber honoratus: pulcher: rex deniq; regū
Præcipue sanus: nisi cū pituita molesta est:

CHRI. Lectus genialis. Is pprie ē q nouis nuptis sternit: dic⁹ sic qa gignēdi cā parat⁹ sit. Sed hic posuit p uxore: ut sit snia q; si uxorē hēat pp uitæ icōstātiā cupiat eē sine uxore: & amet uitā celibē. Si ñ ē. s. lect⁹ genialis. i. uxor putat nihil meli⁹ eē cōiugio. Nā qcūq; uitiis laborat qm eē aīo qeto nō pōt semp res nouas desiderat nō itelligēs inqetudinē illā nō puenire ex cōditiōe reꝝ presentiū sed ex aī pturbatiōe. Protea. p mobilitate aī ponit p qdā trāslationē uł poti⁹ p allegoriā. Nā deceptio ipa & mēdaciū quo sibi ea eligit p bōis q bōa nō sūt īducit semp pñiū pœnitētiā: qm nō ibi bonū qđ putabat iueniat. Ceteꝝ repete Protei fabulā q hæc tibi apiet. Quid paup. Nā cū nō possit mutare regiōes: mutat ī eodē loco māsiōes. Cōducto nauigio. Cū id suo sūptu sibi cōficere nequeat. Priua. ppria qm suo illā sūptu sibi cōparauit. Si curatus Mira pfecto stulticia: ut minimis erratis circa cultū corpis ac uestitū uehæmēter offendamur. Errorib⁹ āt aī qb⁹ ipe miser secū pugnat nō offēdimur. Subucula. Vestis est iterior. Ait. n. Varro postq̄ binas tunicas habere cæperūt instituerūt uocare subuculā & iclusiā. Pexæ. tritæ & a qua pili ciciderint. Tunicæ Vestimētū erat sine māicis. Toga. nō solū uiri sed ēt fœminæ utebāt Insanire putas. Tu mecœnas. Nā adnectūt hæc suo pricipio: & ē solēnia nomē p aduerbio. Solēnia. i. maxie insanire ut ea īsania ita excellat alias īsonias: ut sacra quæ solēnia appellāt reliqua sacra excellūt. Vel dixit eo furore rapi quo ī solēnib⁹ aliquorum deorū. ut bachi & cereris rapi qui cōsueuerāt: & ut excludat furorē illū diuinū ab insania adiūgit. Nec medici credis. Nā q aut atræ bilis aut alius hūoris affluētia peccat insanit: & ī eā quā manian græco uerbo appellāt cadit: & medico curādus tradit: & illi suoꝝ bonoꝝ curatiōe iterdicit. Traditurq; a ptore curator un⁹ ex iis q ppinqor ī gētilitate ē. nō credis igit me īdigere curatore ī tāta īsania. Cū sis tutela meaꝝ reꝝ. q. d. cū ego tuæ tutelæ me cōmiserim. & ex te tot⁹ pēdeā ut sit hæc snia. si cui cōmisi mei prociniū stōacharis & offēderis si occurro tibi unguib⁹ male sectis: qto magis deberes moueri si me īsanir uideris. Ad sūmā. Op

Subucula

tima cōclusio ex supiorib⁹.nā si hoies pp uitia i isaniā icidūt:& miseri efficiūť.Qui ex uirtute uiuūt sapiētes erūt:& oib⁹ bōis abūdabūt.Cōcludit igiť ex paradoxo stoicoꝝ:Solos sapiētes liberos eē:solos diuites: solos reges:solos deniq; oia:Atq; ita excellere:ut excepto ipo deo:nihil mai⁹ sapiēte sit. Precipue san⁹.Sūt q uelit q ironiā dictū i paradoxū stoicoꝝ:& pituitā ꝓ uana glia posita eē.Quod mihi ñ sit uerisile:ut ludat i re tā graui.Sed qm̄ sanitas ad aium & ad corp⁹referť:dicem⁹ sapiētē sano aio sēp eē qđ i sua sit ptāte.Corpe ēt eē sanū:qa nihil cōmittit uñ morb⁹ ꝓuenire possit:nisi forte corpis ibecillitate reddať ñ san⁹ cū aliqs humor in eo peccauerit:& posuit pituitā quod græci phlegma appellant pro quolibet humore. Pituita

ACRON

EPISTOLA SECVNDA AD MAXIMVM LOLLIVM.

t Roiani belli scriptorē maxia Lolli:
Dū tu declamas rōæ preneste rlegi.
q̄cqd sit pulchꝝ qd turpe qd utile: qd nō
Planiꝰ ac melius chrysippo & crātore dicit.
Cur ita crediderī:nisi quid te detinet: audi
Fabula:qua paridis pp narratur amorem
Græcia barbariæ lento collisa duello:
Stultoꝝ regū & populorū cōtinet æstus
Anthenor cēset belli præcidere causam:
Quid paris.ut solus regnet uiuatq; beatus
Cogi posse negat:nestor componere lites
Inter peliden festinat & inter atriden:
Hunc amor ira qdē cōmuniter urit utrūq;
Quicquid delirāt reges:plectunť achiui:
Seditiōe.dolis:scelere:atq; libidine & ira
Iliacos intra muros peccatur & extra:
Rursus quid uirtus & quid sapientia possit
Vtile ꝓposuit nobis exemplar:ulyxem:
Qui domitor troiæ multoꝝ ꝓuidus urbes
Et mores hoium ispexit:latumq; p æquor
Dum sibi dū sociis reditū parat:aspa multa
Pertulit:aduersus reꝝ imersabilis undis:
Sirenum uoces & circes pocula nosti
Que si cū sociis stultus cupidusq; bibisset
Sub dña meretrice fuisset turpis & excors
Vixisset canis imundus. uel amica lutosus
Nos numerus sumus & fruges cōsūmeř na-
Spōsi penelopes nebulones alcioniq;. (ti
In cute curanda plus æquo opata iuuētus:
Cui pulchꝝ fuit in medios dormire dies &
Ad strepitū cytharæ cessantum ducere curāt
Vt iugulent hoies: surgunt de nocte latrōes
Vt teipsum serues nō expgisceris:at qui
Si nolis sanus cures hydropicus. & ni
Posces ante diem librū cum lumine:si non

t Roiani belli scriptorē maxie Lolli.Scribēs lolio ait lecto a se poemate.Homeri māifestius sibi & meli⁹exprimi ab eo phiæ p̄cepta q̄ ab optimis eius ꝓfessionis actoribus & chrysippo & Crātore.In iliade.n.oñdit uitia hoium.i odyssea p ulyssis psonā uirtutes demonstrat.Et mores hominū inspexit.Homer⁹. ἀνδρά μοι ἔννεπε μοῦσα πολύτροπον ὃς μάλα πολλὰ πλάγχθη. & reliq̄. Nos nūerus sumus & fruges cōsūmere nati.Eos qui absint studio phiæ ait numerū tantūmodo explere hominū:nec alii ulli rei esse natos: quā ut fruges & cibos cōsūmerēt. Incipe q recte uiuēdi progat horā. Ait q rōnē recte uiuēdi p uiuēdi tēpus differt similis ē rustico uolēti flumē trāsire & expectāti donec totū defluat. Fomta.podagrā iuuāt nō sanāt. Inuidia siculi nō iuenere tyrāni.Hoc ait ne phalaris quidē Agrigētinorū tyrānus maius iuenit tormtū quā ais hoim inuidiā inferre. Qui nō moderabiť ire ifectū uolet eē dolor ꝙ suaserit & mens.Decēter pœnitētiā describit:quæ sequiť iracūdos. Fingit equū tenera docilē ceruice magister Exemplo adhortatur iuuenem cui scribit ad studia. Nam studiosum esse ostendit cum ait.Dum tu declamas Romæ.

Troiani belli scriptorem maxime Lolli. In hac epistola uult ostendere melius & apertius se discere p̄cepta phiæ ab homero quā a philosopho q duo exēpla uitæ mōstrasse dicunť. Virtutis. s. sapiētiæ. Cum tu declamas. dū rhetroticā Romæ legisti:Ego legi hōerū. Crhysippo.Chrysippus apoloniēsis philosoph⁹ fuit sectæ stoicæ. Fabula.docet quō p singulas fabulas mōstrat & uirtutes & uitia Homerus. Causam. docet quō cā pturbationibus fuit regibus cōmissum Paridis.

Negat.repudiat abnegat suasionē Anthenoris. Inter pelidē.Anchilles & Agamēnon licet unius ptis essent:plærūq; erāt inimici. Plectūť. sustinēt patiuntur.Nocet stulticia ciuibus ubiq; multorū uersus ex odissea sumpti in p̄ricipio.ut i arte poetica.Qui mores hoium multorū uidit: & urbes.

Aspera multa.hoc ē asperitatē casum ita ptulit. ut neq; undis obrui posset nec superari mōstris.

Nos numerus.i.quos fama obscura recōdit qui ñ parem⁹ phiæ. Spōsi penelopes.Penelope meretrix fuit:quæ amatores suos sua pulchritudine luxuriosos reddebat. Nebulones.sunt hoies callidi & fumatores mendacesq; dicti a nebula ꝙ obscuri sūt. Alcinoi.ab Alcinoo rege pheacū: ac p hoc pheacos uoluptate gaudētes debemus intelligere. Ad strepitum.Quia adhibemus sonitum cytharæ ac liræ ut facilius sopiamur. Cessatū āt Nebulões

Intēdes animum ſtudiis & rebus honeſtis:
Inuidia uel amore uigil torquebere. nā cur
Quæ ledunt oculos feſtinas demere: ſi qđ
Eſt animum differs curādi tēpus in annū:
Dimidium facti qui cæpit: hēt: ſapere aude

ducere dicitur ad ceſſandum curam ſollicitudinē & eſt infinitiuus a futuro. Nō expergiſceris. Si nō inquit propter phiam uigilaueris propter īuidiā & amorē dormire nō poteris. Si nolis ſanus.i.ſi nolueris uētura uitia a te ꝓpellere: cum te oppſſerint tūc conaberis illis reſiſtere fruſtra cum nihil ꝑficies. Vt te ipm.phiam diſcēdo rectā uitā ut leua te noctu & ꝑcepta phiæ legendo iſtituas. Stoici ſtultos ſanos eſſe negāt ſenſus eſt. Si hoc laborare nolis aſt ſis ſapiēs Aliud neceſſario laborabis. Hydropic⁹ qa idropici iubēť a medicis currere: ita.n. morbus eoꝝ ſolet extenuari labore. Torqbere.i.qñ ſenſeris maximū eſſe diſpendiū ſapiētia caruiſſe.

PORPHIRIO TACET.

